


K.R.
150





NO RVDO
CONSIL AVLICI
P. P. & CYRIACI PA
SCABINORVM

IVRIS
PONTIFICIAE
ECCLIAE

EX GENVINI

FOR
SAM PONTIFICIAE

COMMODA

Edito



Cam
1699

SYM. VID

IO. RVDOLPHI ENGAV, D.
CONSIL. AVLICI SAXON. CODICIS ET NOVELL.
P. P. O. CVRIAE PROVINC. ET FACVLT. IVRID. ASSESS.
SCABINORVMQVE COLLEGII SENIORIS.

ELEMENTA
IVRIS CANONICO-
PONTIFICIO-
ECCLESIASTICI

EX GENVINIS FONTIBVS DEDVCTA
AD
FORA GERMANIAE
TAM PONTIFICIORVM QVAM PROTESTANTIVM
ACCOMMODATA
ATQVE
COMMODA AVDITORIBVS METHODO
ADORNATA

Editio tertia auctior & emendatior.



Cum Priv. Reg. Polon. & Elect. Saxon.

IIENAE,
SVMT. VIDVAE CROECKERIANAE,
M DCC XLIX.

00

KR 150

INSTITUTIONE
PONTIFICIA
REGIATA

DE GYMNASIO PONTIFICIS SEDUCTA

AD

FORA GERMANIAE

ET UNIVERSITATIS QUAM PROTESTANTIAE

AD QUAE

AD

COMPLURA AUCTORIBUS METHODO

AGGREGATA



1402 627 01



LECT

IO. RV

E X P

LECTOR

nullus dicit
mibi scripsi
effem, nec



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IO. RVDOLPHVS ENGAV.

Ex quo animum ad scribendum hunc libellum, quem serena fronte accipias uelim, LECTOR BENEVOLE, appellere nullus dubitavi, leges sequentes mihi scripsi: (1) ut ubique breuis essem, nec tamen obscurus fierem;

) (2

(2) ut

PRAEFATIO.

(2) ut iuris canonici, pontificii & ecclesiastici protestantium tradita ex fontibus ipsis deriuarem, deriuata a se inuicem distinguerem, distinctaque ad paucas easque perspicuas theses, unde quaestiones controuersae facile solui queant, reuocarem; (3) ut ius canonico-pontificium, prout sonat, exponerem, deiuero ad scripturam sacram & sanam rationem, tanquam lapides lydios, examinarem; (4) ut usum & non usum, quem ei dant mores & libertas ecclesiarum, nec non concordata Germaniae, traderem; (5) ut, quae iuris canonico-pontificii capita reiecerint, quae retinuerint euangelici, docerem, (6) ut quaedam papatus arcana, & quasdam illius reliquias in ecclesiis & foris euangelicorum detegerem candidè; (7) ut antiqua & obsoleta non
nifi

nisi sparsim instituerem, & (8) origines, progressus fataque institutorum ecclesiasticorum tribus tantum uerbis referrem, ne hæc multis traditurus uel limites compendii excedere uel iura paucis docere cogerer; (9) ut hodiernum ecclesiarum in Germania adprobatarum statum, & ab hoc dependentia iura accurate sifterem; (10) ut dissensus, qui mihi sunt cum theologis & Ictis, moderate proponerem. Porro in eo totus fui (11) ut ne ulli familiæ in Germania adprobatae plus iusto tribuerem; (12) ut ne cæcos Dd. cæcus sequerem; (13) ut ne uocabulis ambiguis, aut illis, quæ uarii ac sæpe contrarii significatus sunt, uterer; (14) ut ne tritiram forensem negligerem. Quas leges seruaturus neque modo, quo uilissimæ artes addiscuntur,

PRAEFATIO.

tur, neque inordinato decretalium ordine, sed methodo auditoribus meis commoda usus sum. Illud tamen primum sentias uelim, me nimiam methodi, quam scientificam uocant, subtilitatem adhibere nec uoluiffe nec potuisse, ut ne minuta diligentia in methodo, quam philosophi determinarunt, adhibita, iuris capita si non obscurare, tamen pluribus quam decet phrasibus tradere, aut penitus praetermittere cogerer.

Seruauerim an uiolauerim leges mihi scriptas, aliorum iudicio subiiciendum esse duco, TE, LECTOR CANDIDE, ea qua par est obseruantia rogans, uelis his elementis meis fauere, ne ea, quum cito nata sint, cito disperire, meque oleum operamque perd disse, uide-

PRAEFATIO.

uideam. Quo fauore tuo facies, ut literato orbi *antiquitates iuris canonico-pontificio-ecclesiastici* sim exhibiturus proxime. Vale. Dab. Ienæ d. iv. Octobr. M DCC XXXIX.



PRAE-

PRAEFATIO.

PRAEFATIO
EDITIONIS NOVAE.

LECTORI CANDIDO

S. P.

Elementa Iuris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici iam ex repetita praelectione, seu, quod eodem recidit, hinc inde mutata emendataque accipe. Ille enim ego sum, ut castæ Themidos alumnorum commodis inferuiturus, res in maiorem lucem tam praelegendo quam scribendo ponere, atque sententiis antea non satis excussis, quas meditando cognoui meliores, surrogare nullus dubitem. Cæterum his laboribus meis fruire, erroribus typographici ignosce, mihi que favere perge. Vale. Dab. Ienæ d. $\frac{XII. \text{Oct.}}{XXIV. \text{Mart.}}$

M DCC XL $\frac{III.}{IX.}$

ПРО-



ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΩΝ

CAP. I.

DE
RELIGIONE ET ECCLESIA
IN GENERE.

§. I.

D*Eum*, ens illud uerax, sanctum, iu-
stum, optimum &c. *colendi ratio*,
si qua certa & determinata est,
RELIGIO, & qui hanc sequitur,
RELIGIOSVS dicitur.

Religio,
quæ

§. II.

Unde hæ regulæ fluere uidentur mihi:

I. Sine cognitione dei non datur re-
ligio *a*).

II. Cultu dei absoluitur religio.

§. III.

Quia cognitione dei nititur religio (§. *cognitione*
II, 1.), causam facile intelligere potes, *dei nititur,*
(1) cur unus & alter *religionem*, quam ad-
huc professus est, ubi eam subiecit exa-
Engau ius eccles. A mini,

a) KRESS ad PVFEN- relig. ad uit. ciu. p. 196.
DORFFIVM de habitu seq.

mini, quandoque mutet; (2) cur religio uicariam operam æque ac imperium respuat *b*), proptereaque (3) non armis *c*), sed *argumentis*, propagari queat debeatque.

§. IV.

cultu inter-
no &

Regula secunda (§. II, 2.) docet (1) eum religiosum non esse, qui deum, quem satis habet cognitum, *filiati timore*, & *flagrantissimo amore* non prosequitur; (2) religionem non subesse factis, quæ deo displicent. Hinc, quia deo, enti illi iustissimo (§. I.), iniustitia non potest non displicere, (*a*) religio, sicut non producit, ita nec excusabit scelera; (*b*) *species religionis*, si qua sceleribus afficta, his detrahi debet.

§. V.

externo
absoluitur.

Quandoquidem, ut inter omnes constat, adfectus in actiones externas solent erumpere: uix datur cultus dei *internus* sine *externo*. Hic autem, quia illum denotat, non potest non consistere (1) in *actionibus*, quæ ex amore & timore dei sunt profectæ, (2) in *ritibus gestibusque*, qui agentis & gestientis animum, supremum numen laudibus precibusque mactandi, & de peccatis remittendis suppliciuo uoce rogandi, declarant satis superque.

§. VI.

b) NOOD OR. de religione ab imperio iure gentium libera TURRETINI cogitationes de religione

th. 57.

c) QVISTORP d. de propagatione fidei per ferarum & flammam.

§. VI.

Homines, qui unam eandemque religionem profitentur, ubi coeunt, ut coniunctis uiribus deum colerent, *ecclesiam* constituunt.

§. VII.

Hæc determinatō eget ordine, quippe sine quo nullus cœtus consistere potest. Ita uero determinari debet, ut religionis uel libertati uel liberæ mutationi uix ponat obicem; imperii enim expers est religio (§. III, 4.)

CAP. II.

DE

RELIGIONE ET ECCLESIA
IUDAICA.

§. VIII.

Ratio, qua deus a iudæis coli uoluit, *religio iudaica* dicitur.

§. IX.

Voluit autem deus per Messiam sacrificiis præfiguratum coli a iudæis hanc legem seruantibus: ut (1) *hostias* uarii quidem generis, semper tamen nullo adfectas uitio, ad uaria sacrificia, in *altari* ex lapidibus asperis exstructo facienda *d)* præberent; (2) *decimas* *e)* * & *primitias* *f)* ferrent; (3) *sabbatis* ab omni opere quiescerent

A 2

d) Leuit. I. II. XVII.

f) Exod. XXIII, 19.

e) Leuit. XXVII, 30.

XXXIV, 26.

rent g); (4) *pascatos b*), *pentecostes i*), aliosque dies ** anniuersarios festos agerent; (5) omnium festorum dierum *uigilias*, & quorundam *octauas k*) celebrarent; (6) *iubilea* attenderent; (7) *ieiuniis*, ploratu, gemituque peccatorum remissionem peterent l); (8) *nuptias* quasdam fugerent m); (9) *cibos* distinguerent deligerentque n); (10) *sacris* in loco sacro suo tempore peragendis interessent, & quæ sunt alia.

* Decimas, quæ olim uel deo ui uoti, Gen. XXII, 22. uel regibus tributi loco, soluebantur, SPENCER *de leg. Hebr. ritual.* lib. III. diff. I. c. 10. sect. 2. pag. 726. seq. ed. Cantabr. deus in deo gratia sibi reseruauit, sacerdotibus & Leuitis ex peculiari causa assignandas.

** Quibus accesserunt postea dies *enceniorum*, & plures alii, quos tulit occasio.

§. X.

Ecclesia
iudaica
constabat

Quotquot, hanc legem (§. pr.) seruantes, colebant deum, *ecclesiam iudaicam* conficiebant.

§. XI.

plebe &

Hæc ex PLEBE constabat & CLERICIS. Illam conficiebant omnes *iudæi* ad tribum **Leui**

g) Exod. XX, 8. 10. XXIII, 12. XXXI, 14. XXXV, 2. 3.

b) Exod. XII, 14. SPENCER *de legibus Hebr. ritual.* lib. I. c. 9. sect. I.

i) Exod. XXIII, 16. XXXIV, 22.

k) Leuit. XXIII.

l) Ioel II, 12. Zach. VIII, 19.

m) Leuit. XVIII, XX.

n) SPENCER c. I. I, 7.

Leui non pertinentes, & profelytæ, quorum hi illis erant odio o).

§. XII.

CLERICI, seu iudæi ad tribum Leuiclericis i. e. pertinentes, (1) in singulari dignitate & sanctitate erant constituti p), (2) soli gaudebant facultate docendi q), & de iure sacro respondendi r). Aaronis posteri ad sacerdotium nati s), reliqui uero Leuitæ dicebantur.

§. XIII.

Hi (1) illorum ministri erant t), atque Leuitis, (2) custodiebant u) & portabant x) uasâ, nec (3) sacrificium peragere poterant y); (4) distribuiebantur in thesaurarios z), cantores, ianitores a); (5) utebantur stola, aliisque uestibus b); (6) gaudebant iure percipiendi decimas c). (§. IX. *).

§. XIV.

Sacerdotum erat (1) orare, (2) benedicere precari populo, quem allocuti erant uer-

A 3

bis

o) GOODWIN Mos.

§ Aaron. lib. I. c. 3. §. 8.

p) LVND Jüd. Zeiz

ligth. III, 62, 2. seq.

q) 2. Chron. XXXV, 3.

Malach. II, 7.

r) Leuit. X, 11. Ezech.

XLIV, 23. 2. Chron.

XVII, 9.

s) Exod. XXVIII, 1.

t) Num. IV.

u) LVND c. I. IV, 2, 9.

x) Num. IV, 15.

y) Num. XVIII, 3.

z) 1. Chron. XXVII, 20.

a) 1. Chron. XXIV, 5.

b) RELAND antiq.

uet. Hebr. II, 6, 4.

c) Num. XVIII, 21.

bis solemnibus d) & adhibito Iehouæ nomine e), (3) de uotis arbitrari f), (4) de immunditie cognoscere g), (5) altare suffire b) bonis odoribus; (6) sacrificium peragere, ubi pridie a uenere abstinuerant, manus abluerant, uestesque sacerdotales, femoralia, balteum i), tunicam, tiaram seu infulas k) induerant. Alebantur primitiis fructuum terræ Israeliticæ l), & decima parte decimarum m) Leuitis præfitarum, aliisque n).

§. XV.

qualificatis
&

Ad sacerdotium quidem nascebantur Aaronis posteri (§. XII.), sacrificium tamen facere nequibant, ubi (a) iniustæ ætatis erant o), (b) aliquo corporis uitio laborabant p), (c) ab Aarone quidem, ast illegitimo modo, descendebant q). Sic etiam a sacris faciendis arcebantur apostatæ, culto-

d) LVND c. l. III, 48, 53, 60.

e) Num. VI, 24, seq.

f) LVND c. l. III, 60.

g) Leuit. XIII, 2. RELAND c. tr. II, 5, 9, seq.

h) I. Chron. VII, 49.

i) WICHMANS-MAVSEN de balteo sacerdotali.

k) BRAVN de uestitu sacerdot. RELAND c. l. II, 1, 9.

l) Deut. XVIII, 4. Num. XVIII. 12. LVND c. l. III, 54. IV, 31.

m) LVND c. l. IV, 32, 10.

n) Id. c. l. IV. 39.

o) Id. c. l. III, 27, 24.

p) Leuit. XXI. 17. seq. RICHTER d. de sacerdot. §. sacris Ebr. personis p. II. c. l. seq.

q) LVND. c. l. III, 27.

cultores idolorum, lugentes r), quippe rei erant sceleris, expiatione luendi.

§. XVI.

Pontifex maximus, cuius dignitas electione deferebatur, primum pro suis, dein pro populi peccatis sacrificium peragebat, indutus sacerdotalibus (§. XIV, 6.) suisque uestibus, pallio nimirum seu ephod, pectorali, lamina cidarique s).

§. XVII.

*A iudeis nati circumcissione **, *profelytae* uero absolute ss) & circumcissione in ecclesiam iudaicam recipiebantur. *Leuita*, postquam, se iustæ atatis legitimæque nationis esse, atque ex tribu Leui descendere, probauerant, mediante manuum impositione constituebantur t). *Sacerdotum* hæc erat inauguratio: Quilibet in capite unctus u) uestibus illis sacerdotalibus induebatur, atque a rebus ad sacrificium necessariis instruebatur x). *Pontifex maximus*, ubi post electionem (§. pr.) ad altare oblatus & corpore ablutus erat, non solum sacerdotalibus (§. XIV, 6.) sed & suis (§. pr.) induebatur uestibus, oleo

A 4 fa-

r) RELAND c. l. II, 4, 10.

s) LVND c. l. III, 4, 5, seq. RELAND c. l. II, 1, 10, LIEBENTANZ de frontali Aaronis.

ss) GOODWIN c. l. I, 3, 6, ibique REITZIVS.

t) Num. VIII, 10.

u) Exod. XXIX, 7.

x) Exod. XXIX, 9.

facro ungebatur capite *y*), atque coram facie Iehouæ constituebatur, oblati sacrificiis *z*).

* Hæc intra octiduum peragenda erat. SPENCER c. l. lib. I. c. 5. sect. 5. p. 61.

CAP. III.

DE

RELIGIONE ET ECCLESIA
CHRISTIANA.

§. XVIII.

A Christo

Pontifice inter Ebræos maximo (§. XVI.) maior est CHRISTVS ab eo adumbratus. Est enim (1) sacerdos (*a*) æternus *a*), (*b*) ab ipso deo, & quidem iurante, constitutus *b*), (*c*) unctus spiritu sancto *c*), (*d*) perfectus *d*), siue qui seruaui totum humanum genus, dum orauit *e*), seque uictimam semel *f*) in cruce patri suo obtulit *g*). Est simul (2) rex *h*), angelis *i*), regibus *k*), immo omnibus hominibus rebusque *l*) imperans, iure throni & scepro recto gaudens in perpetuum

y) Leu. VIII, 12. LVND c. l. III, 9. ZOEGA de unctiõne sacerdotis summi.

z) ZIEGRA d. de inaugurat. & consecr. sacerdot. Ebr.

a) Ebr. VI, 20. VII, 17. 24. 28.

b) Ebr. VII, 21. 28.

c) Act. X, 38.

d) Ebr. VII, 26. 27.

e) Ebr. V, 7.

f) 1. Petr. III, 18.

g) Rom. V, 8. 2. Cor. V, 15.

h) Io. XVIII, 37.

i) Ebr. I, 4. seq. 1. Petr. III, 22.

k) Apoc. I, 5.

l) Act. X. 36.

um *m*). Quid ergo mirum, quod iudex dicatur uiuorum mortuorumque *n*)?

§. XIX.

Est denique (3) *propheta*; nos enim determinata religio, quæ docuit, salutem æternam quarendam esse animorum emendatione, atque unione cum deo, per ipsum, ceu Messiam promissum & in carne manifestatum, ineunda.

§. XX.

Hæc religio (1) nescit *sacrificia*, &, (2) a lege Moïsaica & quibus ad hæc opus est, *altaria*; (3) uerum ignorat *sacerdotium*; (4) non exigit *templa* o), nec (5) iubet *cibos*, aut *dies* eligi *p*), uel (6) *sabbata* celebrari; (7) est *catholica* q), *perpetua*, eaque, quam *ubique* r) exercere potes.

§. XXI.

Quia religio non uult cogi, sed persuasionibus & argumentis insinuari (§. III, 4. 5.): (1) *Christus* dogmata sua nemini obtrudit, aut obtrudi uoluit s), eaque de re (a) non principes elegit apostolos, sed uilioris conditionis homines, hosque (b) non armis instruxit, sed donis spiritus sancti; (2) doctrinam de Christo miraculis confirmarunt, nemini autem obtruderunt

omni coactione immunis est,

A 5

apo-

m) Ebr. I, 8.

n) Act. X, 42. Rom. XIV, 9.

o) Act. VII, 48. XVII, 24.

p) Coloss. II, 16.

q) Act. X, 34. 35.

r) 1. Tim. II, 8.

s) Matth. X, 14. BAYLE

traité de la tolerance ToI. p. 2. ch. 8. seq.

apostoli t); (3) *patres primitiuae ecclesiae* uario auditorum captui se accommodantes, mox *pictura*, mox *carminibus u*), mox *homiliis* Christum docuerunt.

§. XXII.

animorum
emendatio-
nem inten-
dit, nec

Quia cultu dei absoluitur religio (§. II, 2.): nomine quidem, uix autem re christianus erit, qui religionem a Christo determinatam (§. XIX.) habet ueram, nullus autem in eo est, ut animum purgaret uitiis, & per Christum cum deo se uniret x).

§. XXIII.

iura ciuita-
tis soluit.

Quia Christus (1) *Rabbi* dici y), non autem *iudex* z), multo minus *rex* a), in hoc mundo esse uoluit, atque (2) apostolos, quos imperio interdixerat b) magnificorumque nominum usu, nominauit *fratres* c), & æqualiter ad euangelizandum misit d); porro (3) apostoli se fidelium fratres uocarunt e), & sine ecclesia nihil plane decreuerunt, licet illius directores essent f), atque (4) principatum a nemine geri g) sed omnes ciuitati subesse uoluerunt: iura

z) BAIERI d. de propagatione fidei per uim armorum a praxi ecclesiae aliena.

u) SCHMID de modo propagandi religionem per carmina.

x) FLEISCHER *Einleit. zum geistl. B. II, 2, 2.*

y) Matth. XXIII, 8.

z) Io. VI, 15. XVIII, 36.

a) Luc. XII, 14.

b) Luc. XXII, 24. seq.

c) Matth. XXIII, 8.

d) Io. XX, 21.

e) Act. VI, 2.

f) Act. I, 15. VI, 2-5. XV.

g) 1. Petr. V, 2-4.

ra ciuitatis neque ab his neque ab illo soluta sunt.

§. XXIV.

Quotquot coire solent se inuicem ad deum modo, quem Christus determinauit, colendum incitaturi, *ecclesiam christianam* * conficere dicuntur *b*). Ecclesia
Christiana,

* *externam* scilicet; *interna* enim ex iis consistit, qui Christo toto corde adherent, degant quo uelint in loco. Hæc est inuisibilis, fallere, deficere & perire nescia *Matth. XVI, 18.* atque corpus illud, quod Christo fide, pietate, fiducia, ueritate unitum, mutuoque amore sociatum est. *Io. XIII, 35.*

§. XXV.

Quot igitur cætus, tot sunt *particulae* quæcunque *res* ecclesie, quæ, ubi in complexu sunt, *conferuntur*, ecclesiam conficiunt *uniuersalem* *i*).

§. XXVI.

Ritus, sine quibus nulla est ecclesia (§. V. *sine ritibus* & VI.), sint ita comparati, ut (1) deuotum gestientis prodant animum (§. V.), (2) nullam uim inferant conscientie uel libertati christiane (§. XXI.), (3) friuoli, inutiles, impii & idololatrici dici nequeant.

§. XXVII.

Ordinem, qui in quauis ecclesia seruandus est (§. VII.), in christiana quoque seruari iussit apostolus *k*). Hunc, sua natura *ordine* *subsistere* *nequit,* *arbi-*

b) *Meditationes de origine, indole, effectibus atque historia iuris reformandi* p. I. c. 2. §. 28. *i*) c. 1. §. 3. de SS. Trin. *k*) 1. Cor. XIV, 40.

arbitrarium, patres pedetentim ita determinarunt, ut (1) *loca*, ubi, & *signa*, ad quæ data, fideles sacrorum causâ coirent, certa redderent; (2) *dominicum* aliosque dies festos celebrari, & (3) in iis *pericopas* explicari, (4) *collectas* recitari &c. iuberent.

§. XXVIII.

Quod religio in superstitionem, &

Ritus (§. XXVI.) & ordo (§. XXVII.) (1) fidem & religionem conficere uisi sunt, feceruntque, ut *superstitio*, & cum hac *iniquitas* intraret ecclesiam, atque uis precum tempori, loco ac formulæ adscriberetur, ubi illis data est solemnitas, i. e. ostentatio & magnificentia; (2) *libertatem ecclesiasticam* imminuerunt, ubi adstricti sunt ad legem mosaicam (§. IX.).

§. XXIX.

ecclesia in remp. abiicit,

Atque, ex quo Iudæos in eo (§. XI. seq.) imitati sunt, ut (1) fideles in *clericos* & *laicos* diuiderent, illisque (2) singularem *uestitum*, *sanctitatem*, *dignitatem*, facultatemque *docendi* tribuerent; (3) *presbyteros* sacerdotibus, & *diaconos* Leuitis annumerarent; præsertim, (4) ubi se *apostolorum successores*, & (5) Romanum episcopum, *Christi uicarium*, sicque summum sacerdotem, regem & prophetam (§. XVIII. XIX.) uocarunt, episcopi, dictorum scripturæ sacræ 1) tortores, socordium Cæsarum captatores, adulteratorum canonum uendito-

1) Apoc. I, 6. V, 10. 1. Petr. V, 2. 9. &c.

tores: ecclesia christiana faciem suam mutauit, formamque reipublicæ induit.

§. XXX.

Ast, depulsis ignorantia tenebris, cœ-reprobauit Lutherus, Lutherus, pit Lutherus ecclesiam religionemque in antiquum statum restituere, dum ecclesiæ detraxit laruam reipublicæ, superstitionem depulit, sacerdotium proprie sic dictum in N. T. superesse negauit. Huius doctrinam quum haud pauci principes statusque Germaniæ, quid? quod Imperator & imperium suo modo probauerint: illa ecclesia orta est, quæ, nomine quidem & fide, non autem statu iuribusque, a pontificia differt in Germania. Videamus itaque (1) faciem ecclesiæ christianæ ex mente pontificiorum, post (2) ex mente protestantium, & denique (3) quæ iura sint ecclesiarum in Germania.

MEMBR. I.

DE ECCLESIA ILLIVSQUE
AD CIVITATEM HABITV
EX MENTE PONTIFI-
CIORVM.

§. XXXI.

Ecclēsia est resp., qua pontifex christia- Ecclesiæ, nis imperat in rebus, fidem ac salu- quæ resp. tem æternam concernentibus m). est

§.XXXII.

m) Concil. Paris. de An. 829.

§. XXXII.

ciuili ma-
ior,

Itaque (1) per omnia regna se diffundit * ecclesia, atque (2) causa est, cur pontifex reges nomine, titulis, iuribus &c. superet *n*), & (3) omnes iudicet, ipse autem iudicetur a nemine *o*).

* Quare de regundis finibus reip. ciuilibus & ecclesiasticae lites fuerunt quouis tempore. THOMASII *bist. content. inter imper. & sacerd.*

§. XXXIII.

imperat
pontifex,
uel ipse

Sic quoque de causa constat, cur pontifex (1) ecclesiam *repraesentare*, & (2) bonorum ecclesiasticorum dominus esse dicatur; (3) salutem ecclesiae curare debeat, sicque (4) leges ferrè, census exigere &c. possit.

§. XXXIV.

uel per
episcopos,

Quia uero unius hominis non est, curare ecclesiam in totum terrarum orbem dispersam, hæc antiquitus diuisa est in *dioceses* & *prouincias* * suis limitibus inclusas *p*), hisque præpositi sunt *episcopi*, *archiepiscopi* &c. papæ sollicitudinem participantes. Horum quilibet in sua diocesi uel prouincia principem ecclesiasticum agit, pontifici subordinatum.

* Hæc uocabula sæpe sunt synonyma. Iuuat autem perspicuitatis ergo, ista hoc modo distinguere, ut (1) *diocesis* territorium unius episcopi, uarios *archidiaconatus*, in *parochias* distinctos

n) c. 10. D. 96. c. 6. X. *o*) c. 13. 14. C. 9. q. 3.
de maior. & obed. c. 1. *p*) SPANHEMII *geog-*
Extratu. comun. eod. *graphia sacra.*

ctos continens, (2) *provincia*, *diecepsum*, (3) *patriarchatus* *provinciarum* in unum *coarctatarum tractum* denotet.

§. XXXV.

Pontifex (§. XXXIII.) & cum eo episcopus salutem ecclesie curare debent. Hinc eorum est (1) salutis ecclesiasticae *impedimenta* remouere, *media* promouere, & (2) quum eam impediatur neglecta cognitio uel applicatio mediocum salutis aeternae, horum cognitionem & applicationem imperare, licque (3) eas leges ferre, quibus (a) *actiones* & *conceptus* dirigantur, *infidelitas*, *atheismus*, *simonia*, *haeresis*, *schisma* delictis annumerentur, atque (b) iudicetur *fides*, huiusque condantur *formulae*; (4) *publica*, *ciuilia* & *forensia* negotia tunc attendere, ubi illis peccatum subesse uidetur q).

§. XXXVI.

Tantum abest, ut reges & principes possint statum ecclesiasticum immutare r), recipibus aliis & personis ecclesiasticis imperare, episcopali potestati limites ponere &c. ut potius pontificis & episcoporum iussa sequantur s), atque canonum uindices & *aduocatos* ecclesiarum strenuos se praestare t) te-
 Num principibus aliis in ecclesiastica competat?

§. XXXVII.

- q) c. 13. X. de iudic. & obed. c. 9. 10. D. 16.
 r) PE. de MARCA de t) MARCA c. l. II, 10. I.
 C. S. & I. II, II, 6. & 12, 8. 9.
 s) c. 6. f. X. de maior.

§. XXXVII.

Quodsi uero principi cuidam uel alii aliquid iuris sacrorum pacto, priuilegio &c. obtigerit, illud *salua superioritate sacra*, ad pontificem & episcopos spectante, obtigisse dicitur.

§. XXXVIII.

Epicrisis.

Ea, quæ (a) de status a Christo conditi forma, habituque ad statum ciuilem, (b) de primatu Petri u), (c) de apostolorum subordinatione, & in imperio successoribus, &c. differunt pontificii, ex Christi & apostolorum dictis factisque probari nequeunt.

MEMBR. II.

DE ECCLESIA CHRISTIANA
EX MENTE
PROTESTANTIVM.

§. XXXIX.

Ecclesia est **E**cclesiam christianam (1) collegium in rep., illudque (2) æquale *, ad unum omnes habent euangelici.

* Æqualitatem docent ipsa ecclesie denominatio, religionis natura (§. III.), scriptura sacra *Matth. XX, 25. seq. Marc. X, 42. seq. Luc. XXII, 25. seq. I. Petr. V, 3.* & praxis apostolica. v. BLONDELL de iure plebis in regimine ecclesiastico.

§. XL.

æqualis
societas,
quando-
que

Quibus principiis innixus equidem statuo, (1) ecclesiam principi subesse, & (2) fal-

u) KOCH d. de prima- PFAFF. de ecclesia Petri
tu Petri. NEUMANNI inædificata.
d. Petrus a Petro alienus.

falso diuidi in den Lehr = Wehr = und Wehr =
Stand x); (3) nullum membrum ecclesiasticum
esse, cui, qua tali, imperium sacrum,
aut saltem potestas leges ferendi uel litur-
giam adornandi, competat.

§. XLI.

Ecclesia, prout a ciuitate probata est, probata,
aut reprobata, in *orthodoxam* & *heterodo-*
xam diuiditur.

§. XLII.

Ecclesia orthodoxa, quam IN TOTVM Quænam
sint iura
ecclesie in
totum uel
adprobauit ciuitas, (1) dominans dicitur,
(2) uiam ad honores ciuiles aperit, (3) gaudet collegiorum licitorum iuribus.

§. XLIII.

Vnde (a) fruitur *pace publica*, & (b) li-
bero *religionis exercitio*; (c) loco, quo uult,
coire, de mediis ad finem obtinendum ne-
cessariis deliberare, suffragia ferre, nec non
(d) *statuere*, & statutorum uiolutores a
consortio excludere *, itidem (e) εκκλη-
σιαστικων exstruere, (f) *præpositos* sibi elige-
re, (g) *bona* acquirere, alienare, possidere,
& eorum, quæ possidet, *administratores*
constituere &c. potest.

* De negotiis uero in ciuitate expediendis sta-
tuere, aut statutorum uiolutores ea pœna, quæ
effectus in ciuitate producat, coercere nequit,
nisi hanc potestatem ei princeps expresse de-
derit.

Engau ius eccles.

B

§. XLIV.

x) RIPHERI *Moses*, De- c. XIII.
us Aaronis c. X. §. 7. &

§. XLIV.

in tantum
adprobata?

Contra ecclesiã in tantum adprobata non omnibus §. pr. memoratis, sed illis tantum iuribus fruatur, quæ approbans concedere uoluit potuitque.

§. XLV.

Quid eccle-
sia in totum
reprobata
facere pos-
sit?

Denique ecclesiã in totum reprobata iurium, quibus adprobata gaudet, aliquid sibi tribuere, speciatim (1) *εὐκλησιαστικῶν* exfruere, & (2) in eo *publicos conuentus* instituire, aut (3) aliquid *honorum* acquirere & possidere in ciuitate nequit γ). Vnde ea, quæ *pactis* determinarunt membra ecclesiæ reprobata, qua talia, plane non attendunt ciuiles iudices.

§. XLVI.

Ius in sacra
quid?

Ecclesiã subest principi (§. XL.) z). Huic itaque non potest non competere potestas illius negotia inspiciendi, ac ita dirigendi, ut ne damnum ferant reipublicæ. Quam potestatem ius in sacra uocare solemus.

§. XLVII.

Vnde sequentes fluunt regulæ:

- I. Princeps, qua talis a), inspicit & dirigit ecclesiarum negotia.
- II. Salus reip. principi. ecclesiam directuro, suprema lex esse debeat.

III.

γ) HUBER de iure ciuitatis lib. 2. sect. 3. c. 4. §. 6. seq. rest. ex iure canonico. p. 98. seq.

z) PUFENDORFF de habitu relig. ad ut. ciuil. §. 4. PFAFF dogmat. pro- a) RIFERI Moses, Deus Aaronis c. XII.

III. Iure sro ita utatur princeps, ut salua sit religionis libertas, &

IV. ecclesiæ adprobatae finis promouetur.

§. XLVIII.

Fallor, aut ex prima regula (§. pr. i.) ^{fa-Princeps} facile intelligere potes: (1) principi *iure proprio* b), (2) absque concursu horum illorumue ciuium, (3) *intra fines territorii* hoc ius competere; atque (4) ita exercendum esse, ut negotia omnium & singulorum ecclesiæ membrorum dirigantur, directionisque contemtores iusta pœna uindicerentur; (5) principem, qui huius iuris partem aliquam cum aliis communicauit, eam salua superioritate sacra communicasse uideri.

§. XLIX.

Competit autem principi ius (1) ^{negotia} leges ferendi de quibusuis negotiis ecclesiasticis, (2) ^{ecclesiastica} determinandi *locum, tempus & ordinem*, ubi & quo, itidem ^{directurus} *methodum*, qua *dogmata* c) proponi debeant publice, (3) inspiciendi in *ministorum ecclesie* d) uitam, mores, munera; (4) conscribendi *publicarum precum formulas* e) &c.

B 2

§. L.

b) HERT. d. de superior. territ. §. 13.

c) b. KEMMERICH d. de iure principis circa dogmata fidei.

d) Untersuchung des

wahren Grundes, aus welchem die höchste Gewalt eines Fürsten über die Kirche herzuweisen c. 4. §. 14.

e) Ill. BOEHMER. d. de iure precum public.

§. L.

Salutem
reip.

Salus reipublicæ suprema lex esto principi, ecclesiam directuro (§. XLVII. 2.). Hinc non solum potest, sed & debet (1) impedire, quo minus sub *prætextu religionis* patrentur scelera *f*), speciatim pastores in suggestu stantes (*a*) iniurias fundant, (*b*) maiestatem lædant *g*), (*c*) hæreticos faciant; (*d*) rebellionem, seditionem, turbasue excitent; (2) cauere (*a*) ut ecclesia in remp. degeneret, (*b*) ut *pastores* dominatum acquirant, uel (*c*) se ab imperio ciuili immunes reddant.

§. LI.

Ex eadem causâ potest, immo debet (3) iubere (*a*) absque conuitiis *disputari*, & (*b*) *controversias*, quietem publicam tandem aliquando turbaturas, componi amicabiliter; (4) *determinare*, ubi membra ecclesiæ inter se dissentiunt, *doctrinam publicam* *b*), & eos, qui in determinatione acquiescere nolunt, *emigrare* *i*) iubere; (5) minuere numerum *festorum dierum*, quorum multitudo ad ignauiam ducit, paupertatemque *k*).

§. LII.

f) TREVER de iniuriis religionis colore exornatis. de impositione silentii c. 1. §. 8.

g) pr. nr. de iuribus principum euangelicorum in oratores sacros. *i*) MULLERI d. de emigratione religionis causa suscipienda.

k) STRYKII pr. de incommodis festorum.

§. LII.

Denique in arbitrio principis est (1) *bona ecclesiastica* superflua in rem ciuitatis uertere *l*), atque ingens eorum augmentum impedire, promulgata *amortizationis* lege *m*); (2) oppugnatam religionem defendere; (3) *iudicia ecclesiastica* instituire, & modum, quo in illis procedatur, præscribere.

§. LIII.

Principis porro est religionis libertatem non offendere (§. XLVII. 3.). Hinc nequit (1) *dominum* *n*), arbitrum, iudicemue *religionis* agere *o*); (2) *iusiurandum*, de libris symbolicis examini non subiiciendis, uel de religione nunquam mutanda, exigere; (3) *controuersias theologicas* decidere *p*), aut ubi eas *determinat*, uerbum dei, uel confessionem istius ecclesiæ approbatæ, qua controuersia sunt ortæ, superhabere. Hinc sine iure iubet (*a*) *euangelicos* dies sanctorum festos celebrare, (*b*) *reformatos* ima-

B 3

gines

l) MAVRITIVS & RHETIVS d. de secularisat. bonor. eccles.

m) LVDEWIG d. de Principum S. R. I. potestate in sacris ante paces religionis.

n) Ill. BOEHMER. I. E. P. III, 42, 40. WERNFELS ep. de iure in

conscientias ab homine non usurpando.

o) le protestant pacifique par LEON de la GVI-TONNIERE.

p) THORNDICIUS de ratione ac iure finiend controuersias ecclesiæ. RI-PERVS c. l. c. 2.

gines in εκκλησιασθηρια sua recipere, (c) anabaptistas solemniter iurare &c.

§. LIV.

finem ec-
clesie at-
tendere, ac

Princeps, cuius est attendere & promo-
uere finem ecclesie approbata, dum huius
dirigit negotia (§. XLVII, 4.), non potest
non (1) curare (a) ut in rebus sacris ad u-
num omnes citus, eorumque liberi, satis in-
struantur q), proptereaque (b) scholæ & εκ-
κλησιασθηρια exstruantur, (c) exstructisque
præficiantur doctores, qui auditores suos
uerbo & exemplo ad pietatem colendam
ducere queunt uoluntque; (d) ut ecclesia
uirgo sit maneatque in doctrinæ puritate, ui-
tæ sanctitate, & ceremoniarum simplicitate r),
(e) ut bona ecclesiastica conseruentur, nec (f)
se incio uel inuito alienentur, aut in sta-
tum conuertantur alium; (g) ut supersti-
tioso usui dicata alii dicentur usui.

§. LV.

Porro principis est (2) cauere (a) ut or-
do ecclesiastico fini contrarietur, (b) ut ce-
rimonie abundant, deficient, aut uitia uel
superstitionem promoueant; (c) ut pasto-
res maneant in officio, cui uel nolunt uel
nequeunt satisfacere; (d) ut preces abusu
uel contemptu laborent; (e) ut deus in ec-
clesia colatur lingua, quam pauci sibi red-
dide-

q) BECK de principe, r) SCHMID. d. de ec-
clesiasticis ciuium æterna cura ecclesia uirgine,
rore.

diderunt cognitam; (f) ut unio tollatur fidei.

§. LVI.

Prudentis principis nomen meretur (1) ^{prudenter} qui, ubi rem sacram, quam tractaturus est, ^{agere de-} non intelligit, *theologos* prudentes, peritos, ^{bet.} & integræ fidei *consultit* s); (2) qui *tolerat dissentientes*, non tamen omnimodam libertatem errores disseminandi tribuit t); (3) qui mutaturus ea, quæ ad religionem pertinere videntur populo, hunc de illorum *adiaphoria* & mutationis causa iubet edoceri u); (4) qui suadet, nec obrudit, identitatem rituum.

§. LVII.

Quid de quæstionibus: (1) *num principis ius in sacra ex potestate regum iudaico-* ^{Quæstiones} *rum diiudicari debeat?* & si hoc, (2) *num* ^{contro-} *in eo exercendo uotum cleri attendi debeat,* ^{uerfæ.} *uti prophetarum dicta seruata sunt a regibus Israeliticis?* (3) *num modus propagandi religionem per promiscua coniugia sit legitimus?* (4) *num queat dici, quod distinctio in interna & externa, itidem in iura sacrorum & episcopalia ratione nitatur, atque iuri principis in sacra iustos ponat terminos?* (6) *num princeps iura collegialia exerceat, quousque illi uel expresse uel tacite ab ecclesia sunt cessa?*

B 4

(6)

s) BOEHMER, I. E. P. form. §. 47. seq.

I, 1, 35.

u) THOMASII d. de

r) ID. c. l. V, 7, 189. seq.

Auctor meditat. de iure re-

phora c. 2.

(6) num principi ius competat in ritus, quos patres in conciliis œcumenicis determinarunt? aliisque sentiam, ex hæctenus (§. XLVIII. seq.) dictis constabit. atque pluribus docebo in priuatis acroasibus.

MEMBR. III.

DE RELIGIONIS ET ECCLESIAE
CHRISTIANÆ STATV HO-
DIERNO IN GERMANIA.

§. LVIII.

Adprobatae
religiones

Religionem christianam qui profitentur, in varias abeunt familias, diversa sentientes. Harum celebriores & in Germania æqualiter adprobatae x), propterea- que ex lege tolerandæ, sunt Romano-Pontificia & Euangelica Augustana confessione innitens, hæcque tam Lutherana quam reformata y). Præter has nulla alia recipiatur uel toleretur, uult pax Guesphalica z).

§. LIX.

modo exer-
centur ua-
rio.

Quarum exercitium vel publicum, uel priuatum, uel domesticum dicitur esse. Hoc ea non complectitur, quæ ad actus ministeriales pertinent a); illud & istud uero ad quæuis sacra extenduntur, atque inter se non nisi loci & modi intuitu differunt.

§. LX.

- x) I. P. W. art. V. §. 1. FRID. GOTTL. STRVV
y) I. P. W. art. VII. §. 1. d. de eo, quod iustum est
z) Ib. c. a. §. 2. seq. circa sacra domestica th. 5. sq.
a) Ibid. art. V. §. 34. 18. seq.

§. LX.

Quia, religione probata, simul probatur Ecclesiae ap-
ecclesia: certe tres ecclesiae in Germania probatae
probantur *symbolis* * distinctae. Vnde (1)
cui ecclesiae unusquisque sit addictus, ex
symbolis, quibus subscribit, dignoscitur b),
atque (2) *confessio* & *conscientia* in LL. im-
perii mox iunguntur, mox sunt synonyma c).

* Sunt autem symbola PONTIFICIORVM, profes-
sio fidei Tridentinae & Catechismus Romanus; EV-
ANGELICORVM, *Augustana confessio*, illiusque
apologia, & uterque *catechismus Lutheri*, quibus
accedunt *articuli Smalcaldici* & *formula concordiae*;
REFORMATORVM uero *confessio belgica*, *cate-
chismus palatinus* &c.

§. LXI.

De tribus his ecclesiis (§. pr.) dicitur: (1) equali-
quod uni iustum, alteri iniustum esse ne- ter fruun-
quit d). Hinc omnes & singulae (1) dicun- tur pace,
tur *orthodoxae*, (2) gaudent *pace* civili, ea-
que perpetua e), nec non (3) *protectione*
Caesaris f).

§. LXII.

Sic quoque (4) fruuntur *libertate reli-* libertate
gionis atque conscientiae. Hinc improban- religionis,
tur (a) quae unius confessioni aut consci-
entiae repugnant g), speciatim (b) statuta
B 5 capi-

- b) BOEHMER I. E. P. Caroli VI. art. 2. MVLDE-
I, I, 61. NER d. de protectione ab
c) I. P. art. V. §. 48. Imp. ecclesiis utriusque reli-
d) Ibid. §. 1. gionis debita.
e) Ibid. §. 14. g) I. P. art. V. §. 48.
f) Ibid. §. 35. Capitul,

capitulorum mixtæ religionis, quæ uel catholicorum uel A. C. addictorum conscientiam lædunt, iusue imminuunt b), (c) quæ facultatem religionem pro lubitu, & quidem iuribus * fama & honore illibatis, mutandi, adimunt.

* Excipe tamen prælatos & capitulares, qui statim, atque mutant religionem, suo iure, honore tamen famaquæ illibatis, excidunt, ni *reseruari* illius *ecclesiastici*. I. P. art. V. §. 15. Vid. OBRECHT. de *reseruario ecclesiastico*.

§. LXIII.

honoribus
ac

Porro sicut catholici ita & euangelici (5) *odioso nomine* uocari i), (6) ab *honore sepulturæ* arceri, aut (7) alio modo *contemni* nequeunt k); speciatim, sicut pontificii ita & euangelici (8) *electores* imperatorem eligunt, (9) *episcopi* cum secularibus principibus, quos præcedunt, iura publica & priuata in comitiis exercent kk), 10) *capitulares*, tempore sedis uacantis, quauis superioritate gaudent, itidem (11) *ciues* ius habent adspirandi ad honores ciuiles, militares & ecclesiasticos.

§. LXIV.

iustitia.

Ad hanc æqualitatem conseruandam illud quoque dispositum est, ut (12) *uotorum pluralitas* * non attendatur in *causis*

b) Ibid. §. 16.

i) LUDOVICI d. de *impositione silentii* c. 1. §. 7.

k) I. P. art. V. §. 35.

DECKHERR. *consult. far.* lib. I. c. 42.

kk) Ib. art. V. §. 21.

sis religionis l), ac omnibus aliis negotiis, quibus status tanquam unum corpus considerari nequeunt m); (13) ut in summis imperii tribunalibus semper sit assessorum utriusque religionis paritas n), ficta nimirum in aulico o), & uera in camera **; quo, si inter utriusque religionis socios lites nata fuerint, uiri ex utraque religione ad cognitionem queant adhiberi, sicque impediatur, quo minus quid fiat ex zelo religionis indisereto.

* In qua si pontificii insistere uelint, in partes ire, uotumque commune ferre, queunt euangelici. Ill. WOLFG. PAUL. BURGERMEISTERI DE DEICISOW d. de iure eundi in partes. HOFFMANN de uoto euangelicorum communi.

** Assesores camerae imperialis presentantur secundum circulos, quos paciscentes uel pure catholicos, uel pure euangelicos uel mixtos nominarunt. Presentantium & presentandorum subiecta, talia, qualia praedicatum religionis circuli admittit, esse debere, luculenter docet KRESS. d. de iure presentandi assess. camerae c. 2.

§. LXV.

Sic quoque adprobatarum ecclesiarum (2) in exercenda religione & aequalitas in eo deprehenditur (14) quod quolibet in loco illud catholica uel euangelica

l) Ib. c. a. §. 9. 52.
TREVER disquis. optima legitimaque rationis componendi dissidia circa religionem in imperio orta.

m) Ib. c. a. §. 52.
n) Ib. c. a. §. 53. 54.
o) MAURITIVS de iudicio aul. §. 8.

gelicæ religionis exercitium ui legis tolleretur, quale & quantum ibi quacunq; parte A. 1624. p), *reformatæ* uero, quale & quantum in Palatinatu 1618. q), & alibi 1648. r) fuisse patet *; (15) quod ciues, qui adprobatarum religionum eam profitentur, quæ in loco, quo degunt, 1624. neque publice neque priuatim fuit exercita, *patienter* debeant *tolerari* s) i. e. in domestico exercitio non turbari.

* Idem illud eiusdem religionis exercitium, quale & quantum sibi tribuunt, ibidem in anno decretorio uiguisse, probare debent ciues, ubi in illius possessione uel quasi non fuerunt sancitæ pacis tempore.

§. LXVI.

uindicandis
bonis eccle-
siasticis

Ecclesiarum adprobatarum æqualitas & ex eo patet (16) quod status euangelici ea *bona ecclesiastica*, quæ d. 1. Ian. 1624. possederunt, cum omnibus iuribus & immunitatibus sibi habeant in posterum t), & uicissim catholici ea retineant, quæ dicto anno dieque possederunt u). Sint bona mediata an immediata, in hoc an alio territorio sita x), perinde est.

§. LXVII.

attendunt
annum de-
cretorium.

Annus, quem in exercitio religionis (§. LXV.) & bonorum ecclesiasticorum dominio (§. LXVI.) attendi debere diximus,

p) I. P. art. V. §. 31. 32.

q) Ib. art. IV. §. 6. HEN-
NIGES *med. ad I. P. p. 47. f.*

r) I. P. art. VII. §. 1. u.
de presenti.

s) Ib. art. V. §. 34.

t) Ibid. c. a. §. 2.

u) Ibid. c. a. §. 14.

x) Ib. c. a. §. 25. 26.

mus, (1) *decretorius* y) audit, atque (2) ius irrevocabile tribuit.

§. LXVIII.

Quæ in fauorem euangelicorum sunt disposita, hæc sunt: (1) quod euangelici principes & status, comprehensa imperii nobilitate, *ab imperio papali & episcopali sint immunes*, & (2) *ius in sacra* ciuium cuius religioni addictorum *exerceant*; (3) quod catholici in iis A. C. statuum ditionibus, *ubi 1624. notorie in possessione uel quasi exercitii iurisdictionis ecclesiasticæ fuerunt*, hac non nisi ad consequendos redditus, census, decimas & pensiones queant uti z); (4) quod pontificiæ religioni addicti ciues euangelici principis *, huic in omnibus omnino causis ecclesiasticis subsint, & (5) euangelici ciues catholici principis sibi relinqui debeant, nisi episcopo subsuerint in anno decretorio. Quo tamen casu nihil ipsis iniungi potest, *quod A. C. uel conscientiæ repugnet a)* (§. LXII. LX.).

Euangelicorum prærogatiua.

* Ius Ducefanum, quod in A. C. magistratum ciues catholicos A. 1624. quiete exercuerunt episcopi, saluum esse iubet I. P. O. art. V. §. 48.

§. LXIX.

Qui exercitium religionis dominantis mutat, aut alterius, in Germania tamen adpro-

Ius reformandi, quod

y) DITHMAR de anno decretorio exercitii utriusque religionis. HILDEBRAND iure reform. c. 3. §. 37. 39. d. de anno decretorio.

z) I. P. art. V. §. 48.

a) Ibid. c. I. Meditat. de

adprobata, introducit, ille in P. Gu. reformare dicitur.

§. LXX.

immediato
territorio
inharet,

Reformare uero licet ei, cui territorium immediatum competit, uel competere praesumitur. Itaque (1) ius reformandi *dominio directo b)*, *iurisdictione criminali, iure patronatus uel aduocatie c)* &c. non inducitur, sed (2) *ordinibus & ciuitatibus imperii d)*, *nobilibus e)* & *pagis immediatis f)* uindicari debet. Sic quoque (3) *sacra ciuium territorii oppignorati creditor*, (4) *illius uero, cuius ius dubium, possessor, suo modo reformare potest g)*.

§. LXXI.

salua ciuium
con-
fessiones

Omnis autem reformatio fieri debet (1) *salua confessione & conscientia ciuium b)*. Itaque princeps reformaturus nequit (a) *formulam fidei*, quam profitentur ciues, immutare, abolere; (b) *controversias theologicas* decidere, aut (c) in iis determinandis libros, quos symbolicos habent sibi subiecti, superhabere; (d) *ciuibus doctores alterius confessionis obtrudere*

b) I. P. art. V. §. 42.

c) Ib. c. a. §. 44.

d) Ib. c. a. §. 29.

e) Ib. c. a. §. 28. *Breitzschwerds* conf. de iure immediati ordinis equestris (S. R. Imperii circa exerci-

tium religionis.

f) Ib. c. a. §. 2. WEBERI d. de iure circa sacra pagorum immediatorum.

g) I. P. art. V. §. 43.

h) Ib. c. a. §. 48.

dere &c. Speciatim in potestate principis catholici non est, ciuibus A. C. addicis (e) imperare usum calendarii Gregoriani, adorationem uenerabilis, inuocationem sanctorum &c.

§. LXXII.

Porro ius reformandi ita exercendum ^{saluo statu A. 1624.} est, ut ne (2) quid damni feratur statui anni decretorii i). Vnde facile constabit de causa (a) cur exercitium religionis, quod quouis in loco fuit A. 1624., immutari k), sicque (b) simultaneum religionis introduci l), & (c) noua religio, quam territorii dominus possessorue profitetur, in ecclesia aulica, quæ publica & parochialis suo modo facta est, exerceri nequeat m). Sic quoque (d) bona ecclesiastica, quæ euangelici d. 1. Ian. A. 1624. possederunt, nullo iure pontificiis dantur, in alium statum uertuntur, aut seculo addicuntur n).

§. LXXIII.

Mutationem status anni decretorii, in quam, a principe faciendam, ad unum ^{sunicum casum excepteris,} omnes

i) Ib. c. a. §. 31.

k) Ib. c. l.

l) *Ungrund des Simultanei. Gespräch vom Simultaneo. meditat. de iure reformandi p. II. c. 3. §. 53. seq. Cel. ESTOR iur. & benef. A. C. eique addiclorum c. XIV. §. 1. & app.*

p. 205. seq. SCHWEDER de religionis exercitio licito & illicito.

m) III. BOEHMER I. E. P. III, 37, 67. Anon. de iure reform. P. II. c. 3. § 58.

n) I. P. art. V. §. 14. 15. 25.

omnes huius status prouinciales ciuesque consentiunt, non agentes de re legibus improbata, qualis esset conuentio de religione plane noua introducenda &c. ualere statuo o).

§. LXXIV.

salis que
pactis &
priuilegiis
exerceri
debet.

Denique ea sit reformatio, qua (3) neque *pacta* uiolantur, si quæ præter dispositionem pacis Westphalicæ de religionis exercitio aut annexis, cum statibus prouincialibus aliisque, quacunque occasione legitime celebrata sunt p), neque *priuilegia* q), constitutionibus territorii fundamentalibus non contraria r).

§. LXXV.

Emigratio

Socii religionis cuiusdam in Germania adprobata (§. LVIII.), si degant in loco, quo religio, quam profitentur, neque A. 1624. publice aut priuatim exercita, neque pacto post adprobata est (§. LXXIV.), patienter quidem sunt tolerandi (§. LXV, 14), sponte tamen possunt, & iussi debent, emigrare s). Hinc *emigratio in uoluntariam & necessariam* diuiditur.

§. LXXVI.

Hic uelim sequentia notes:

I. Emigratio elapso termino, quem
ius

o) Ib. c. a. §. 31. Anon. *stica* §. 62. seq.
de iure reform. c. 49.

p) Ill. MOSERI d. de
pactis & priuilegiis circa
religionem & alia ecclesia-

q) Id. c. d. §. 94. seq.

r) Id. c. d. §. 110.

s) I. P. W. a. V. §. 36.

ius statuit, suscipienda est, & quidem

II. saluo iure cuiusque tertii.

III. Emigratio qua pœna iniungi nequit.

IV. Emigrationem iniungere potest, cui ius reformandi competit.

§. LXXVII.

Ad primum (§. LXXVI, 1.) notes, iusto termino, ad quem religionis causa emigraturi in loco domicilii manere, res suas procurare, & sibi futurum domicilium eligere possunt * t), mox triennium mox quinquennium poni in pacis Guesstphali- cæ tabulis u).

* Vnde transplantatio in locum emigrationis substitui nequit. Pr. nr. an ciues religionis causa emigraturi queant transplantari §. 10 seq.

§. LXXVIII.

Quia emigratio fieri debet saluo iure cuiusque tertii (§. LXXVI, 2.): de causa constabit, (1) cur emigraturus iustam gæbellam, & (2) si proprius fuerit, iustum pretium manumissionis soluere debeat, nec (3) queat liberos, si maiorenes sint, inuitos secum ducere.

§. LXXIX.

Emigratio qua pœna iniungi nequit (§. LXXVI, 3.). Vnde (1) emigraturi uix priuari queunt (a) patria potestate, uel iure secum Engau ius eccles. C du-

t) Pr. nr. cit. §. 6. seq.

u) I. P. W. c. a. §. 37.

ducendi liberos, qui iudicio in rebus sacris desistuntur; (b) *optione*, malint retentis an alienatis bonis discedere; (c) *potestate* ad res suas inspiciendas uel prosequendas lites, aut debita exigenda, libere & sine literis *commeatus redeundi*; (d) *iure collegii* mercatorum opificumue; (e) *testimoniis* ingenuæ natiuitatis, manumissionis, noti opificii, honestæque uitæ x). (2) peccant principes, qui iubent (a) emigraturos numellis includi, & ab inclusorum humeris euangelicos libros penderi, uel (b) exilio mulctari, aut (c) eos, qui territorium dereliquerunt, post bona annotata, literis arrestatoriis retrahi.

§. LXXX.

eui. ius re-
formandi
competit.

Quartum (§. LXXVI, 4.) docet (1) *domini directi, patroni, aduocati &c.* non esse, alicui emigrationem iniungere; (2) *ordines imperii*, & si qui alii iure reformandi gaudent, non posse emigrationem iniungere fociis istius religionis, quæ eodem in loco A. 1624. uel publice uel priuatim exercita, aut postea probata est pacto legitimo. Illud præterea quin adducam nequeo, quod ui pacis Gueſtphalicæ iubere nequeat (3) *possessor territorii controversi*, emigrare eos, quibus tam publicum quam priuatam religionis exercitium concedere dubitat y), aut (4) *debitor territorium re-*
luens,

x) HOFFMANN de *religionem.*
iuribus emigrantium propter y) I. P. W. art. V. §. 43.

Iuens, emigrare ciues, focios religionis ad-
huc, non autem A. 1624., exercitæ z).

§. LXXXI.

Illud denique scitu necessarium esse re-
or: (1) quod, quæ iusta sunt inter pontifi-
cios ac euangelicos, iusta quoque sint in-
ter Lutheranos & reformatos; (2) quod
Lutheranus princeps reformatis ciuibus,
& reformatus princeps Lutheranis ciuibus,
emigrationem iniungere, & gratiosum reli-
gionis exercitium adimere nequeat; (3)
quod princeps sacra reformaturus *pacta,*
priuilegia & reuersales literas attendere de-
beat a), licet contrarientur flatui anni de-
cretorii.

Iura prote-
stantium
inter se.

CAP. IV.

DE

LEGIBVS ECCLESIASTICIS
& quidem

MEMBR. I.

DE LEGIBVS ECCLESIASTICIS
IN GENERE.

§. LXXXII.

In legibus ecclesiasticis sunt I. *biblia*, quæ Leges ec-
(1) in libros canonicos & apocry-
phos b), itidem (2) in legalès, historicos, clestificæ
propheticos & morales, nec non (3) in V. sunt I. bi-
& N. T. c) diuiduntur*. Hæc (a) a sacer-
doti-

C 2

z) Ib. c. a. §. 27.

canon. lib. I. c. 8.

a) Ib. art. VII. §. 1.

c) c. 3. D. 15.

b) DOVIAT. prænot.

dotibus quam diligenter *d*), a laicis uero non, nisi impetrata uenia, *legi e*), (*b*) ex mente ecclesie *explicari f*), atque (*c*) traditionibus ** *suppleri debent g*). Eorum (*d*) *uersio uulgata* tanti aestimatur, ut habeatur authentica, & ex ea textus hebraeus græcusque corrigatur.

* Varias librorum V. & N. T. diuisiones tacitus iam prætereo; nec esse puto, cur de cuiusque libri biblici ætate, fatis, auctore, contentis &c., disseram. Hæc sciscitaturus legat DOVIATII *prænot. canon.* I, 9. seq.

** Traditiones, & *diuinæ & apostolicæ*, quarum hæc in *liturgiis, canonibus & constitutionibus apostolicis*, itidem priorum *Episcoporum Ro. epistolis decretalibus*, scriptis illis spuris, occurrere dicuntur, ex mente pontificiorum infringi nequeunt, sed ab omnibus omnino christianis sunt seruandæ. SANNIG *schola canon. prol. tit. 7. c. 1.* Econtrario *eccllesiasticæ* mutari queunt facile.

§. LXXXIII.

2. tria symbola

II. Tria illa symbola, *apostolicum, Nicænum & Athanasianum*, habentur norma, secundum quam debeant res fidei & conceptus dirigi *.

* *Apostolicum* ab apostolis, *Athanasianum* ab Athanasio conditum esse, hodie nemo sanus adferit.

§. LXXXIV.

d) c. 1. D. 38.

I. E. P. V, 7, 67. seq.

e) NIC. le MAIRE

f) DOVIAT. c. 1. I.

in *sanctuario profanis ex- cluso.* III. BOEHMER.

7. 5.

g) *Concil. Trid. sess. 4.*

§. LXXXIV.

III. *Concilia sunt comitia episcoporum* ^{3. concilio-} & *prælatorum*, quibus de fide & discipli-
na ecclesiastica disponitur, ac causæ quæ-
dam controuersæ dirimuntur.

§. LXXXV.

Diuiduntur in *œcumenica*, *nationalia**, ^{quorum-}
*prouincialia*** & *diœcesana*, prouti totius uis
orbis christiani *b)*, aut cuiusdam nationis
uel regni, aut unius tantum prouinciæ uo-
cati sunt episcopi, aut episcopus clerum
uocauit suæ tantum diœceseos.

* Qualia sunt Carthaginensia aliquot in Africa,
Codex canonum eccles. Africanæ ap. IUSTEL-
LVM To. I. p. 321-409. Aurelianensē I. alia-
que in Gallia, Toletana pleraque in Hispania,
& fere omnia Romana in Italia. *DOVIAT præ-*
not. canon. II, 11-15.

** Quæ quandoquē *επιεξια* dicuntur. Eorum
aliquot in Gallia, Germaniæ, Angliæ & Hiber-
niæ regnis habita, enumerat *DOVIAT c. l. II,*
16. seq. Hæc, quæ olim bis in anno c. 3. D. 18.
can. apost. 38. & quidem sub poena celebranda
erant c. 7. seq. D. 18. pontifices romani uariis
fraudibus suppresserunt, PE. de MARCA de
C. S. & I. VI, 14. seq. suppressaque reducere
non potuerunt patres Concilii Tridentini, iu-
uentes sess. 24. c. 2. de reform. ea quolibet tri-
ennio cogi.

§. LXXXVI.

Decreta in conciliis data, uel disciplinam ^{canonēs}
concernunt, uel formulam fidei determi-^{quorum,}
nant, uel de personis ecclesiasticis ferunt

judicium. *Ista* canones, *illa* symbola *z*), *hæc* sententiæ, & quandoque omnia omnino decreta *canones* dicuntur.

§. LXXXVII.

collectio-
nes anti-
quæ in

Canonibus, qui in diptychis scribebantur *k*), superstitio Iustiniani *l*) aliorumque Imp. uim & auctoritatem legalem dedit, hoc non obstante, quod in iis uerba scripturæ sacræ cleri accommodata sint principiis (§. LXXXII. b.).

§. LXXXVIII.

ecclesiis
orientali
&

Eorum collectiones aliæ auctoritatem consecutæ sunt in Orientali, aliæ in Occidentali ecclesia. Illæ sunt: (1) codex canonum, quem, Nicænos, Ancyranos, Neo-Cæsarienses, Gangrenses, Antiochenos, Laodiceos, Constantinopolitanos, Ephesinos & Chalcedonenses continentem *m*), confirmauit, & nomine *codicis canonum ecclesiæ uniuersæ* uocauit Iustinianus *n*); (2) *codex ecclesiæ orientalis*, quem patres in Trullo condiderunt; (3) *PHOTII Nomocanon* o), (4) *THEODORI BALSAMONIS collectio constitutionum ecclesiasticarum* p); (5) *MARTINI BRACARENSIS collectio ori-*

z) c. l. D. 50. & l. pr. D. 15.

k) SCHMIDII d. de diptychis ueterum.

l) CORVINI Iustin. Cathol.

m) IVSTELLI Bibliotheca I. Can. uet. T. I. p. 29. sq.

n) Nou. 131.

o) DOVIAT. pranot. canon. III, 10. IVSTELLVS c. l. To. II. p. 785. sq.

p) IVSTELLVS c. l. p. 1217. seq.

orientalium canonum q). Sic quoque (6) IOANNIS ANTIOCHENI *collectio canonum r*), (7) IOANNIS SCHOLASTICI *Nomocanon s*), (8) ALEXII ARISTINI *synopsis canonum t*), (9) ARSENI MONACHI *diuinorum canonum synopsis*, siue *Nomocanon u*), proderunt ius græcum sciificaturo.

§. LXXXIX.

In occidentali ecclesia olim *Nicæni* tantum Concilii canones probabantur *x*), qui-
bus postea *Sardicenses* sunt additi *y*). En-
causam, cur (a) ZOSIMVS Sardicenses cano-
nes Nicænorum nomine uocauerit *), & (b) Dd. de uero canonum Concilii Ni-
cæni numero disceptauerint. (2) *Codex canonum ecclesie uniuersæ*, qui, ubi latinitate donatus erat, in Italia receptus *z*), & succedente tempore canonibus Sardicensibus, decretisque præfulum Romanorum auctus est. Concinniore illius uersionem daturus Dionysius de nouo addidit L. canones apostolicos, una cum quibusdam Africanis *a*), & pluribus decretalibus Roma-

occidentali usitatæ recitantur.

C 4

no-

q) IDEM c. l. To. I. app.

r) IDEM c. l. To. II. p. 499. seq. DOVIAT. c. l. III, 9.

s) IV STELLVS c. l. p. 603. seq.

t) IDEM c. l. p. 673. sq.

u) IDEM c. l. p. 749. sq.

x) MARCA de C. S. & I. III, 3, 2.

y) IDEM de uer. collect. can. c. i. §. 3.

z) IDEM c. l. c. 2. §. 2.

a) IV STELLVS c. l. p. 112. seq.

norum pontificum epistolis b). Qui labor mox codex canonum ecclesiasticorum Dionysii Exigui, mox codex canonum uetus ecclesie Ro. c), mox corpus codicis canonum d) nuncupatur, & fere nouus est, in fauorem curiæ Romanæ conditus. (3) FVLGENTII FERRANDI breuiatio canonum e), & (4) CRISCONII breuiarium canonicum f). (5) ISIDORI, qui mox mercator, mox peccator dicitur g), famosa collectio, quæ continet epistolas, quas a tempore CLEMENTIS usque ad ætatem SIRICII exararunt Romani episcopi. Has epistolas maximam partem falsas esse, ipsi fatentur pontifici b).

* Zosimum hoc dolo malo fecisse, subodoratus est MORNÆVS *myster. iniqu.* pag. 118. ed. Salimur.

§. XC.

4. Gratiani decretum.

GRATIANI concordantia discordantium canonum i) Sec. XII. publici iuris facta, priuata quidem auctoritate condita, nec nauis

b) IDEM præf. ad b. Cod. p. 17. & Biblioth. I. Can. To. II. p. 181. seq.
c) IDEM in libri sui titulo.
d) C. I. D. 19.
e) IUSTELLVS Biblioth. Iur. Can. p. 445. seq.
f) IDEM c. l. p. 456. seq.
g) MASTRICHT. hist. iur. eccles. & pontif. n. 225.

b) NIC. a CASA de concord. cathol. III, 2. 10. a TVRRECREMATA in summa eccles. II, 101. MARCA de C. S. & I. III, 5, 1. PE. COVTANT præf. ad epist. Roman. Pontif. f. 129. seq.
i) STRAVCH. amen. iur. can. ecl. I, c. 7.

nævus * libera est k), fauore tamen academicorum & pontificum tantam auctoritatem in occidentali obtinuit ecclesia, ut omnibus anterioribus collectionibus præferretur, iurisque canonici corpus haberetur. In tres partes distinguitur, quarum prima in Cl. distinctiones, secunda in XXXVI. causas diuiditur, atque tertia in V. distinctiones dispersita *de consecratione* inscribitur. Notes præterea (1) tractatum *de penitentia*, qui causæ XXXIII. qu. 2. subiectus est, septemque constat distinctionibus, pariter atque tractatum *de consecratione* a Gratiano profectum esse; (2) modum canones numerandi in diuersis exemplaribus uarium esse l); (3) *reiectiones*, ut dicuntur, & *partes Gratiani* a canonibus distinguere debere; (4) non esse, cur attendas, quibusdam canonibus inscriptum, nomen *pa-lea*, quum sic inscripti hodie eadem, qua reliqui, auctoritate legali polleant; (5) hunc librum, præter canones, quadam dicta patrum ** & pontificum *** decreta continere.

* Post multos pontifices, qui hos naves corrigere sibi sumserant, ultimam manum operi attulit Gregorius XIII. V. ANT. AVGVSTINVS *de emendar. Gratiani.*

** Itaque prodest nosse patrum dogmata. Quæ uero scripta patrum, & sub quibus cautionibus

k) FLORENS *de me-* l) DOVIAT *prænot.*
*z*hod.auctor.colleçt.Gratiani, can. IV, 10.
 DOVIAT, c. l. IV, 12.

ea debeant legi, docent DALLAEVS de usu patrum. CHEMNITIVS de lectione patrum. Celeb. STOLLE in der Nachricht von dem Leben, Schriften und Lehren der Kirchens-Väter. RIVETVS in critico sacro, & alii.

*** Quinam illi sint, quorum decreta opusculo Gratiani sunt inserta, nos docet DOVIAT. pranor. canon. II, 28. seq.

§. XCI.

5. Decretales.

Rescriptorum, quæ pontifices ad relationes aliorum exararunt, seu *decretalium*, ut uocantur, *epistolarum* collectiones, uel *antiquæ* & ante Gregorium IX. factæ sunt *m*), uel *nouæ*. Ad has pertinent (a) ea, quam Raymundus *n*) compilauit, quamque Gregorius IX. corpus iuris canonici, quo orbis christianus uteretur, uoluit esse *o*); (2) *liber sextus decretalium* * a Bonifacio VIII. conditus; (3) *Clementine* **, (4) *Extrauagantes Ioannis XXII.* & (5) *communes*. Atque simul notes uelim (a) has decretalium collectiones, si extrauagantes exceperis, constare V. libris, in titulos & capita distinctis; (b) *decretales*, in quarum fronte solum nomen extat pontificis, ab hoc non rogato exaratas esse *p*).

* Hic

m) MASTRICHT c. I. Can. ecl. I. c. 13. I. nr. 336. seq. ZIEGLER *o*) in epistola confirmatoria. de iuris canonici origine & incrementis §. 50. 51. DOVIAT c. I. IV, 16. *p*) CUIACIUS ad c. f. X. de sentent. & re iudic. *n*) STRAVCH *aman.*

- * Hic liber legali auctoritate destituitur in Gallia, & quidem, non ob formulam professionis pontificiæ, sed ob capitale odium, quod inter Bonifacium & Philippum Pulchrum fuit. PE. de MARCA de C. S. § I. II, 17, 5. Pontifices, quorum decretales epistolæ in hoc libro continentur, nominat DOVIAT. c. l. II, 41.
- ** De auctoribus Clementinarum & Extrauagantium differit DOVIAT. c. l. c. 42. seq.

§. XCII.

Institutiones Lanceloti & liber septimus decretalium corpori quidem iuris canonici iunguntur, ast uim authenticam adhuc obtinuerunt minime q).

§. XCIII.

Constitutiones principum ecclesiastico-6. Rescriptum in *rescripta & priuilegia diuiduntur*. pta, quæ. *Illa sunt solemnes epistolæ, quibus uel de iure respondent, uel precantibus* gratiam indulgent r).*

- * Quandoque rescribunt *motu proprio*, quem Dd. in *uerum & simulazum* diuidere solent.

§. XCIV.

Sunt itaque uel *gratiæ* uel *iustitiæ*, in-fint gratiæ ter quæ differunt (1) *filum*, (2) *char-* an iustitiæ, ta, (3) *figillum*, (4) *effectus*, (5) *personæ impetrantes s), (6) primusque t) & (7)*

- q) MASTRICHT c. l. in X. h. §. 3. nr. 388. r) c. 7. X. de rescr. c. 9. 14. cod. in VI. LINCK. sirl. in X. h. t. ad h. t. §. 8.
- r) GERMONIUS *parasil.* in X. h. t.
- s) LINCKII *comment.*

& (7) ultimus u) dies obligationis. Sub nomine rescriptorum gratiæ, sæpe *privilegia & dispensationes apostolicæ* continentur x).

§. XCV.

Vnde has struo regulas :

- I. Rescripta uel ad preces uel ad relationes se referunt.
- II. Ius faciunt in negotiis, de quibus dantur.
- III. Solemniter sunt exaranda.

§. XCVI.

ad preces
uel relatio-
nes se refe-
runt, atque

Ad primum (§. XCV, 1.) hæc notanda erunt: (1) clausulam: *si preces aut relationes ueritate nitantur*, semper rescriptis inesse y), atque, (2) ut inferior magistratus in precum z), pars uero aduersa in relationis ueritatem a) inquirere, & (3) falsarum b) executionem relatione c), uel opposita exceptione sub- & ob-reptionis suspendere possit, (4) preces relationesue rescripto aut inseri, aut adiungi debere d).

§. XCVII.

u) CHASSANAËI *paratitl.* h. t. §. 3. IANVS a COSTA *comment.* in X. p. 47.

x) SANNIG *schola canon.* h. t. n. 1.

y) c. 2. X. h. SANNIG. c. l. c. 2.

z) c. 5. X. h. c. 6. X.

de *præb.* c. 2. X. de *offic. & potest. iud. deleg.*

a) STRYK. d. de *falsitate precum principi oblatarum.*

b) c. 8. 10. 20. X. h.

c) c. 5. X. h. c. 2. X. de *officio & pot. iud. deleg.*

d) c. 5. X. de *cohab. cler.*

§. XCVII.

Rescripta ius faciunt in negotiis, de ius faciunt, quibus dantur (§. XCV, 2.) Hinc regulariter impetrantis tantum, non autem omnium civium intuitu ius faciunt, nisi de dubio iuris capite data, &, quod magis est, uel legitime promulgata, uel auctoritate publica collecta fuerint.

§. XCVIII.

Solemner & rite condita dicuntur, ubi solemner & rite quæ (1) salutant eum, ad quem data sunt e); (2) in sigillo f), charta g), * fi sunt condita. lo h), stilo ** sese recte habent, &, (3) præter tempus exarationis i), (4) contra signaturam, quam dicunt, continent.

- * In causis grauioribus & arduis rescripta regulariter in membrana exarantur, atque subscriptione pontificis plumbeoque sigillo ornantur. Audiunt bullæ, atque differunt a breuibus, quæ in negotiis minoris momenti expediuntur, in charta scribuntur, atque cera rubra, annulo piscatoris & subscriptione Secretarii muniuntur. v. THVLEMARIVS de bulla aurea, argentea, plumbea c. 1. § 8. seq. & IV, 15. seq. Bullarum collectio bullarium dicitur.

** Etiam

e) CIRONIVS obseru. I,

h) MABILLON de re diplomat. lib. II. c. 19. nr. 6.

14.

f) HEINECCIUS de sigill. p. I. c. 6. §. 6. & c. 12.

i) IANVS a COSTA comment. in X. p. 47. seq. STRAVCH. amenit. iur.

§. 8.

g) c. 12. X. de priuil.

can. ecl. 2. c. 15.

** Etiam vitium in constructione commissum c. 11. X. de rescr. non autem defectus unius literæ c. 11. X. de fide instr. aut uox non satis propria, latina uel elegans ENGEL h. t. §. 13. uitiat rescriptum. STRAVCH. c. l. c. 18. n. 6.

§. XCIX.

Observationes quædam.

Denique illud scitu necessarium est, quod (1) nihil plane efficiant rescripta, quæ destituuntur (a) una uel altera solemnitate (§. pr.) k), aut (b) sub- & obreptitie l), aut (c) a personis illegitimis (§. XCIV, 5.) m) impetrata probantur (§. XCVI.), aut (d) in loco suspecto rasa sunt n), aut (e) insolita continent o), aut (f) utilitatem lædunt publicam, (g) iusue tertio quæsitum adimunt p); (2) specialia præferri debeant generalibus q), & (3) posteriora iis prioribus, (a) quibus impetrans intra annum siue dolo siue culpa noluit uti r), (b) quorumue mentionem fecit rescripti conditor s); (4) rescripta, quæ contra ius commune dare uoluit potuitque eorum auctor, ualeant qui-

- | | |
|---|---|
| k) c. 6. X. de crim. fals. | q) c. 1. X. h. c. 14. §. |
| l) c. 16. 20. 31. X. h. | quoniam X. h. VIVIANI rationale iuris pontificii p. 14. |
| m) c. 26. X. h. SANNIG. c. l. c. VI. §. 3. | r) c. 9. h. VIVIANVS c. l. p. 23. |
| n) c. 25. X. h. c. 7. X. de relig. dom. | s) SANNIG c. l. c. IV. n. 2, c. 3. X. h. |
| o) c. 2. 10. X. h. | |
| p) c. 8. de rescr. in VI. c. 8. CXXV. q. 2. | |

quidem, ast interpretationis sint strictissima.

§. C.

VII. *Priuilegia* sunt constitutiones, quibus princeps ecclesiasticus certæ personæ uel certo personarum ordini ius singulare tribuit.

§. CI.

Priuilegia uel *personalia* uel *realia* esse, hæcque, non illa, ad alios transire, sciuntur dupliciter.

§. CII.

Vnde hæc deriuo axiomata:

I. Priuilegia sunt constitutiones, quibus a iure communi receditur.

II. Dant ea principes.

§. CIII.

Ex primo (§. CII, 1.) sequitur (1) ut priuilegia exceptionem a regula constituentur, & propterea (2) sint strictè uel ac (3) ita intelligenda, ut ne damnum ferant iustitiæ, aut priuilegiis aliorum x), nec (4) ad iniqua y) aut reipublicæ noxia trahantur z).

§. CIV.

z) c. 2. 4. C. XXVI. q. 2. *legiorum collisione.*

u) c. 7. 19. X. de priu.

y) c. 10. X. de priuileg. c. 8.

x) STRYK. d. de iure

X. de sent. excomm.

priuileg. contra æque priuileg.

z) c. 9. X. de decim. c. 2.

BASTINELLER. de eo quod iustum est in priuileg.

X. de immun. eccl.

§. CIV.

concedunt
principes,

Quum principes dent priuilegia (§. CII, 2.): constabit de causa (1) cur modum, quem uelint, iis ponere possint; (2) cur *magistratus*, sit cuius uelit ordinis, priuilegia indulgere nequeat.

§. CV.

amittuntur
uariae.

Priuilegia amittuntur (1) *renunciatio-
ne a* *; (2) *reuocatione b*), aut *morte con-
cedentis c*), si ad beneplacitum data, (3) *præscriptione d*), (4) *abusu e*), (5) sta-
tim atque cessat *qualitas*, ob quam, aut
(6) *præterlapsum est tempus*, ad quod ea
data sunt.

* Priuilegiis toti ordini concessis nullus ex ordi-
ne, ne quidem in sui præiudicium, renunciare
potest.

§. CVI.

§. traditio.

Ius non scriptum VIII. in *traditum* &
consuetudinarium diuiditur. Illud est,
quod expresso pacto constituit, consti-
tutumque in usum & obseruantiam de-
duxit, *ecclesia f*). Vnde obseruantia (1)
ius non constituit, sed de constituto tes-
tatur; atque (2) uariat pro ecclesiarum
uarietate.

§. CVII.

a) c. 6. X. de priuil. c. f.
X. de uit. & bon. cleric. 33.
c. 22. X. de præb.

b) SANNIG. c. l. c.
VII. §. 1.

c) VIVIANVS c. l. p.

d) c. 3. 24. X. de priuil.

e) c. 25. X. de priuil.

f) c. 5. D. 11.

§. CVII.

IX. *Consuetudo* eccl. est ius diuturnis cœtus ecclesiastici moribus introductum ^{9. consuetudo, quæ} *g*), & ab eo, cui ius statuendi competit, comprobatum.

§. CVIII.

Vnde hæc deriuo axiomata :

- I. Consuetudo moribus ecclesiæ & consensu superioris nititur.
- II. Probata ad instar legis est.

§. CIX.

Ex primo (§. CVIII, 1.) discimus, (1) probata consuetudinem *facti* esse, sicque (2) probari debere *b*), nec (3) prætextum *notorietatis* sufficere *i*).

§. CX.

Ex secundo (§. CVIII. 2.) sequitur, (1) uim legis ut consuetudo ad instar canonum seruari *k*), & (2) a iudice sententiam laturo attendi debeat; (3) ut ea permittat, impetret, uetet, puniat, (4) legem ueterem interpretetur, itidem (5) tollat, eiuè deroget *l*).

§. CXI.

Consuetudines, quæ iuri diuino, rectæ rationi *m*) uel religioni contrariantur, aut libertati ecclesiasticæ grauamen inferunt, ^{non fit impia.}

Engau ius eccles.

D

im-

g) c. 4. seq. D. 1.

k) c. 7. D. 11. c. 6. D. 12.

b) c. 8. X. de consuet.

l) c. 3. D. 4. c. 8. X. de

i) Ill. BOEHMER. I. E. consuet.

P. 1, 4, 40. STRYK. d. de notorio.

m) c. pen. X. eod.

impias habere, nec sequi debes n), si uel maxime eas seruare iurato promiseris o).

§. CXII.

10. regula
cancellariæ.

Denique huc suo modo pertinent X. *regula cancellariæ apostolicæ p)*, quæ a quolibet pontifice sunt renouandæ uel confirmandæ.

MEMBR. II.

DE LEGIBVS ECCLESIASTICIS
QVAE IN GERMANIA
ANTE REFORMATA SACRA VI-
GVERVNT ET ADHVC VIGENT.

§. CXIII.

Germani
collectio-
nes cano-
num rece-
perunt,

In germaniam una cum religione christiana transferunt *biblia*, tria illa *symbola*, & canonum auctoritas. Ibi *codici canonum ecclesiæ uniuersæ* (§. LXXXVIII, 1. LXXXIX, 2.) *Bonifacius q)*, *Dionysiano* (§. LXXXIX, 2.) *Carolus M. r)*, & canonum corpori, quod *Isidorus* condidit (§. LXXXIX.

n) c. 1. seq. X eod. *comment. in reg. cancell. apost.*

SANNIG c. l. *tit. de consuet.* cap. 9. LINCK. q) GVDENI d. de *Bonifacio.*

c. l. eod. tit. §. 2. KOENIG. princip. I. can. eod. r) CONRING. de orig. *iur. german.* c. 14. MA-
STRICHT. c. l. nr. 191.

o) c. 7. X. h. COVSTANT. præf. ad
p) DE NICOLLIS *epist. pontif.* p. 110.
prax. can. CHOCKIÉR.

(§. LXXXIX, 5.), consilium Hincmari s) superhabens Riculfus, auctoritatem tribuit.

§. CXIV.

Tantum uero abest, ut hæc auctoritas (§. pr.) noxia fuerit germanicæ libertati, ut potius reges Francorum in capitularibus t), & episcopi in conciliis u), iura rerum & personarum ecclesiasticarum libere determinarent. Vnde quæ in germania prodierunt canonum collectiones, præter illud, quod in antiquioribus collectionibus (§. LXXXIX.) legitur, continent canones conciliorum germaniæ, & quædam ex capitularibus R. Francorum defumta capita. Id quod in RHEGINONIS opere *de disciplina ecclesiastica*, RVTGERI Treuirensis *libro decretorum*, BURCHARDI *decretorum uolumine x*), IVONIS *decreto y*) &c. conspici licet.

§. CXV.

GRATIANI *concordantiam discordanti-decretum* *um canonum* (§. XC.) magni æstimarunt & ad unum fere omnes germani, propterea quod (1) ea maximam partem ex scriptis BURCHARDI & RHEGINONIS (§. pr.) defumta,

s) Oper. To. II. p. 476. *bibliotheca græca* Vol. XI. p. 80. DOVIAT. c. l. III, 29.
 t) EALVZIVS præf. ad To. I. Capit. §. 20. y) MASTRICHT. c. l. III, 27.
 u) DOVIAT. prænot. canon. II, 17. x) FABRICIVS Bi-

sumta, atque (2) glossa Semecæ, uiri magnæ auctoritatis z), illustrata erat; (3) quod ei operam dederant ex academiis Bononiensi & Parisiensi reduces. Ex quo uero clerus cœpit, ope Gratiani laboris, causas sua natura seculares ecclesiasticas facere, & quædam subruere negotia a), contrahentes beneficiis iuris ecclesiastici renuntiarunt sapissime b).

§. CXVI.

decretales probauerunt, Gregoriana decretalium collectio (§. XCI.), quam præter episcopos probauerunt academia, atque confirmarunt imperatores & principes germaniæ, semper iuri Iustiniano prælata est c).

§. CXVII.

salua tamen libertate germanica, Vtraque non nisi *in subsidium*, ideoque salua libertate ecclesiarum, saluis moribus, saluis canonibus conciliorum, saluis statutis capitulorum &c. germaniæ recepta est. Quid? quod huic iuri recepto derogandi facultatem illibatam sibi conseruarunt episcopi d).

§. CXVIII.

Concordata nat. germ. Hanc libertatem infringens pontifex tandem coactus est attendere ad grauamina

z) SCHMID *de triumv.* I. E. P. I, 2, 34. Halberst.

a) STRUBE *observ.* VII, 3. GRYPEN. *discept. forens.* p. 773. seq.

b) Ill. BOEHMER.

c) FLOERCK. *de prærogativa iuris canonici præ iure Iustiniano.*

d) LVNIG. *germania sacra.*

na nationis germanicæ, & concordata e) ferire. His, inter Nicolaum V. & Fridericum III. f) A. 1448. initis, non solum ratio constituendi episcopos, sed & ius pontificis in episcopos, capitula, ecclesias, monasteria, præbendas &c. germaniæ determinatur.

§. CXIX.

Quod ad leges ecclesiasticas attinet, ^{Hodie} pontificii easdem illas sequuntur hodie, ^{utuntur} quas probarunt antea (§. LXXXII. sq.) ; ^{mox diuer-} euangelici uero (1) *bibliorum* (a) uersionem uulgatam postponunt authenticam, ^{fo} (b) lectionem permittunt cui libet, & (c) supplementa a traditionibus petenda uilipendunt; (2) *symbola tria* habent ea, quibus determinetur doctrina publice tradenda g); (3) dogmata, quæ patres in *conciiliis œcumenicis* determinarunt, non habent. nam fidei h), sed tantum probant, quatenus conueniunt scripturæ sacræ i), disciplinam uero mox sequuntur, mox repudiant; (4) *libros symbolicos*, saluis pa-

D 3

cis

e) HARTMANNI, HYNOLDI & LINCKII d. de concordatis nationis germanicæ. WERLHOFII *ius, quo in foro germani utimur.* p. 69. seq.

f) LEIBNITIVS *Cod. Iur. Gent. diplomat.* p. 396.

g) S. R. WALCHIVS

c. l. II, 2, 2. TENZEL, *exc. select.* P. I. p. 1. seq.

h) THOMASIVS vom Recht eines evangelischen Fürstens in Theologischen Streitigkeiten p. 113. seq.

i) CHEMNITIVS *exam.* C. T. præf.

cis religiosæ beneficiis, mutari posse statuunt; (5) *de rescriptis, priuilegiis, obseruantia, consuetudineque* idem, quod pontificii, sentiunt, si auctoritatem papalem exceperis: & denique (6) *regulas cancellariæ* superhabent.

§. CXX.

Sic quoque (6) *corpus iuris canonico-pontificii* in subsidium retinuerunt, atque, quatenus libertati religionis euangelicæ & potestati principis non obest, seruant ad hunc usque diem. Hinc iis, qui usum iuris canonico-pontificii in foris euangelicorum ad certa capita restringunt, adspirari nequeo.

§. CXXI.

mox eodem
iure.

Quoties inter tres illas ecclesias, earumue socios, res est, attendi debent *transactio Passauiensis, pax religiosa, & omnium maxime Instrumentum pacis Gueſtphalicæ*. Pax Gueſtphalica, recessu imperii *k)* & capitulationibus imperatorum *l)* confirmata, est sanctio imperii pragmatica *m)*, obligans laicos & clericos sub pœna fractæ pacis publicæ *n)*; est ea, quæ iuri canonico, ciuili, conciliorum decretis, ordinum religiosorum regulis & exemptionibus &c. derogat *o)*, nec ulla protestatione, contra-

k) de a. 1654.

l) Ferdinandi IV. Leopoldi, Iosephi, Caroli VI. & VII.

m) I. P. art. XVII. §. 2.

n) *Ibid.* c. a. §. 4. 7.

o) *Ibid.* c. a. §. 3.

traditione aut quacunque exceptione impugnari potest p).

§. CXXII.

Ad declinandum periculum, huic uel illi religioni adprobata imminens, statibus imperii, quamque profitentibus, ius competit in partes eundi (§. LXIV.), formandique corpus in comitiis. Vnde est *corpus euangelicum q) & catholicum*. Huius conclusa sueto comitali ordine facta omnes euangelicos in Germania degentes obligant. Conclusa.

CAP. V.

DE

IVRISPRVDENTIAE ECCLESIASTICAE NECESSITATE, UTILITATE, ET SVBSIDIIS.

§. CXXIII.

Quæ religionem christianam determinant, in complexu sumta *ius sacrum* quod in seu *ecclesiasticum* conficiunt. Iuris sacri.

§. CXXIV.

Hoc in *canonicum & pontificium* solet distribui. *Canonicum* dicitur, quod patres in conciliis congregati per canones* tradiderunt, constituerunt, approbarunt. canon. cum.

* CANON hic *fidei morumque regulam* denotat, alias uero certam partem *missæ* innuit.

D 4

FRI

p) Ibid. art. V. §. 1. 2. q) TREVER. de comitiis corporis euangelici. 25. 29. 50. art. XVII. §. 2.

FRIDVS STRABO *de reb. eccles.* c. 22. Olim significabat etiam clericorum, librorum sacerorum, & sanctorum hominum indices, nec non stipendium cuique clericorum debitum. BINGHAM. *orig. eccl.* Vol. II. p. 133. Vol. VI. p. 94.

§. CXXV.

pontifici-
um &

Pontificium nominant, quod summi pontifices in epistolis decretalibus statuerunt, sicque sola potestate papali nititur.

§. CXXVI.

protestanti-
um ecclesia-
sticum di-
stribuitur,

Et quia post sacra a Luthero reformatata, quædam iuris canonici (§. CXXIV.) & pontificii (§. CXXV.) placita ab euangelicis sunt retenta, alia reiecta (§. XXX.), alia de nouo introducta: ius, euangelicorum religionem moresque determinans, cæpit a canonico-pontificio distingui, & *ius ecclesiasticum protestantium* dici.

§. CXXVII.

prudentiam

Iuris itaque *sacri* siue *ecclesiastici prudentia* est habitus canones (§. CXXIV.); epistolas pontificum decretales (§. CXXV.), nec non leges & conuentiones euangelicorum (§. CXXVI.) interpretandi, atque ad factorum species decenter applicandi.

§. CXXVIII.

addiscere &
colere de-
bent tam
theologiæ,

Quia (a) *religionem*, qua occupantur, (b) *rationem munerum*, quibus ornantur, (c) *iura beneficiorum*, quibus aluntur, nec non (d) *iura & priuilegia*, quibus uiuunt ita dicti clerici, determinat; atque (e) ad diiudicandos *casus*, quos uocant *conscientie*,

i.e.

tie, haud parum facit ius canonico-pontificio-ecclesiasticum: sine huius cognitione neminem magni nominis inter theologos extitutum, aut munus aliquod ecclesiasticum quod ad omnes partes rite subitutum esse puto. Id quod & putarunt alii, tam pontificiæ quam euangelicæ religioni addicti r). Certe patres iam olim uoluerunt, *canonum studio* sacris initiatos incumbere s), *peritia* coruscare sacerdotes t), eosque, qui ad dignitates ecclesiasticas, quibus iurisdictio annexa est, adspirare cupiunt u), & *libro* ordinandos institui x). Certe theologus, euangelicorum sacris addictus, sine iurisprudencia ecclesiastica ineptus est ad iustum bellum pontificiis inferendum y), atque se uix præstabit bonum ciuem in republica z).

§. CXXIX.

Iuris Canonico pontificio-ecclesiastici prudentiam causas uel dicentibus uel iudicantibus, quid? quod omnibus *ICTis* quam iurium studiosi, quorum est

D 5

scitu

r) MELCHIOR CANVS loc. theol. VIII, 6. *Störzckens Gedanken von der Nothwendigkeit des Kirchen-Rechts vor einen Studiosum theol.*

s) c. 4. D. 38.
z) *Conc. Tolet. IV. & c. 4. D. 38.*

u) *Concil. Trident. sess.*

XXIV. de reform. c. 16.

x) c. 7. D. 38.

y) STRYKII *præsidium relig. euang. ex I. Can. PFAFF dogmata protest. ex iure canonico.*

z) Kleinschmids or. de studio iuris canonici in posterum diligentius colendo.

scitu necessariam esse, si non in propatulo esset, præter nominis rationem, uel ordo iudiciorum, doctrina beneficiorum, iuris patronatus & decimarum, frequentes lites de causis sponsalitiis & matrimonialibus, indoles iuris principum in sacra, & innumera alia significare possent.

§. CXXX.

1. præiudicia fugere, Qui uero ius ecclesiasticum addiscere cupit, inter alia hæc fugere debet præiudicia: (1) ut ne omnia, quæ tribus prioribus *seculis* sunt acta & tradita, diuinas habeat ueritates *a*); (2) ut ne *consiliis* & *responsis theologis* uim tribuat sententiæ; (3) ut ne *ministros ecclesiæ euangelicæ* eodem iure gaudere putet, quod suis dedit pontifex; (4) ut ne hanc illamue *religionem*, qua educatus est, nulla ratione munitus *ueram* uenditet; (5) ut ne quæuis ab *orthodoxis* dicta, uera, contra ab hæreticis prolata, falsa iudicet *aa*); (6) ut ne circa rem a deo institutam nihil plane, ne quidem in accidentalibus *b*), mutari posse statuat; (7) ut ne interpretationem textuum biblicorum, a patribus Sec. II. III. IV. factam, comparet authenticæ &c.

§. CXXXI.

a) FROEREISEN de temeraria prouocatione ad primitiuam ecclesiam.

aa) THOMASTI caute-
len, welche ein Studiosus
iuris, der sich zur Erler-

nung der K. K. Gefahrheit
vorbereiten will, zu beob-
achten hat. c. 3. §. 25.

b) IDEM c. 1. c. 5.
§. 13. m).

§. CXXXI.

Porro in iuris sacri studiorum genere ^{2.} fontes magnus non erit unquam Apollo, qui illi ^{quærerere,} us riuulos confectatur, ex *fontibus* autem, quos præcedente nominavi titulo, uel non potest uel non uult haurire.

§. CXXXII.

Dein studiosi iurisprudentiæ est, (3) ad-^{3.} ^{studere}hibere adminicula, & quidem (a) *theolo-*^a ^{theolo-}*giam* c), quippe sine cuius lumine multa ^{græ,} dogmata addisci, & innumera fere quaestiones decidi nequeunt, quum ius sacrum nihil aliud sit, quam ad uitæ usum aptata, atque in ipsis rerum argumentis posita theologia, sicut quidam d) pronuntiant.

§. CXXXIII.

In adminiculis sunt (b) *historia* & *an-*^b ^{historia}*tiquitates ecclesiæ iudaicæ*, sine quibus Iu- & antiqui-
daorum instituta a christianis retenta, ^{ta} ^{ec-} quorum numerus non est exiguus e), ^{clesiæ iu-} ^{daicæ pari-} intelligere, atque pontificiorum tradita ^{ter atque} de sacerdotio post Christum superflite, diiudicare nequis.

§. CXXXIV.

c) V. C. PERTSCHII
Vorbericht des tr. vom
Recht der Reichsstühle.

d) IO. A TVRRECRE-
MATA præf. comment. in
Gratianum.

e) BVDDI d. de ri-
tibus ecclesiæ iudaicæ lati-
nis. RICHARDI SIMO-
NIS comparatio ceremo-
niarum iudaicarum cum
disciplina ecclesiastica.

§. CXXXIV.

c) christiana,

Consuli porro debent (e) *historia* & *antiquitates ecclesiae christianae*, quippe quae faciunt ad detegendam superstitionem, ad eruendam consuetudinis ueritatem, ad percipiendam uim & rationem cuiusque legis, nec non ad intelligendas dicendi rationes, quae uel ad situm uel ad rerum statum saepius uariatae, aliaeque introductae sunt f). Intelligo autem quamuis H. E. speciem nimirum *patristicam* g), *papisticam* h), *monasteriorum*, *iuris* &c. i). Et quum caeca sit historia sacra sine *geographia* & *chronologia*, nec haec possunt negligi.

§. CXXXV.

d) politica,

Quartum locum in subsidiis tenet (d) *politica*, sine cuius ope nequis (a) ecclesiae pontificiae formam probe perpendere, (b) artes & fraudes, quibus clerus in hierarchia fundanda usus est, & in ea conseruanda adhuc utitur, detegere; (c) ueram prudentiam iuris te consulentibus ostendere &c.

§. CXXXVI.

f) TURRETINI OR. *de sacrar. antiquit. usu multiplici*. Glöckens Gedanken von der Nothwendigkeit und Nutzen der R. H. vor einen Stud. iuris.

g) Celeb. STOLLII

Nachricht von den Lehen, Schrifften und Lehren der Alt-Väter.

h) PAGO praef. ad breuiar. §. 6.

i) SCHOLZ d. de eo quod iustum est in H. E. a ICro tractanda.

§. CXXXVI.

Sic etiam studiosus iuris ecclesiastici^{e)} uocibus ^{e)} uoces technicas & loquendi formulas, ^{technicis} &c. ^(f) phrasēs per *notas* scribendi rationem ^{k)}, nec non ^(g) axiomata iuris addiscere debet ^{l)}.

§. CXXXVII.

Ad cognoscendum ius canonico - pon^{b)} iuri civilitificio - ecclesiasticum facit denique ^(b) ^{li,} & *ius civile*. Est quidem hoc ab ecclesiastico in multis materiis ad inferos fere propulsum, & alibi correctum; tamen lucem afferre potest iis, quæ ex codice Theodosiano uel Iustiniano in corpus iuris canonici translata sunt ^{m)}. Accedit, quod rationes, a glossatoribus & aliis interpretibus allatæ, maximam partem innotantur Romanis legibus.

§. CXXXVIII.

Speciatim germano opus est ⁽ⁱ⁾ *historia ecclesiarum germanicarum*. Quamuis ^{ubi germanus est,} enim magna semper fuerit in germania ^{i) historię eccl. germ. nec non} canonum & pontificis auctoritas, tamen constitit, & adhuc constat germanica libertas, priuilegiis pontificum, concilio-
rum

k) DOVIAT. *prænot.* canon. V, 18.

m) DOVIAT. c. l. I, 2. §. 3. & II, 67. EPO de

l) DAMASI *brocardica.*

iure sacro l. I, nr. 53. seq.

rum canonibus, atque comitorum decretis firmata *n*).

§. CXXXIX.

ubi euangelicus, Præterea iuris ecclesiastici consultus euangelicæ religioni addictus (*k*) principiis *iuris naturæ & philosophiæ moralis* fati innutritus esse debet, ut ius principis in sacras actiones, personas resque ecclesiasticas cognoscere, alios docere, & contra ausus papales defendere possit.

§. CXL.

1) historie reformationis pacis-que Westphalicæ. Denique opus est (*l*) *notitia rerum gestarum reformationis, ut & pacis in Westphalia sancitæ tempore.* Hæc enim te docere potest causas, cur euangelici (*a*) ritus & ceremonias ecclesiæ pontificiæ in tantum quidem, non uero in totum, reiecerint, & (*β*) nuntio principiis misso, principiata sæpe retinuerint.

§. CXLI.

Interpretatio.

Quia iuris ecclesiastici prudentis est, interpretari quascunque leges ecclesiasticas (§. CXXVII.), notes uelim: interpretationem (*r*) consistere in facultate uim potestatemque legum & conuentionum ex earum uerbis & rationibus eruendi; (*2*) ita fieri debere, ut ne lex reddatur inutilis, uel superhabeatur salus animæ, mens

n) SCHILTER de libertate ecclesiarum germaniæ. LVNIG *spicilegium eccles.*

mens latoris, aut uerborum proprietas o); (3) a Dd. distribui in *authentica*, *usua-*
lem & *doctrinalem*, hancque iterum (4)
 in *deklaratiuam*, *extensiuam* p), *restricti-*
uam; (5) *authentica* non nisi ab ipso le-
 gis latore uel huius successore* fieri pos-
 se. Sic quoque notandum est, (6) nul-
 lam legem ecclesiasticam ad negotia se an-
tiquiora extendi posse, nisi (a) legem an-
 tiquiorem interpretetur, sitque simpli-
 citer lata, uel (b) irritet actum ualide
 susceptum q).

* Pontificii tamen tribuunt *pontifici* potestatem au-
 thentice interpretandi ius diuinum, c. 23. de test.
 cap. 18. de iurei. & *congregationi cardinalium*
 potestatem declarandi C. T. canones. KOENIG
princ. iur. canon. I, 2, 12. p. 26.

LIB. I. TIT. I.

DE

CHRISTIANORVM VITA
 VARIOQVE STATV.

§. I.

Quia unionem cum deo per Christum Pro chri-
 inire nequis, nisi emendato animo stianze uitae
 (Prol. §. XIX.); hic autem in tria illa ui-
 tia cardinalia, ambitionem scilicet, auari-
 tiam

o) CARPZOV *Iuris- gument. LL. rite forman-*
prud. Conf. lib. I. d. 226. dis.

n. 7.

q) PIRHING *iur. ca-*

p) SLEVOGT *de ar- non. I, 2. §. 3. n. 117. seq.*

tiam uoluptatemque inclinari, ac rerum profanarum delectatione duci solet: christiani est, (1) humilitatem, paupertatem castitatemque sequi, & (2) æterna petere.

§. II.

uarietate

Vitæ genus ad illud faciens, ut christianus officio suo satisfacere possit, *sanctum* dicitur, & eo sanctius habetur, quo magis facit. Unde intelligere potes causam (1) cur *uitæ communi* tribuatur sanctitas a), atque (2) hac sanctior iudicetur uita *monastica**, ad quam adstrictus, obedientiæ, paupertati castitæque, prout uouit, se dedere debet.

* Huius determinatio, *regula, religio* dicitur, quæ probata debet esse pontifici.

§. III.

status

Status est qualitas, cuius intuitu singulari iure uteris,

§. IV.

uariat,

Est ille uarius, &, prout ad salutem æternam consequendam necessarius est, aut non, eum uel imperant uel suadent* canones.

* Vnde qui coactus est ad ingrediendum monasterium, ex hoc recedere potest.

§. V.

a) c. 9. X. de uita & honest. cler.

§. V.

Pro diuersitate status (§. III. IV.) uariantque iura. Sic christiani liberi sunt, fratres, atque communione ecclesiastica & signorum, quibus ea denotatur, participes.

§. VI.

Cur (1) hic & ille status ad uitam æternam consequendam necessarius habeatur, proptereaque (2) imperari possit; itidem (3) cur uitæ communi aut monasticæ, maximam partem corruptæ, singularis sanctitas tribuatur, equidem non uideo.

TIT. II.

DE

CLERICORVM VITA, ORDINIBVS ET FVNCTIONIBVS IN GENERE.

§. VII.

Munera, quæ ecclesiæ profunt, uel *simplicia* sunt u. c. mansionarii, sacellani, thesaurarii &c. uel *ecclesiastica*. Ad hæc subeunda qui solemniter sunt constituti, de sorte domini b) uidentur esse, proptereaque *clerici* audiunt c). His opponuntur *laici*, qui a spiritualibus remoti
Engau ius eccles. E ti

b) c. 7. C. 12. q. 1.

c) c. 5. 7. C. 12. q. 1.

ti *d*), & per asinam Balaami significati *e*), uocantur secularium & carnalium *f*) nomine.

§. VIII.

a) uita,

Clericorum est, (1) non solum tria illa uitia cardinalia fugere (§. I, 1.), sed & abominari ebrietatem *g*), aleam *b*), concubinatum * &c. (2) abstinere a procuratore *i*), tabellionatu *k*), commerciis *l*), aliisque muneribus negotiisque *secularibus*; (3) *honestatem* in sermone, gestibus, & uestitu ** colere, ut ne turpia loquantur *m*), histrionico more agant *n*), comam nutriant uel barbam *o*), aut gestent habitum alius coloris formæue, quam præscripserunt canones *p*); (4) cauere, ut *effundant sanguinem* *q*). En causam, cur (*a*) arma portare *qq*), (*b*) iisque res suas defendere *r*), (*c*) *militiam* sequi, (*d*) *chirurgiam*, uel *medicinam* exerce-

re

- | | |
|---|---|
| <i>d</i>) c. 2. D. 63. c. 1. D. 96. | <i>n</i>) c. 15. X. de uita & bon. cler. |
| <i>e</i>) GRATIANVS post c. 41. C. 2. q. 7. | <i>o</i>) c. 5. X. eod. FABROTVS in tit. X. de uit. & bon. cler. p. 34. |
| <i>f</i>) c. 5. C. 6. q. 1. | <i>p</i>) c. 15. X. eod. |
| <i>g</i>) c. 1. 4. D. 35. c. 14. X. de uita & bon. cler. | <i>q</i>) NETTELBLADT d. de ecclesia sanguinem non siciente. |
| <i>b</i>) c. 15. X. de uita & bon. cler. | <i>qq</i>) c. 2. X. eod. |
| <i>i</i>) c. 2. X. eod. | <i>r</i>) STREIN <i>antinom.</i> iur. pontif. & cesar. tit. VIII. diff. 5. |
| <i>k</i>) c. 8. X. eod. | |
| <i>l</i>) c. 9. 10. D. 88. c. 1. 3. | |
| C. 14. q. 4. c. 6. X. ne cler. uel mon. secul. | |
| <i>m</i>) c. 6. D. 46. | |

re s), (e) uenari t) &c. nequeant; (5) non infideles tantum, sed & laicos fugere u).

* Clerici non alant concubinas c. 6. D. 32. nec foli uisitent uirgines c. 20. 26. D. 81. aut moniales c. 8. X. de uir. & hon. cler. multo minus cum mulieribus socialiter c. 28. D. 81. aut alio suspecto modo uiuant. ESPENCAEVS de contin. VI, 12. Hinc iam olim agaperas dimittere coacti sunt. CYPRIANVS epist. 62. Obs. Hal. T. VI. obs. 26. ROEHRENSÉE de mulieribus clericor. subintroductis.

** Olim uestitu a laicis non discernabantur. CAELESTINVS ep. ad Episc. Viennens. & Narbon.

§. IX.

Clerici gaudent (1) sanctitate x), omnes b) iura. actiones, quæ famam sugillant, declinante, & (2) priuilegio fori y), quod tamen non attenditur, ubi assassini horumue fautores facti sunt z), uel habitum secularem gesserunt delicti commissi tempore a). Sic quoque (3) sunt immunes a ciuili imperio, (4) ciuilibusque oneribus b). Quibus iuribus & immunitatibus uix renuntiarî posse statuunt. (Prol. §. CV*).

E 2

§. X.

- s) c. 19. X. de homic. diff. 4. n. i. KOENIG ad
 t) c. 1. X. de cler. uel X. II, 1, 46. seq. 67. 89.
 mon. z) c. 1. de homic. in 6.
 u) c. 6. C. 2. q. 7. a) c. 1. de apost.
 x) c. 29 C. 17. q. 4. c. 12. b) c. 4. de cens. in 6.
 X. de foro comp. c. 4. X. de immun. eccl.
 y) STREIN c. l. tit. 2.

§. X.

c) diuifio in minores & c) Munera ecclefiastica (§. VII.) uel *facra* funt, uel *uulgaria*. His funguntur *oftiarii c)*, *lectores*, *exorciftæ d)* & *acolythi e)*, qui clerici minorum ordinum * uocantur, atque ad altare miniftrare nequeunt **.

* Minores ordines a Chriſto inſtitutos habent alii, alii ab apoſtolica eccleſia probatos, alii ſubſequenti tempore introductos iudicant. Vid. BARONIVS *annal.* ad A. 44. num. 78. BEL-LARMINVS *de cler.* I, II. Card. BONA *rer. liturg.* I, 25.

** Hodie funt rariffimi, quum eorum munera uel ſubeant laici, uel ſuppleant presbyteri. MORINVS *de ſacr. eccleſ. ordin.* p. III. ex. 13. §. 10. CORVINVS *de P. Eccl.* II, 8. ſeq.

§. XI.

maiores,
qui uel
diaconi

Qui functionem ſacram ſubeunt (§. pr.), uel ſacrificium peragunt, uel illud peragenti adſiſtunt. Illi *ſacerdotes*, hi *diaconi* audiunt & *Leuitæ* (Prol. §. XXVIII.). Omnes in *ordinibus ſacris* ſeu maioribus conſtituti, & *miniſtri altaris* eſſe dicuntur, proptereaque ſub lege calibatus gemunt f).

§. XII.

uel ſacer-
dotes.

Sacerdotes, quorum eſt (1) paſtorem agere

c) IVO *decret.* p. VI. e) C. I. D. 25.
c. 5. 20. f) SAUSSAY *panopl.*
d) BARBOSA *I. Eccleſ. ſacerd.* p. II. lib. 1. art. 2.
l. 38. 15. ſeq.

agere *g*), i. e. animos auditorum uerbo diuino pascere *h*), bene precari populo, de uotis arbitrari &c. (2) sacrificium peragere *i*) tempore, quo non polluti uenere manus abluerunt, & uestes sacerdotales annulum *k*), sandalia *l*), chirothecam, uestem linteam induerunt &c. uel *primi* uel *secundi ordinis*, seu, quod eodem recidit, uel *episcopi* uel *presbyteri* dicuntur esse; quorum illi, neutiquam uero hi, (1) *imperio sacro* muniti, (2) *donis Spiritus S.* repleti, (3) *mitra* seu *infula m*) decorati, (4) *faldistorio baculoque* utuntur.

- * Itaque hæc est clericorum subordinatio: *Episcopos* insequuntur *presbyteri*, quibus subsunt *diaconi*, post *subdiaconi*, dein *clerici minorum ordinum*. Vnusquisque ei, cui ordine subest, debet reuerentiam.

§. XIII.

Muneribus sacris aliisque ecclesiasticis *d*) funguntur clerici uel iure proprio, uel iure alterius gerentes. Hi (1) potestatem sibi datam in fauorem tertii imminuere nequeunt, & (2) quia uel ui officii aut dignitatis, uel ex mandato speciali agunt, in *natos* & *datos* diuiduntur.

E 3

§. XIV.

g) GYPRIANVS ep. 3. & 59.

h) A& VI, 4.

i) c. 1. §. 3. X. de *summa Trin.*

k) SCHMID d. de *anulo pastoralis*.

l) LINCK de iure *episcopali* c. 14. nr. 72.

m) STEGER de *infulis, sacrae dignitatis insignibus*. VLRICH de iure *insignium* p. 15.

d) *functiones* uel iure proprio

§. XIV.

uel a uicariis tam natis

De uicariis natis sequentia uelim notes: (1) quod potestatem suam exercent *lege stabili*, (2) atque continent *in perpetuum*, i. e. illo etiam mortuo, cuius uices gerunt; (3) quod acquirant & amittant uicariatum, ubi acquirunt & amittunt munus, quocum ille coniunctus est.

§. XV.

quam datis suscipiendæ.

Vicarii dati (§. XIII.) ab arbitrio constituentis dependent. Hinc eorum potestas (1) uariatur; (2) ex tenore mandati cognoscitur; (3) resoluitur, (a) iure constituentis resoluta, (b) constitutione reuocata, & (c) præterlapso tempore, ad quod facta est constitutio.

§. XVI.

Religiosi.

A clericis differunt (1) *religiosi* seu *monachi*, quorum est (a) seruare tria illa uota (§. II.), & (b) uti habitu, humilitatem, pœnitentiam, paupertatemque denotante *n*); (2) *equites sacri*, qui religionem armis propagare & defendere debent.

§. XVII.

Epicrisis.

Quia (1) presbyteri & episcopi ab initio fuerunt iidem *o*); (2) probari nequit, quod episcopi in locum & iura apostolorum successerint; (3) apostoli imperio

n) SPONIVS *miscell. antiq. erud.* p. 309. n. 10.
SOETZ *de uestimentis mo-*

nachorum v. *Münchs*
Pappen.

o) Act. XX. Tit. I.

rio civili subsuerunt *p*), & (4) internum tantum obsequium a suis auditoribus exegerunt (Prol. §. XXIII.): me quidem iudice, (*a*) in iure canonico - pontificio status & iura doctorum ecclesiae extenduntur, auditorum uero imminuuntur nimium; (*b*) episcopis deest titulus, quo imperium sacrum possideant, nec (*c*) competit potestas dona spiritus sancti cum aliis communicandi &c.

§. XVIII.

Germani (1) non arcent omnes clericos ^{Vfus in} a militia, iurisdictione criminali, aut ue- ^{Germania,} natione *pp*), nec (2) iis omnimodam immu- ^{speciatim} nitatem tribuunt a civili imperio, ciuilibusque oneribus.

§. XIX.

Euangelici, qui probe perpendunt (*a*) in in terris scriptura sacra omnes fideles dici *cleri-* euangelicis. *euangelicos q*), & *sacerdotes* in sensu mystico *r*), nec (*b*) rationem, ex qua sacerdotes ac Leuitae V. T. fuerunt de sorte domini, quadrare in doctores ecclesiae N. T., negant (1) fideles in *clericos* & *laicos*, atque (2) illos iterum in *maiores* & *minores* iure diuidi; (3) nesciunt *sacerdotes*, eorumque gradus; (4) quos habent Dd. ecclesiae, ad le-

E 4

genz

p) Ro. XIII, 1.

q) Eph. I, 11. Col. I, 12.

pp) NETTELBLADT

I. Petr. V, 3.

pr. de usu doctrinae: ecclesiam non sive sanguinem, in iure publico imperii Ro. Germanici.

r) I. Petr. II, 9. Illustr. BOEHMER I. E. antiq. diff. X, §. 5. seq.

gem calibatus non adstringunt, nec (5) a reali *negotiatione* arcent. Tantum porro abest, ut (6) statuatur, clericos iure diuino a *ciuili potestate* liberatos s), & priuilegiato foro subiectos esse, ut potius principi priuilegium fori adimendi, & clericis ei renunciandi liberam potestatem tribuant. Sic quoque (7) penes principem esse putant, immunitatem a collecta cereuisiaria, pontatico &c. augere, imminuere, immo plane reuocare. Porro notandum (8) quod iis non nisi ciuilem *sanctitatem*, quæ in iuribus reuerentialibus se exferit t), tribuant; (9) quod uarii quidem sint *nominis*, ast idem fere *munus* subeant, eundemque habitum a laicali distinctum gerant; (10) quod, qui *ministerium uulgare* in ecclesia subeunt, clerici non dicantur, licet priuilegiato foro & aliis gaudeant clericorum iuribus; (11) quod in euangelicis ecclesiis *monachi* non deprehendantur.

§. XX.

Vulgum, qui (1) doctores ecclesiæ uocat *Priester*, *geistliche*, &c. atque (2) *ministerii ecclesiastici necessitatem* absolutam defendit, erroris arguere nullus dubito.

TIT.

s) COCCEII d. de *fundata in territor. potest.* de officio princ. euang. circa augenda salar. & honor.

t) STRYK d. de *effect. ministr. eccl.*
tur. reuer. THOMASII d.

TIT. III.

DE

ROMANO PONTIFICE.

§. XXI.

Romanus pontifex est episcopus (§. XII.) Pontifex natus ad id, ut uices Christi gerat Ro. est (§. XIV.) imperando ecclesiæ rebusque publicis.

* Vicariatum Christi cum Episcopatu Romano in perpetuum coniunxisse dicitur Petrus. V. Bullarium M. To. I. p. 258. To. II. p. 609.

§. XXII.

Vnde hæc deriuo axiomata:

- I. Pontifex Ro. in episcopis est.
- II. Habetur uicarius Christi, & quidem
- III. natus ad id, ut ecclesiæ christiænæ imperet rebusque publicis.

§. XXIII.

Pontifex Ro. (1) gaudet *pastorali potestate*, itidem (2) *sacerdotum* non solum primi, sed & secundi ordinis *uestibus* u) & *insigniis*, * nec non (3) iuribus *episcopalis ordinis* (§. XII.): est enim in episcoporum numero (§. XXII, 1).

* *Baculum* tamen excipere debes. IO. CIAMPINI d. an. R. P. *pastorali baculo utatur.*

§. XXIV.

Quia P. R. habetur Christi uicarius (§. Christi uicarius XXII,

E 5

u) INNOCENTIUS uestr. III. *serm. in fest. S. Syl-*

XXII. 2.): de causa constabit facile (1) cur Christo tantum, huiusque patri subiicere, (2) in hoc mundo *inappellabilis*, nec non (3) angelis & regibus (Prol. §. XXXII.) maior, esse sibi uideatur; (4) cur *solio* gaudeat, *sceptroque recto* (Prol. §. XVIII.) *u*), (5) cur se *deum* nominet in his terris *x*), itidem dominum dominantium; (6) cur per uniuersum orbem *y*) sibi uindictet *primatum* nullo modo imminuendum (§. XIII, 1.) *z*). Denique ipse se qua *successorem Petri* uenditat, in rebus fidei falli & *fallere nescium a*).

§. XXV.

natus,

P. R. est uicarius Christi (§. XXII, 2.) natus (§. eod. 3.). Hinc (1) *lege stabili* agere, atque (2) potestatem suam una cum episcopatu Ro. (§. XXI. *) *acquirere & amittere* dicitur (§. XIV, 3.).

§. XXVI.

imperans
ecclesie &

Quandoquidem P. R. ad id nascitur, ut ecclesia christianæ imperet (§. XXII, 3.): consequens est (1) ut *leges ferre*, (2) *priuilegia* tam certæ personæ, quam certo personarum generi concedere, & (3) *concessis*

u) ROCCABERTI *Bibliotheca maxima pontif.*

x) c. 7. D. 96.

y) c. 1. D. 96. PIGNATELLI *To. IX. conf. 67.*
n. 44. seq.

z) IDEM *To. III. conf. 1.*
n. 23, 25, seq. 10. a TURRE-

CREMATA *de P. M. consiliique generalis auctoritate*
p. 13. nr. 18.

a) IDEM *To. IV. conf. 42. n. 24. seq. & To. X. consult. 155. nr. 4. seq.*
BARBOSAE *collect. in ius pontific.* *To. V. p. 114. seq.*

cessis modum, quem uelit, ponere (Prol. §. CIV, 1.), nec non (4) *salutem ecclesie*, atque (5) *unionem fidei* in perpetuum conseruandam curare possit debeatque (Prol. §. XXXIII. XXXV.). Hinc (a) *religioni & conscientie* imperare b) (§. XXXV, 3.), (b) *media salutis* determinare, (c) *noua sacramenta*, nouaque morum præcepta condere, (d) *nouos fidei articulos* conficere, (e) *controuersias fidei* decidere, (f) *ritus sacrorum* peragendorum tempore seruandos præcipere, (g) *iudicia ecclesiastica* constituere, (h) *episcopos* ordinare, remouere, transferre, (i) ab ordinatis *iusiurandum subiectionis & religionis* exigere, (k) *uniuersum orbem Christo* deditum protegere c), & per legatos uisitare, (l) *concilia æcumenica* d) conuocare &c. potest.

§. XXVII.

Rebus publicis imperat R. P. (§. XXII, 3.) rebus publicis.
Hinc sibi tribuit (1) *nomen regis regum* e); (2) *ius reges nominandi*, (3) ab aliis electos *examinandi* f), (4) ad *iusiurandum fidelitatis* uel obsequium g) præstandum adstringendi,

b) IDEM To. VII. conf. 65.

c) ID. To. V. conf. 46. n. 47.

d) c. 1. sq. D. 17. MART. ab AZPILCVETA lib. III. conf. 1. tit. de iis quæ fiunt a prælatis &c. p. 497.

e) c. 10. D. 96. BEL- LARMINVS To. I. Op. de P. R.

f) c. 34. X. de elect. IAN. d. de *dominaru pontificio*.

g) III. BVDERI lib. de *legationibus obedientia Romanam missis*.

gendi, (5) *coronandi*, (6) *inutiles ecclesiæ que nocituros* *b)* regno exuendi *i)*, (7) *negligentibus coadiutorem* *k)* *dandi* & c. (8) *ius hæc & illa regna sub lege beneficiaria uel sibi arrogandi* *l)* *uel aliis concedendi* *m)*; (9) *ius illegitime natis aperiendi uiam ad imperium* *n)*; (10) *ius quæuis negotia secularia ad salutem ecclesiæ dirigendi* (Prol. §. XXXV, 1.); (11) *ius pacem & treugam belligerantibus imperandi* & c.

§. XXVIII.

Quia Christi nomine (§. XXIV.) ecclesiæ (§. XXVI.) rebusque publicis (§. XXVII.) imperare sibi uidetur supremus pontifex *o)*: (1) *utroque gladio* *p)* *utitur*, nec non (2) *suis uestibus* *q)* (3) *tiaraque* *r)*; (4) *tam in spiritualibus, quam in temporalibus, nullius*

b) PEREGRINI tr. de iusta reip. christianæ in reges impios & hæreticos auctoritate.

i) c. 6. X. de uot. c. 2. de sent. & re iud. in 6. Bullarium M. To. I. pag. 27. BARBOSA c. l. To. VI. p. 325.

k) c. 2. de suppl. neglig. prælat. in VI. BANCK de tyrannide papæ in reges & principes christianos c. XIII.

l) RECHENBERG de rotatu Hildebrandino s. de Gregorii VII. P. R. abso.

luto dominatu §. 42.

m) FABRICIVS de denario S. Petri. c. 2. p. 25. NEVMANNVS de regibus P. R. stipendiariis.

n) c. 13. X. qui fil. sunt legit.

o) c. 2. X. de transl. episc.

p) Extrau. comm. 1. de maior. & ob.

q) Gli abiti sacri del sommo pontifice p. GEORGIO.

r) RAYNAVDVS de corona aurea supra mitram. FESCH de iure insignium c. 3.

lius s) subest iudicio, ipse uero iudicat omnes t), quarumuis rerum intuitu u); (5) *seruus seruorum dei* dicitur x), (6) aliosque magnificos gerit *titulos* y); (7) *osculum pedum* z) & multa reuerentiæ ac subiectionis signa a), uilissima ministeria b), ab omnibus omnino regibus exigit; (8) quædam sibi *reseruat*, & a cuiuslibet eximit potestate c).

§. XXIX.

Quam summam R. P. potestatem, uariis *artibus & fraudibus quæsitam* d), restrinxerunt concordata nationis germanicæ (Prol. §. CXVIII.), contra quæ rescribere non licet pontifici e).

§. XXX.

s) BARBOSA c. l. To. V. p. 118. n. 42. seq. & p. 335. n. 5. seq.

t) c. 13. 14. 16. C. 9. q. 3. c. 7. 9. D. 21. c. 6. D. 41.

u) PIGNATELLI To. V. conf. 60. n. 1. 2. To. VIII. conf. 31. n. 10. seq.

x) LEYSER de *seru. seruorum* n. 7. MAYER de *ritulo P. R. serui seruorum*, GONZALEZ TELLEZ ad X. To. I. p. 826. n. 13.

y) GONZALEZ c. l. To. V. p. 809. seq.

z) MAYER de *osculo pedum P. R.* SIRICIVS *idol. papal.*

a) *Concil. Later.* sub Leone X. h. sess. 9. SCHILTER de *libert. eccl. germ.* V, 1 p. 619. seq. FRESNE *glossar.* To. III. p. 972. MORNAY *myster. iniqu.* p. 286. seq.

b) *Ceremon. Rom.* lib. 1. sect. 3. c. 3. BECHMANN *notit. dignit. illustr.* diss. 13. c. 2. §. 6.

c) c. 3. D. 37.

d) MORNAY *myster. iniquit.* GOEBEL *Cæsareop. Ro.* HEIDEGGER. *histor. papatus.*

e) III. BOENMER I. E. P. 1, 3, 8.

§. XXX.

in terris
euangelico-
rum princi-
pum

Tantum porro abest, ut hanc P. R. potestatem probauerint, ut potius deriserint euangelici, statuentes: P. R. (1) in rebus fidei non minus ac in aliis falli & fallere alios f), (2) esse *caput ecclesie christianae supposititium g)*, (3) eique *nullum imperium iure diuino deberi: Ipeiatim (4) illius non esse, fidei controuersias decidere, (5) reges nominare, coercere, deponere b)*, &c.

§. XXXI.

Germania
nulla est.

Per paces religiosas principibus euangelicis hoc datum est, ut (1) *pontifici* plane non subsint (Prol. §. LXVIII, 1.), & (2) in *ecclesiis collegiatis*, si quae in eorum territoriis sitae sint ad pontificios pertinentes, eadem potestate gaudeant, qua olim gauisus est pontifex ui concordatorum i), dummodo pax Guesthphalica uos limites ei non posuerit.

TIT. IV.

DE

EPISCOPIS, ET EORVM VARIIS
ORDINIBVS.

§. XXXII.

Episcopus
est

E*piscopus* * est sacerdos primi ordinis (§. XII.)

f) BAUMGARTEN de infallibilitate Ro. Pont.

g) KVNAD d. de capite eccl. christ. genuino pariter ac supposititio.

b) LVDWIGS Unfug wider die Cron Preussen.

IANVS de dominatu pontificio in reges & principes post reformationem diminuto.

i) STRYK de iure palei principum euangelicorum.

(§. XII.), dicecesi (Prol. §. XXXIV. *) cui-
dam imperans. **

* Episcopi ab initio iidem erant, qui presbyteri.
Ex quo uero plures in una ecclesia coeperunt
esse presbyteri, horum primus uariis de causis
eminuit non solum nomine episcopi, sed &
statu iuribusque. Ill. BOEHMER *I. E. A.* diff.
VIII. §. 12. seq.

** Nomen *apostoli, pontificis, papae* &c. quod olim
cuique episcopo dabatur, ab aliquot seculis cœ-
pit esse Romani proprium.

§. XXXIII.

Vnde hæc deriuo axiomata :

I. Episcopus est in sacerdotibus pri-
mi ordinis

II. Imperat dicecesi sibi assignatæ

III. Subest pontifici.

§. XXXIV.

Ex primo (§. XXXIII, 1.) sequitur, ut *sacerdos*
episcopus (1) uitam nulla reprehensione
dignam ducere *k)*, nec (2) in *causis secu-*
laribus occupatus esse *l)*, aut (3) *uxorem*
ducere, debeat; (4) gaudeat *potestate pasto-*
rali, speciatim iure prædicandi ** m)*, oran-
di *n)*, quæuis sacramenta administrandi *o)*,
iure clauium &c. (§. XII.), itidem (5) *po-*
testate uestes sacerdotales induendi, *sacri-*
ficandi &c. Sic quoque illius est (6) *pau-*
peres,

k) c. 6. D. 25. c. 6. 7. *iure episcopali* c. VIII. n.
D. 40. 17. seq.

l) c. 4. D. 38. *n)* c. 3. D. 61.

m) LINCKII tr. de *o)* LINCK c. 4. n. 24. seq.

peres, uiduas, orphanos &c. curare p), & (7) *hospitalis q)* esse.

* Quod ius episcopi iamdudum perdiderunt lubentissime, nec, quod patres C. T. *sess. V. de reform. c. 2.* & *sess. XXIV. c. 24.* uoluerunt, adhuc recuperarunt.

§. XXXV.

primi ordinis

Episcopus est sacerdos primi ordinis (§. XXXIII, 1.). Hinc dicitur ita instructus esse donis Spiritus S., ut possit (§. XII, 3.) (1) *consecrare*, i. e. tam ecclesias, altaria, aliasque res ad cultum diuinum necessarias diuina qualitate munire *r*), quam donis Spiritus S. instruere *personas* ecclesiasticas, sicque characterem, qui reiterationem respuat, imprimere; (2) inaugurare reges *s*); (3) *chrismata* conficere *t*); (4) se praesidem uerbi diuini agere *u*); (5) ecclesias pollutas reconciliare &c. Quae iura a consecratione dependentia, ubi coniunctim sumuntur, ueniunt nomine *pontificalium*, seu *iurium episcopalis ordinis*.

§. XXXVI.

imperans
diocesi,
dum

Dioecesi sibi assignatae imperat episcopus (§. XXXIII, 2.). Vnde (1) *superbit titulis*; (2) *insignis* utitur, & quidem *pedo*

p) c. 1. seq. D. 87. n. 140. seq.
q) c. 1. seq. D. 42. r) c. 4. D. 68. BARBOSA I. Eccl. I, II. n. 95. sq.
 Pontif. Ro. p. 497. sq. SA I. Eccl. I, II. n. 95. sq.
 LINCK. c. l. c. IX. nr. 61. u) ALTESERRA in X.
 seq. Innocent. III. p. 191.
 s) LINCK. c. l. c. XIV.

do x), annulo y), figillo authentico z), thronoque. [Hic in medio ponitur, ex utroque latere adfidentibus presbyteris, & adstantibus diaconis a.] (3) ecclesiam representare, nec (4) sanguinem sitire dicitur; (5) potest in signum subiectionis, sibi uel in scriptis uel homagio praestita b), tributa c) & census d) exigere, (6) negotia dioeceseos & singularum istius ecclesiarum dirigere, (7) ministros ecclesiae, quos clericos dicunt (§. VII.), constituere, (8) loca, quibus indiget ecclesia, publica declarare &c.

§. XXXVII.

Sic quoque potest (9) leges ferre e), (10) fert leges, indulgentias f), aut (11) ueniam peccatorum dare, (12) priuilegia concedere g), non tamen intuitu irregularitatis publicae h), aut
Engau ius eccles. F con-

- | | |
|--|--|
| x) SCHMID de baculo pastoralis. ECKHARD de pedo episcopali. Illustr. BOEHMER I. E. P. III, 20, 24. | exc. prael. c) SANNIG ad X. I, 31. c. 9. n. 3. seq. d) Ill. BOEHMER I. E. P. III, 39, 128. LINCK. c. l. c. X. n. 96. seq. e) ZIEGLER de Episc. III, 19. f) c. f. X. de offic. iud. ord. g) ZIEGLER c. l. c. 21. h) GVTIERREZ quaest. canon. I, 3, 9. |
| y) SCHMID de annulo pastoralis. | |
| z) HEINECCIUS de figillis I, 13. | |
| a) MATTHAEI manud. ad ius canon. p. 50. Constat. apostol. II, 57. AVGVSTIN. ep. 203. | |
| b) c. 6. D. 23. cap. 3. X. de maior. & obed. c. 15. X. de | |

constitutionum, quas ipse iureiurando firmavit *i*), aut contra concilia *k*).

§. XXXVIII.

quis dicit,

Porro episcopi est (13) clericis, ministris suis (§. XXXVI.), horumque familiae, in omnibus omnino causis, (14) laicis uero, in ecclesiasticis tantum, *ius dicere l*), &, (15) pœnas ecclesiasticas imponere &c. proptereaque (16) *tribunalia* constituere *m*).

§. XXXIX.

curat salutem ecclesie,

Denique non potest non (17) curare salutem ecclesie (Prol. §. XXXV.), & singulorum illius membrorum, sicque (a) uota mutare, relaxare &c. *n*), (b) constituere, qui animis inserviunt uerbo & sacramentis, (c) scholarum, academiarum & monasteriorum exstructionem curare, (d) de cultu diuino peragendo disponere, (e) iubere, hos illos dies festos celebrari, (f) controuersias fidei dirimere.

§. XL.

in bona eccl. inspicit,

Episcopo porro competit dominium *bonorum ecclesiasticorum eminens o*), ui cuius (a) rationes ab œconomis ecclesiarum, religiosarum domuum, locorumque piorum reddi-

i) BARBOSA *collect.*
ad ius pont. To. I. p. 47. n. 6.

k) GVTIERREZ c. l. n. 10.

l) c. 16. 18. X. *de offic. ind. ord.*

m) c. 15. X. eod. c. 7. cod. in VIto.

n) c. 1. 2. 8. 9. X. *de uoris.*

o) c. 5. seq. C. 10. q. 1.

redditas discutere, atque (b) ut reditus ad id, ad quod sunt destinati, conuertantur, curare p), nec non (c) cuiusuis generis alienationem prohibere q), ipse uero quamuis, canonice tamen, suscipere potest r).

§. XLI.

Denique episcopi est uifitare* s), i. e. inuifitat. quirere (a) in ueritatem sermonum de Deo habitorem, (b) solemnem sacramentorum administrationem, (c) uitam clericorum, (d) iurium & reddituum ecclesiasticorum statum, priuilegia, (e) necessariam utilem-ue ædium sacrarum uel religiosarum reparationem.

* Hoc semel per annum facere debet c. 16. X. de offic. ind. ord. C. T. sess. 24. de ref. c. 3. potest uero etiam uices suas delegare alteri.

§. XLII.

Quia quisque episcoporum suæ diocesi Hinc parti-
imperat (§. XXXIII 2.): nequit (1) ferre cularis est,
leges uniuersales, (2) disciplinam in conci-
liis œcumenicis determinatam soluere, (3)
ecclesias exemptas, aut matrum in diocesi fi-
tarum filias extraneas t) uifitare, (4) ab iis,
qui extra diocesin uiuunt, obedientiam &
subiectionem exigere, (5) in locis exem-
tis

F 2

p) Ill. BOEHMER
I. E. P. III, 36, 38. 40.
q) c. 2. 42. C. 12. q. 2.
r) BOEHMER iure paroch.
VI, 1, 8. DVNOZETI
decif. rotæ Rom. d. 171. n. 9.

s) c. 21. X. de cens. c. 1.
eod. in VIto. LINCK c. tr.
c. X. n. 77. seq. ZIEGLER
de Episc. III, 26.
t) c. 2. X. de relig. dom.

tis aut extra diœcesin ius dicere u), (6) extraneos literis formatis non instructos ordinare &c.

§. XLIII.

regimini
pontificis
subiectus.

Ex eo, quod pontifici subsunt (§. XXXIII, 3.), de causâ constabit, cur (1) *independentes* dici nequeant x); (2) cur pontifici *subiectionis iusiurandum* præstare y), ac (3) quævis signa summæ *reuerentia* exhibere debeant.

§. XLIV.

Epicrisis.

Ex hætenus dictis facile cognoscere potes, quid statuendum iudicem de iurium episcopaliū diuisione (a) in legem diœcesanam & iurisdictionem, (b) in ordinem & iurisdictionem, (c) in ordinem, iurisdictionem & dignitatem z), (d) in actus ordinis, iurisdictionem, legem diœcesanam & iura status dignitatisque a).

§. XLV.

Quinam sint

Episcopos in *simplices, exemptos, archiepiscopos, metropolitans, exarchos, primates, & patriarchas* diuidi, tam certum est, quam quod certissimum.

§. XLVI.

u) c. 7. de offic. ordin. in 6to Clem. un. de foro comp. BARBOSA collect. ad ius pontif. To. I. p. 261. n. 8.

x) III. BOEHMER I. E. P. I, 31, 47. & III, 10, 4.

y) BVLLAR. M. To. II. p. 552.

z) LINCK. c. tr. c. VII. §. 9. seq.

a) c. I. C. 10. q. I. c. 16. 18. X. de offic. iud. ord.

§. XLVI.

Episcopus, prouinciæ ecclesiasticæ, in archiepi-
cuius metropoli sedet*, imperans, dicitur *scopi*,
archiepiscopus uel *metropolitanus* (Prol.
§. XXXIV.). Simples superat (a) di-
gnitate, (b) iure pallii, & (c) crucis præfe-
rendæ b), (d) iure examinandi & ordinan-
di episcopos prouinciæ, atque (e) ab or-
dinatis iusiurandum subiectionis exigen-
di, (f) potestate totam prouinciam cu-
randi c), legibus instruendi, hæresibus pur-
gandi, (g) synodum prouincialem ha-
bendi &c.

* Olim non erat sic. Metropoles enim nihil digni-
tatis aut potestatis dabant episcopis, quibus omni-
bus eodem iure gaudentibus locum assignabat dies
ordinationis. MASCOV de primat. §. 9.

§. XLVII.

Episcopus sedi apostolicæ immediate exempti,
parens (a) dicitur *exemptus*, (b) utitur *pallio*,
(c) proximus est ab archiepiscopis.

§. XLVIII.

Primus inter episcopos totius cuiusdam *primates*,
regni, *Primus d)* audit, gaudetque iure
dirigendi nationalia concilia. Primatus,
ex quo cum sede quadam coniunctus est,
tribuit imperium & *exarchi e)* nomen.

F 3

§. XLIX.

b) THVLEMAR de Orig. Eccl. II, 17, 13. seq.
Archi-Episcoporum pallio & d) ZIEGLER c. I, II.
aliis insignibus. BINGHAM c. I, II, 16, 6.
c) BARBOSA I. e) MAGER de exar-
Eccl. I, 7, 34. BINGHAM chis.

§. XLIX.

patriarchæ, & *Patriarchæ sunt uel principales uel minus principales. Illi sunt, quorum sedes Petrus fundasse dicitur, utpote Antiochenus, Alexandrinus, Constantinopolitanus f) & Hierosolymitanus g) Ep.; hi uero, qui in ecclesia latina hoc nomen consecuti sunt uel ex Ro. Pont. indulgentia uel ex diuturna consuetudine (b). Illi, (1) cardinalibus præferri, & (2) regibus æquiparari cupiunt; (3) induunt palium, quo uelint tempore; (4) sibi crucem præferri iubent omnibus in locis, Romam si exceperis i); hi uero a primatibus non differunt.*

§. L.

titulares, *Episcopi, quibus non licet adire titulum sibi assignatum, dicuntur titulares *, nomine tales, in partibus, Weib, Bischöffe k).*

* Hi media ætate, qua uel barbari uel calumniatores, non unum & alterum, sed plures, expellebant sedibus, sunt nati, &, ut ad Christum eo facilius conuerti possent infideles, conseruati, atque, amissa terra sancta, aucti quam maxime. Hos in ecclesia retinendos putarunt patres Conc. Trident. V. PALLAVICINI *histor.*

- f) Conc. Constant. A. 381. h. c. 3. i) CIRONIVS lib. I. obs. II.
 g) Conc. Nicæn. c. 6. 7. k) ANDREVVCCI & WILHELMI II. de episcopo titulari.
 h) BESSEL I. publ. Ro. eccl. diff. V. sec. 2. §. 1. tit. 3.

histor. C. T. Lib. XXI. c. 3. n. 2. THOMASSINVS
de V. & N. E. D. p. I. lib. 1. c. 28. §. 5. seq.

§. LI.

Episcopi Germaniæ (1) superioritatem Germaniæ
facram (§. XXXVII. seq.) in tota diœcesi, episcopi,
si neque lex neque pactum obstat (Prol.
(§. LXVIII, 1.) exercent 1); (2) actus epi-
scopalis ordinis ut plurimum relinquunt
aliis; (3) sunt Cancellarii academia-
rum *m*) in diœcesi sitarum.

§. LII.

Et qui ex illis immediati* sunt, in ter-
ritoriis, quæ possident, superioritatem
exercent *n*), atque (4) præferuntur secu-
laribus principibus, & (5) sicut olim uene-
rabiles, seu Ehr: uel Ehrfurcht-würdige dice-
bantur *o*), dicuntur hodie Resen *p*); (6)
in ecclesiasticis pontifici, in secularibus
uero imperatori & imperio, subsunt, qua
de re (7) ab hoc ad comitia, ab illo ad
concilia uocati comparere tenentur *q*);
(8) curiis feudalibus, & (9) officiali-
bus hereditariis, illustribus etiam, sunt
instruati *r*).

F 4

* Dau.

- 1) I. P. O. art. V. §. 48. ~~FX~~ n. 1.
m) LINCK c. I. c. 10. *q*) III. BOEHMER III,
 nr. 50. seq. 4, 6.
n) III. BOEHMER I. *r*) SPENER c. I. II, 5,
 E. P. III, 5, 126. LINCK. 8. GAERTNER de S.R.
 c. I. c. 14. nr. 145. seq. I. Electorum imprimis Sa-
o) SPENER T. iur. xon. feudis & officiis Bam-
 publ. lib. II. c. 5. §. 9. ^{ianis} bergensibus.
p) GYNDLING ^{part}

- * Dantur enim mediati & Archiepiscopi, ut Vienneſis, Pragenſis, & exenti, ut Labacenſis, Uraſlauenſis, & ſimplices, ut Gurcenſis, Lauantinus, Seccouiſis, iſti principi parentes, in cuius territorio ſedent.

§. LIII.

archiepi-
ſcopi, ſpe-
ciatum

De archiepiſcopis Germaniæ hæc uelim notes: (1) quod omni fere poteſtate in ſuffraganeos ſint priuati; (2) quod Rhenani antiquitate & ſede ſuperent reliquos s), (3) ſintque archicancellarii, & (4) electores, ac audiuerint olim (5) primates t) in ſuis prouinciis.

§. LIV.

Mogunti-
nus,

Archi-epiſcopus Moguntinus (1) primatis titulum, quem gerit, a Bonifacio deriuat u); (2) archi-cancellariū iura per Germaniam x), Italiam & Belgium exercet y), ac (3) uicecancellarium, quem uult, mox epiſcopum mox alium, ſemper tamen imperatori amicum z), conſtituit a); (4) dirigit conuentus imperii; (5) conuocat electores ad imperatorem eligendum b), (6) electum conſecrat & corona

s) SPENER c. I. II, archino imperii §. 9. ſeq. 5, 7.

z) ZECH de origine, in- maieſt. imper. p. II. c. 28. dolo, factis atque iuribus primatum Germaniæ. a) Capit. Caroli VI. art. 25.

u) IDEM c. I. c. 2. §. 3.

x) A. B. tit. 2. §. 3.

y) LYNCKERI d. de

b) MALLINKROT de Archicancellariis S. R. I. p. 35. ſeq.

corona cingit &c. c). Hæc iura, secula-
ria tamen, adhuc hodie exercet, in eccle-
siasticis autem fere omnia perdidit, dum
quibusdam suffraganeis priuatus est, ac
iis, quibus adhuc gaudet, scilicet, *Ar-
gentoratensi, Augustano, Constantiensi, Cu-
riensi, Eichstadeni, Herbipolitano, Hilde-
siensi, Paderbornensi, Spirensi, Wormatiensi*
imperare nequit.

- Episcopatus *Halberstadiensis & Verdensis* seculo sunt
additi.

§. LV.

Archiepiscopus TREVIRENSIS per re-^{Treuren-}
gnum Austrasiæ archicancellarius esse di-^{sis,}
citur *d*), munere tamen hodie non fun-
gitur. Quandoque dictus est *primas* bel-
gicæ prouinciæ *e*), & pontificis uicarius
in Gallia *f*). Auctoritas ecclesiastica in
Ep. Metensem, Tullensem & Verdinen-
sem seruata ei est per pacem Monasteri-
ensem *g*).

§. LVI.

Archiepiscopus COLONIENSIS utitur Colonien-
archicancellarii per Italiam titulo *b*), mu-^{sis,}
F 5 nere

c) ZECH c. l. §. 10. seq. *episc. eccl. german. §. 43.*

d) IDEM c. l. §. 17. G. seq.

R. Mosers Staats-Recht f) Priuileg. de A. 969.
von Trier c. 1. §. 16. 1049. 1057.

seq. g) Instr. Pac. Monast.

e) MASCOW d. de priuileg. c. XI. § 70.

mar. metropol. & reliq. h) ZECH l. c. §. 14.

nere autem non fungitur i). Illius suffraganei sunt *Leodiensis*, *Monasteriensis*, *Osnabrugensis**, & olim fuit *Mindensis* **

* Huic episcopatu singularis formula ratione successione, capitulationis, & iurium ordinis episcopalis exercendorum data est. *I. P. W.* art. XIII. §. 2. 8.

** Hic episcopatus in P. W. religione solutus, atque electori Brandenburgico in compensationem datus est. *I. P. W.* art. XI. §. 4.

§. LVII.

Salisburgensis &c.

Archiepiscopi SALISBURGENSIS suffraganei sunt *Brixinensis*, *Chiemensis*, *Frisingensis*, *Gurgensis* k), *Lauantinus*, *Passaviensis*, *Ratisbonensis*, *Secouiensis*; PRAGENSI parent *Ollnuucensis*, *Litomeriensis*, *Reginæ Gradeciensis*; VIENNENSI uero subest *Neostadiensis* l).

§. LVIII.

Magdeburgensis &c.

Archiepiscopus MAGDEBURGENSIS, olim *Primitatis* nomine uocatus m), & Ep. *Brandenburgensi*, *Hauelbergensi*, *Martisburgensi* ac *Numburgensi* præpositus, itidem BREMENSIS maior Ep. *Lebusensi*, *Lubecensi*, *Ratzeburgensi*, *Suerinensi*, uix supersunt, eorum enim prouinciæ una cum

i) Ill. BOEHMER d. de Episcopo Vice - Cancellario imp.

k) MASCOV c. d. §. 66.

l) IDEM c. d. §. 71.

m) LUDWIG d. de primatu Germaniæ To. II. misc. opusc. lib. III. opusc. I. p. 770.

cum diocesisibus seculo sunt addictæ n), si *Lubecensem* Ep. eximis, cuius administrator A. C. addictus est, & in scamno comitali transverso sedet o).

§. LIX.

In EXEMTIS sunt Ep. *Bambergensis* p), *exemt.* *Labacensis*, *Tridentinus* q), *Vratislaviensis* r), atque fuerunt olim *Caminensis* s) & *Misnensis* t). PATRIARCHAS nescit, & CHOREPISCOPOS, nomine non autem munere tales, habet Germania. TITULARES sunt auxilio Archiepiscopis & episcopis, qua de re *suffraganei* dicuntur.

MEMBR. II.

DE

EPISCOPI EVANGELICORVM.

§. LX.

Episcopi, quos evangelici habent in Germania, sunt principes territorii, quod olim seculare* fuit cuiusdam catholici episcopi sunt episcopi.

* *Sacrum* amissum est, siue pontificii siue evangelici inhabitent illud.

§. LXI.

De quibus hæc notare debes:

I. Sunt principes Germaniæ.

II. Gau-

n) I. P. art. X. §. 7. XII.

q) IDEM c. d. §. 69.

§. I.

r) ID. c. d. §. 93.

o) WILDVOGEL d. de scamno transverso.

s) ID. c. d. §. 85.

t) ID. c. d. §. 82.

p) MASCOV c. d. §. 31.

II. Gaudent dignitate & iuribus, quæ ad decessores ante P. W. pertinerunt.

III. Iuribus ordinis episcopalis defituuntur.

§. LXII.

principes

Ex primo (§. LXI, 1.) intelligere potes causam, cur (1) non solum sedeant, uotumque ferant in comitiis *u*), sed & (2) inspiciant dirigantque sacra quorumuis ciuium; quid? quod (3) exerceant *iurisdictionem ecclesiasticam* nemini subordinatam (Prol. §. LXVIII. 1.).

§. LXIII.

dignitate
ecclesiastica
fulgentes, aut

Ex secundo (§. LXI, 2.) pronò fuit alueo, iis deberi (1) *titulos & insignia*, quibus dignitas territorio cohærens denotatur; (2) *proedriam* præ laicis principibus (Prol. §. LXIII.) *x*); (3) priuilegia *bonorum mensalium* intuitu.

§. LXIV.

definituti
episcopali
munere.

Fallor, aut ex tertio (§. LXI, 3.) constabit de causa, cur neque consecrentur, neque pontificalia exerceant (§. XXXV.), neque utantur uestibus, quibus ornati missam celebrant catholici episcopi.

§. LXV.

u) I. P. W. art. V. §. 22. I. Publ. Eccl. Proest. c. X.
x) Cel. ESTOR delin. §. 2.

§. LXV.

*Superintendentes**, decani, adiuncti &c. Superintendentes,
sunt ecclesiarum in hoc uel illo districtu
fitarum inspectores, constituti ab eo, cui
ius in sacra competit (Prol. §. XLVIII.) y).

- * Sunt *episcopi* i. e. inspectores, non autem gaudent episcoporum pontificiorum iuribus (§. XXXV. seq.). Hinc rideo eos, qui, iura superintendentum descripturi, ius pontificium consulunt, ac multa de iurisdictione & ordine differunt.

§. LXVI.

Unde hæc deriuare nullus dubito :

- I. Superintendentes sunt ministri illius, cui ius in sacra competit.
- II. Curant, ut salua sit religio & ecclesia.
- III. Conseruare debent auctoritatem legum ecclesiasticarum.
- IV. Neque iurisdictione neque alia potestate sunt muniti.

§. LXVII.

Primum nos docet axioma, (1) penes ministri illius,
principem esse (a) *ἐπισκοπην*, eamque uel cui ius in sacra competit,
generalem uel *specialem*, dare, cui uelit z),
etiam non ordinato a), (c) determinare obse-

y) TITII Probe des STRYK ad BRVNN. II,
geistlichen Rechts II, 8, 5. 8; 21. p. 356.

a) TITIVS c. l. §. 9.
seq. Fleischer Einleit. zum
B. N. I, 20, 6. 8.

z) CARPZOVII Iu-
rispr. Confst. I, 19. nr. 14.

obsequium, a pastoribus superintendenti præstandum; (2) inspectionem collatam non esse, ubi munus pastorale, cui ea per aliquod temporis spatium adhæsit, contulit patronus uel ecclesia *b*); (3) superintendentem tempore, quo munus suum exequitur, præire patrono, & consuli ciuitatis municipalis *c*).

§. LXVIII.

debent cu-
rare eccle-
siam,

Quia superintendentis est, curare, ut salua sit religio & ecclesia (§. LXVI, 2.), datur ei potestas (1) futuros ecclesiæ Dd. *examinandi*, (2) examinatos consistorio *præsentandi d*), (3) confirmatos *ordinandi e*), (4) ordinatos *inuestiendi f*), (5) inuestitorum mores, uitam, doctrinam attendendi, (6) *mortuos* pastores consistorio significandi, & (7) ut *uacantis ecclesiæ* curam habeant uicini pastores, iubendi *g*), (8) sanctam uitam pro uiribus promouendi *h*).

§. LXIX.

b) ZIEGLER *de Superint.* c. 4. §. 7. TITIVS c. I, 7, 43. & II, 8, 7 seq.

c) STRYK. ad BRVNN. II, 8, 25. TITIVS c. I, II, 5, 12.

d) ZIEGLERI *Superintendens* c. 13. LEHMANN. *de officio Superint.* c. 5.

e) ZIEGLER c. I. e.

14. LEHMANN. c. I. c. 6. III. BOEHMER *I. E. P.* I, 13, 5.

f) ZIEGLER c. I. c. 15. TITIVS c. I. II, 8, 40. seq.

g) BOEHMER *I. Par.* VIII, 2, 24.

h) TITIVS c. I. II, 8, 24.

§. LXIX.

Sic quoque competit ei potestas (9) *ra-* illiusque
tiones exigendi ab œconomis *i*), (10) im- bona, at-
 pediendi, quo minus pecunia ad ecclesias, que
 scholas aut pia loca spectans, in rem
 patronorum, pastorum aliorumue uerta-
 tur; (11) tuendi *pastorum iura* priuilegia-
 que *k*).

§. LXX.

Superintendens auctoritatem legum ec- conseruare
 clesiasticarum conseruare debet (§. LXVI, auctorita-
 3.). Unde illius est, curare, ut (1) eo tem- tem LL.
 pore, eoque modo fiant sacra, quo fieri uo-
 lunt *leges liturgicæ l*); (2) ut *principis iu-*
ra non imminuat patronus; (3) ut ne pa-
 stores a *determinata doctrina* aberrant.

§. LXXI.

Ex dictis constabit, cur superintendens
 quatalis (1) docere, & *sacramenta admini-*
strare non debeat *m*); (2) candidatis *sug-*
gestum aperiat; (3) ecclesias scholasque *ui-*
sitet n); (4) *synodos congreget*, quibus de fi-
 de disputent, & sua grauamina exhibeant
 Dd. ecclesiæ *o*); (5) *methodum concionan-*
di ab omnibus sibi subordinatis pastori-
 bus exigere, (6) iisque *conciones circulares*
 iniungere possit.

§. LXXII.

- | | |
|---------------------------------|----------------------------------|
| <i>i</i>) ZIEGLER c. l. c. 26. | <i>m</i>) Diff. ZIEGLER c. l. |
| LEHMANN c. l. c. 18. | c. 9. 10. |
| <i>k</i>) ZIEGLER c. l. c. 27. | <i>n</i>) IDEM c. l. c. 22. sq. |
| <i>l</i>) LEHMANN c. l. cap. | LEHMANN c. l. c. 17. |
| 10. seq. | <i>o</i>) ZIEGLER c. l. c. 28. |

§. LXXII.

Jurisdic-
tione de-
sitiuuntur.

Ex quarto axioma (§. LXVI, 4.)
prono fuit alueo, superintendentem non
posse (1) *lites* inter pastores ortas *decidere*
p); (2) *pœnitentiæ publicæ*, excommuni-
cationis, suspensionis aliamue *pœnam in-*
jungere q), aut (3) a consistorio iniunctam
r) remittere; (4) *decretis* suis uim rei iu-
dicatæ tribuere *s*); (5) *procuraciones* in
signum subiectionis exigere.

TIT. V.

DE

PRESBYTERIS.

§. LXXIII.

Presbyteri
i. c.

Presbyteri sunt sacerdotes * secundi or-
dinis (§. XII, 1.), qui typum discipu-
lorum Christi gerere uidentur *t*).

* In ecclesia primitiua presbyterorum erat, sacris
conuentibus præesse, non autem uerbum Dei
docere, quod ex 1. Tim. V, 17. 1. Cor. XII, 28.
colligo, multo minus *sacrificia*, quæ ignoraban-
tur, peragere.

§. LXXIV.

sacerdotes

Unde sequitur, ut debeant (1) fugere
com-

p) CARPZOV *Iurispr.* c. 8. 14.
Constit. lib. III. def. 4. TI-
TIVS c. I. II, 8, 45. seq. III, 39, 78.
ZIEGLER c. I. c. XVI, s) IDEM c. I. §. 84.
§. 10. seq. z) c. 2, D. 21. *Conc. Trid.*
q) ZIEGLER c. I. c. 18. sess. 22. c. 1.
seq. LEHMANN c. I.

conuiuia, choreas u), ludos x), atque (2) mores suos ita componere, ut nil nisi graue præ se ferant (§. VIII.) y); (3) sub lege *celibatus* gemere (§. XI.) z); (4) non nisi *stola* uel orario induti incedere a); (5) *sacrificium* facere (§. XII.) b), (6) *baptizare* &c. c).

§. LXXV.

Quia presbyteri sunt sacerdotes ^{secundi ordinis} secundi ordinis tantum ordinis (§. LXXIII.), in eorum potestate non est (1) uti *imperio sacro*, aut (2) ullum actum, quo personis rebusue diuina qualitas imprimitur, peragere; (3) *spiritum paracletum* aliis concedere (§. XII, c.) d).

§. LXXVI.

Presbyteri uel *plebani* seu curati, uel ^{admodum uariant.} *altaristæ*, uel *Utopienses* e), uel *pauperes* dicuntur esse, prout ecclesiis parochialibus sunt præpositi aut ad altaria constituti, aut ad titulum patrimonii, uel paupertatis creati. De *plebanis* tit. XVII. dicendi locus est. De *altaristis* nota, quod quandoque *capellani* audiant, & olim ab episcopali iurisdictione exempti, atque oratoriorum, capellarum & altarium dominis subiecti

Engau ius eccles.

G

fue

- | | |
|-------------------------------|-------------------------------|
| u) c. 19. D. 34. | b) c. 4. D. 68. c. I. D. 25. |
| x) AGOBARDI Oper. p. 133. | c) c. 19. de consecr. D. 4. |
| y) PHOEBEVS <i>Instit. I.</i> | IVO CARNVTENSIS <i>de</i> |
| Can. I, 8, 3. | <i>cret. p. I. c. 67.</i> |
| z) GONZALEZ TEL- | d) c. I. §. 12. D. 21. |
| LEZ. To. III. p. 87. seq. | e) DVARENVS <i>de sacr.</i> |
| a) c. 25. C. 17. q. 4. | <i>eccles. minist. I, 16.</i> |

fuerint. *Pauperes* quandoque ui priuilegii confessiones audire queunt.

§. LXXVII.

Vfus inter
euangeli-
cos.

Euangelicis ecclesiis fui sunt *præpositi*, mox ex auditorum, mox ex doctorum numero sumti, non autem sacerdotes (§. XIX, 3.), licet unus & alter præpositos, qui simul sunt doctores ecclesiæ, sacerdotes, atque uulgus quemuis ecclesiæ ministrum appellitet *Priester* (§. XX.).

TIT. VI.

DE

DIACONIS ET SUBDIACONIS.

§. LXXVIII.

Diaconus
est

Clericus, cuius est sacerdotibus, sacramentorum unum administraturis, ad-
sistere, *diaconus* dicitur.

§. LXXIX.

minister
sacerdotis

Sacerdotibus ministrat diaconus (§. pr.). Hinc (1) sacerdote aliquo præsentate non nisi iussus sedere & rogatus loqui potest *f*), atque (2) suorum sacerdotum iussa exequi tenetur. Vnde eadem* omni tempore & omnibus in ecclesiis peragere uix potuerunt diaconi.

* Nam hic & ille comparuit in conciliis, ut aduentantes introduceret, aut episcopi sui uices
sub-

f) c. 14. 15. 19. D. 33. THOMASIVS ad LAN-
ZIEGLER de diaconis CELL. p. 282.
& diaconissis t. 10. §. 10. sq.

subiret. ZIEGLER de *Diac. & diaconissis* c. 9. euangelium in missa legit, & in suggestu stans explicuit c. I. D. 25. c. 23. D. 93. CORVINUS de P. E. II, 4, 4. symbola eucharistica dispensauit. THOMASIVS ad LANCELL. p. 285. ac ad absentes detulit. IVSTINVS MARTYR *apol.* 2. catechumenos, energumenos & poenitentes sub initium missae ex ecclesia exire iussit. ZIEGLER c. I. c. VIII. §. 41. sq. immo curam animarum gessit, c. 6. D. 93. bene precatus est, BARBOSA *Iur. Eccl.* I, 35, 25. & pacem annuntiauit populo. ZIEGLER c. I. §. 60.

§. LXXX.

Quia sacerdotibus ministrant, praeser-^{in sacris or-}tim tempore peragendi sacrificii ^g): (1) in^{dinibus} ordinibus sacris seu maioribus dicuntur^{constitutus} esse; (2) audiunt ministri altaris ^h); (3) sub lege calibatus gemunt (§. XI.).

§. LXXXI.

Gerit *orarium* in sinistro humero ⁱ), & suas uestes utitur *alba* oblationis & lectionis tempo^{habens.}re ^k).

§. LXXXII.

Hodie diaconi * neque *ad altare* mi-^{vsus ho-}nistrant ^l), nisi in ecclesiis maioribus, aut^{diernus.}solemnium missarum tempore ^m); neque

G 2

cu-

g) c. I. D. 25. c. 59. de consecr. D. 1.

h) THOMASSIN. de V. & N. E. D. p. I. lib. II. c. 30. §. 5.

i) c. 3. D. 24.

k) c. 19. D. 93.

l) ESPEN I. *Eccl.* p. I. lib. I. c. 3. §. 12.

m) MORINUS de S. S. *Ordin.* p. III. exerc. II. c. 2. §. 1. III. BOEHMER *Inst. Iur. Can.* I, 23. 5.

curam animarum gerunt, neque dispensant *n*) symbola eucharistica, nisi parochia cuidam præpositi; neque utuntur *salutatione*, nisi euangelium legentes, aut cereo paschali benedicentes *o*); neque baptizant, nisi necessitate uel alia causa legitima urgente *p*); neque baptizant solemniter *q*) aut prædicant *r*), nisi delegati; neque sacramentum extremæ unctionis administrant *s*), neque alia munera sacerdotalia sùbeunt.

* Diaconorum *palatinorum, stationariorum, testimonialium, regionaliorum*, aliorumque nomina, nedum munera, ignorantur hodie. CIRONIVS paratitl. tit. de officio archidiaconi.

§. LXXXIII.

Subdiaconus

Subdiaconus est clericus diacono, sacra ad altare facienti, ministrans.

§. LXXXIV.

ministrat diaconis

Vnde subdiaconus non potest non diacono præstare (1) *reuerentiam*, ut ne sedeat eo præsentè (§. LXXIX, 1.), *horario* utatur *t*), aut intret *diaconum* *u*); (2) *obsequi-*

n) TAMBVRINIVS de iure abbat. To. II. disp. 5. q. 2. n. 2. seq. BARBOSA iur. eccl. I, 35, 34. seq.

o) STEPH. DVRANTVS de ritibus eccl. I, 15, 4. *p*) ZIEGLER c. I. c. VIII. §. 23

q) BARBOSA c. I. n. 29. seq.

r) GONZALEZ TELLEZ c. I. To. I. p. 793. n. 5. & p. 795. n. 9.

s) TAMBVRINIVS c. I. disp. 7. q. I. n. I.

t) Conc. Laodic. c. 22. *u*) c. 26. D. 23. ESPEN I. Eccl. p. V. p. 51. IVQ decret. p. III. c. 105.

sequium, ut ad illius nutum peragat ad ministerium altaris pertinentia. Speciatim subdiaconi est, (a) oblationes a fidelibus receptas x), & (b) calicem patenamque ad altare ferre, diaconisque tradere; (c) sacerdotibus & diaconis, ad altare manus suas lauaturis, urceolum & mantile suggerere y); (d) epistolam legere z); (e) corporalia lauare a).

§. LXXXV.

Quia diaconis ad altare ministrant, ipsi ad altare in ordinibus sacris esse dicuntur b), & ad legem calibatus adstringuntur c). (§. XI.).

§. LXXXVI.

Hodie subdiaconi alibi non sunt, ali-^{vis} hobi non subeunt munus suum, si ecclesia-^{diernus}.
rum & episcoporum consecrationis, aut regum coronationis tempore celebrandas aliasque solemnes missas exceperis d).

§. LXXXVII.

Diaconi, quos uocant euangelici, sunt ^{vis} inter ministri ecclesiae pastoribus subordinati.^{euangeli-}
Quauis sacra peragere possunt, seruata ta-^{cos.}
men

G 3

x) c. 1. D. 21.

To. I. p. 498. n. 8.

y) c. 1. §. 6. D. 25. Pont. Ro. cap. de Subdiac. ord.

c) BARBOÏS A collect. in ius pontif. To. V. p. 97.

z) c. 2. D. 92. BARBOSA c. 1. I, 37, 31.

d) MORINVS de S. S. Ord. p. III. ex. II. c. 2. §. 1.

a) PHOEBEVS Inst. Iur. Can. I, 9, 5.

CORVINVS de Perf. Eccl. II, 6, 11.

b) GONZALEZ c. 1.

men lege prouinciali uel consuetudine, fa-
crorum administrationem inter eos & pa-
stres distribuente e). *Subdiaconos* igno-
rant euangelici, eorum munera uel pasto-
ribus & diaconis, uel custodibus & aditu-
is uindicantes.

TIT. VII.

DE

CANONICIS.

§. LXXXVIII.

Canonici,
qua

Canonici* sunt clerici f) maiores, col-
legium formantes sub prapposito.

* Olim canonici dicebantur omnes ad titulum confi-
tuti, post ad regulam Chrodogangi uiuentes, cle-
rici. V. PENNOTVS in historia totius ordinis cle-
ricorum canonicorum.

§. LXXXIX.

clerici

Quia canonici sunt in clericis (§. pr.),
sequitur, ut (1) clericalia munera subire
(§. X.), proptereaue residere, itidem (2)
uitam clericis dignam ducere (§. VIII.),
eaque de causa (a) militiam, (b) usurariam
prauitatem g), (c) uestes auro & argento
contextas, immo (d) annulos* fugere &c.
debeant.

* Data

e) Ill. BOEHMER GONZALEZ To. I. p. 214.
I. E. P. I, 23, 18. sq. BRVN. II. I.

NEMANN *Iur. Eccl.* III, 1, 15. g) Ill. BOEHMER I.
E. P. III, 1, 73.

f) c. 18. X. de V. S.

- * Data tamen illis est potestas gerendi annulum uⁱ dignitatis, si quam sufceperint.

§. XC.

Canonici ordines sacros recipere, & le- ^{maiores,}
gem calibatus seruare debent (§. XI.). Sunt
enim maiores clerici (§. LXXXVIII.).
Diuiduntur in presbyteros, diaconos & sub-
diaconos b).

§. XCI.

Clericalia munera subire debent (§. ^{munera}
LXXXIX, 1.), & quidem uel communia, ^{fubeunt,}
uel propria, [&] Illa absoluuntur horarum cano-
nicarum * officio i), quod in choro per-
agitur quotidie k); hęc uero iis, quę cuiusque
canonici ordo requirit (§. pr.), uel
singulare munus u. c. scholastici l), Vice-
domini, thesaurarii, primicerii m) &c.

- * Christianis primæuis sua fuerunt precandi tempo-
ra, ex libero tamen arbitrio probata. Hęc quia
commendarunt patres & auxerunt monachi, iam
Augustini tempore numerabantur septem horę
precibus destinata, quę uni & alteri Pf. CXIX.
pręcepta uidebantur. Has horas precatórias so-
lemnes, ex quo cantus latinus ubique probatus
est, deseruerunt laici, & nonnisi lueri causa fre-
quentarunt, immo postea uicariis reliquerunt, cano-
nici.

G 4

§.XCII.

- b) *Conc. Trid. sess. 24. To. III. p. 110. n. 5.*
c. 12. *de reform.* l) Ill. FLOERCK *de*
i) *Histoire du Clergé canonico scholastico.*
seculier & regulier To. I. m) MEINDERS de
p. 131. *stat. relig. p. 493. seq.*
k) GONZALEZ c. h.

§. XCII.

siue regu-
lares sint

Quia canonicorum alii uoto paupertatis onerati, alii ab eo liberi: in REGVLARES & SECVLARES diuiduntur, quorum illi (1) saepe dicuntur monachi *n*), atque (2) ad instar horum laneis uestibus *o*) uti, curias principum fugere *p*), in refectorio comedere *q*), se zona cingere &c. tenentur.

§. XCIII.

siue secula-
res,

Canonici SECVLARES (1) dicuntur *domini*; (2) nomine & statu, uix autem munere, sunt clerici. Hinc (*a*) non *resident* *r*), & fere nunquam *horis* intersunt *canonicis*, (*b*) *militiam* uero saepe sequuntur; (3) summam *dignitatem* sibi uindicant, praesertim, ubi sunt canonici cathedralis cuiusdam ecclesiae &c.

§. XCIV.

collegium
formant

Canonici, tam regulares (§. XCII.) quam seculares (§. XCIII.), constituunt collegium *s*), quod gaudet (1) *sigillo* proprio, eoque authentico, (2) iure *syndicum* constituendi,

n) GONZALEZ T. I. p. 496. n. 1. & p. 907. n. 3. To. III. p. 733. n. 2.

o) LAVR. LANDMETER *de uetere clerico & monacho.*

p) GONZALEZ T. I. p. 764. n. 6.

q) CIRONIVS *paratit. tit. de statu monach.* p. 255.

r) c. 8. X. *de cler. non resident.*

s) WEIDLER *de colleg. can.*

tuendi, (3) potestate *conuentus* ordinarios & extraordinarios instituenti, atque (4) in iis non solum *deliberandi t*), sed & *statuta** condendi *u*), de rebus ad collegium spectantibus *x*)**, nec non (6) horum uiolutores puniendi *y*); (7) *præpositum* sibi eligendi &c.*** Hoc collegium dicitur *capitulum*****.

* Statutum, contra quod sæpe dispensarunt canonici, penitus immutatum non uidetur, nisi actus ita comparati, ut, si mutationem statuti non colligeres, peccatum mortale colligere deberes. PIRHING ad tit. X. de constit. sect. 3. §. 4.

** De his condita ualent, etiam sine confirmatione episcopi, dummodo (a) sint *solemniter*, nec (b) *sine ratione* condita, nec (c) *damnum ferant ecclesie iuribusue episcopi*. Hinc statutum, quo præbendarum numerus minuitur, non obligat. CIRO-NIUS in collect. X. Honor. p. 6. GONZALEZ c. l. To. I. p. 74. n. 7. seq.

*** Quandoque quod *maior pars*, quandoque quod *duæ partes*, capituli probarunt, totum capitulum probasse uidetur. c. 19. X. de elect. PIRHING I. Can. III, II. LEVRENIUS *foro benef.* p. II. q. 209. FLORENS *Oper.* To. II. p. 137. 138. Quoties uero de rebus & iure singulorum agitur, unius contradictio plus ualet, quam reliquorum consensus. ENGEL Coll. I. Can. III, II, 13.

G 5

x) RAGVCCIUS de *benefic.* p. I. q. 415. KOE-
noce *canonicorum in capi-*
tulo. NIG *princip. iur. pontif.*
To. II. p. 96. n. 6.

y) BARBOSA I. *Eccl.* *y*) IANVS a COSTA
I, 32, 15. seq. *comment. in X.* p. 183. seq.

x) LEVRENIUS *for.* CANISIUS *Oper.* p. 642.

*** Quod uocabulum olim (1) *horam*, qua, & (2) *locum*, quo ad audiendum caput regularum Benedicti quotidie conuenire solebant monachi, itidem (3) ipsam *capituli lectionem* denotauit. V. MATTHÆI *manud. ad ius canon. p. 424. FRESNE Glossar. II. capitulum.*

§. XCV.

sub præposito, &

Viuunt sub *præposito*, in choro, capitulo & processionibus primum locum tenente. Huius est (1) curare, ut (a) *iura & priuilegia capituli* illibata maneant, (b) ut ne *bona* dilapidentur 2), (c) ut *statuta* seruentur, (d) ut *diuina officia* rite peragantur, & (e) quæ eorum intuitu sunt distribuenda, legitime distribuantur; (2) punire *excessus canonicorum a*); (3) dirigere *capitulum*. Qua de re capituli dux & auriga præcipuus dicitur.

§. XCVI.

decano.

Ex quo præpositi se administrationi rerum capitularium fere unice manciparunt, *decanus* cœpit (1) canonicos regere b), (2) ad deliberationes c) *conuocare**, (3) eorum uitam & mores inspicere, (4) *excessus*que punire **, (5) de iuribus, priuilegiis bonisque capituli conseruandis folli-

2) BOEHMER I. E. P. Stiffts Personen c. 9. §. III, 5, 38.

a) IDEM c. l. §. 39.

b) NIC. PESNOS canon. secul. I, 14. PHILIPS vom Amt der

Stiffts Personen c. 9. §. 18. seq. WILDVOGEL d. de Decanis c. 2. §. 12. seq.

c) III. BOEHMER c. l. III, 11, 3. seq.

sollicitus esse, & quæ sunt alia. Licet maior sit prapósito *d*), tamen subest capitulo, & ab hoc puniri potest *e*).

* Absentes non conuocat, nisi causa ardua & maior in capitulo sit expedienda. FIRING *I. Can. III, II, §. 3.* BARBOSA *I. Eccles. I, 32, 25.* ENGEL *coll. Jur. Can. III, II, 2, seq.*

** Quam potestatem suam olim contra quemlibet, etiam episcopum, defenderunt strenue c. 55. X. de appell.

§. XCVII.

In Germania (1) *canonici seculares* ^{Usus in} consecrantur ordines, ut in capitulo com- ^{Germania,} parere *f*), atque capitulares* & maiores [&] κατ' ἐξοχην uocari queant *g*); (2) uestes clericales non nisi tempore, quo diuina tractant, induere, & (3) cæteroquin per alios, quorum patroni dicuntur esse *h*), horas frequentare solent; (4) *honoris causa*** in canonicorum numerum relati, sicut onere, ita & iuribus ob qualitates suas receptorum destituuntur.

* Nam inter τὸ uocem habere in capitulo, & τὸ esse de capitulo, magna est distinctio, quam tradit LEVRENIVS *foro benef. p. I. q. 405. n. 4.*

** Sic imperator honoris causa recipitur in numerum canonicorum Argentoratensium, Leodicensium, Traiectinorum, Bambergensium, Colonensium, Aquisgranensium.

§. XCVIII.

- d*) LEVRENIVS c. l. qual. ordin. ZYPÆVS
p. II. q. 546. n. 9. *I. Pontif. p. 167. n. 3.*
e) ESPEN *I. Eccl. p. I.* *g*) III. BOEHMER *I. E.*
tit. 7. n. 9. *P. III, 4, 79.*
f) Clem. 2. de stat. & *h*) IDEM c. l. §. 37.

§. XCVIII.

Præterea (6) in omnibus fere ecclesiis cathedralibus & collegiatis nomen, beneficium & dignitas, in nulla autem seculari munus, superest, *præpositi*; (7) dantur *capitula libera*, atque Imperatori & imperio immediate subiecta, saltem iurisdictione singulari munita.

§. XCIX.

speciatim in terris evangelicorum. *Canonici evangelici* gaudent statu, immo omnibus iuribus & titulis canonicorum pontificiorum, nihil autem præstant eorum, quæ A. C. repugnant. Itaque a ritibus missaticis, anniuersariis, uigiliis & ordinibus sunt immunes, proptereaque in presbyteros, diaconos & subdiaconos diuidi nequeunt *i*). Ut uero in capitulo comparere queant, *ordines redimere* tenentur.

§. C.

Collegia canonicorum mediata inspiciunt diriguntque principes *k*) (Pról. §. LXVIII, 2.). Hinc possunt (1) *electiones* præpositorum & decanorum dirigere, electosque confirmare, (2) *munera canonicorum* in usum reducere, & (3) ea omnia mutare, quorum mutationem neque pax Guesphalica, neque alia conuentio, neque canonicorum impedit religio.

TIT.

i) I D. c. l. III, 1, 46.
k) STRYK *de iure pa-*

pali princ. euang. c. 5.

TIT. VIII.

DE

MONACHIS.

§. CI.

Monachus* est christianus, quem de-
cet uitam religiosam (§. XVI, 1.)
iuxta regulam, quam professus est**, du-
cere.

* Monachi non a Christo instituti, sed ab *ascetis* de-
scendentes, a *Pachomio* ad uitam communem
& cenobiticam coacti, a *Benedicto* aliisque ad reg-
ulam certam adstricti, antiquitus quidem ad ele-
rum accedere uisi sunt, clericalia tamen officia Se-
culo demum IV. & V. suscipere ceperunt.

** Itaque *oblato*, *donato*, & quibuscum *ius fraterni-*
tatis monasticæ communicatum est, uix sunt in
monachis.

§. CII.

Monachi sunt uel *canobita* uel *eremita*, *cænobita*,
prout eodem dormitorio resectorioque
utuntur, aut seorsim uiuunt.

§. CIII.

Cænobitis fratres seruiunt, quod ad ope-
ra manualia in monasterio peragenda sunt,
illi *choristæ*, ad *chorum professi* dicuntur, hi
a choro & capitulo excluduntur.

§. CIV.

Quia monachus uitam religiosam uiue-
re tenetur (§. CI.); hæc autem fuga re-
giosam
rum

rum temporalium, & seruatis tribus uotis absoluitur (§. II.): constabit de causa, cur monachus (1) iudicialia l), mercatoria m) aliaque secularia negotia fugere, contra sacris frequenter & capitulo quotidie interesse, in communi dormitorio, refectorio & oratorio filere n), atque ad minimum prima dominica cuiuslibet mensis symbolis uti debeat eucharisticis o).

§. CV.

Sic quoque non licet monacho (2) extra claustrum turpiter diuagari p), (3) uxorem ducere, uirgines osculari q) aut allicere; (4) *contrabere*, testamentum condere r), atque (5) quicquam *ad suam uoluntatem agere*, superioris mandatum superhabere, *cucullam* s) proiicere &c.

§. CVI.

Monachi ordinibus sacris decorati *orarium* & *zonas* in monasterio ponere t), atque in sacris episcopo parere, debent.

§. CVII.

l) BARBOSA *collect.*
ad ius pontif. To. VI. p. 52.

m) GONZALEZ
TELLEZ c. l. To. III. p.
1013. n. 3.

n) c. 6. X. de stat. mo-
nach.

o) ALTESEERRA in
Clementinas p. 54.

p) c. 1. 8. 18. C. XVI. q. 1.

q) c. 104. de consecr.
D. 4.

r) c. 7. seq. C. 19. q. 3.

s) GOETZII d. de ue-
stimentis monachorum u.
Münchsappen.

t) c. 32. C. XXVII. q. 1.
BARBOSA c. l. To. V.
p. 352.

§. CVII.

Monachus unum uotorum uiolans, mo-^{sub pena} nasterium aut ordinem deserens, *apostasiae* uiuere, & reus est, speciatim qui habet quid proprii, *uitium peculiaritatis u)* contrahere dicitur. Hic communione priuandus, is autem, qui aufugit, requirendus, reducendus & pœnitentiæ subiiciendus est. Ille uero apostata non est, qui priorem religionem deserens, absque temeritate *x)*, & accedente auctoritate superioris ad austeriorem prouolat *y)*.

§. CVIII.

Regularum est uarietas maxima. Id ^{regulam} quod cuilibet patebit ex *HOLSTENIO Antonii, Macarii, Pachomii, Basilii, Benedicti, Cesarii, Columbani, Isidori, Augustini*, aliorumque regulas tradente *z)*. Unde tanta religionum diuersitas *a)*. Nota est regula *mendicantium* siue *FRANCISCI, BENEDICTI, AVGVSTINI, & predicatorum* siue *DOMINICI*, quæ suos reformatores nactæ sunt. Hinc unam uel alteram sequentes in plures familias, uel a reformatore, uel a loco, uel ab alia circum-

u) *ESPEN de uitio peculiaritatis.*

x) *ALTESERRA ad Innocentii III. X. p. 47. CORYNVS de P. E. III, §. n. 9, seq.*

y) *c. 18. X. de regulat. Extrau. comm. eod.*

z) *Codice regularum, a) HILDEBRAND de religiosis, eorumque uariis orationibus.*

cumstantia nominatas, abierunt. Celebratur quoque regula *Carthusianorum*, *Iesuitarum*, *fratrum minorum*, *fratrum b. Marie de mercede*. Ut alias tacitus præteream.

§. CIX.

Quæ religiones differunt (1) ratione *modi*, quo tria uota seruantur; (2) ratione *temporis*, quo fieri debet solemnis uotorum professio, (3) ratione *privilegiorum*, quibus sunt munitæ, u. c. iuris confessiones audiendi, prædicandi, exemptionis a iurisdictione episcopali* &c. Sic quoque dantur (4) religiones, quæ non solum tria uota seruari, sed & alia præstari iubent. *Fratres minores* enim specialem obedientiam papæ præstandam *b)*, *Iesuitæ* cæcum obsequium papæ, eos ad infideles missuro, præstandum *c)*, *fratres b. Marie de mercede* redemptionem captiuorum *d)*, alii alia promittunt.

* Exemptionis tamen privilegio non obstante, monachi subsunt episcopo, dum festos dies determinat, litanias indicit, interdictum pronunciat, libros censet &c. WIESTNER *Inst. canon.* V, 33, 85. seq.

§. CX,

b) PELLIZZAR *man. regular.* tr. 4. c. 5. sect. 1. subf. 1.

c) IDEM c. l. sect. 5. subf. 1. nr. 171. seq.

d) IDEM c. l. sect. 2.

§. CX.

Quotquot iuxta unam eandemque re-ordinis,
gulam uiuunt, cōficiunt *ordinem religio-* cui sunt ad-
sum, ab ista regula denominatum. scripti,

§. CXI.

Unusquisque ea, quæ tria uota (§. seruare de-
CIV.), regula (§. CVIII.), & statuta or- bent.
dinis, cui adscriptus, obseruari iubent,
obseruare debet strictissime.

§. CXII.

Monachi unius monasterii, si fratres
(§. CIII.) exceperis, (1) conuentus, qui-
bus *capitulorum* nomen est (§. CIV.), in-
stituire e), (2) in iis *superiores* elige-
re f), & (3) quæuis iura collegiis licitis
alias competentia, exercere queunt.

§. CXIII.

Monachis destituuntur euangelici (§. Usus inter
XIX, II.). Conuentuales, qui alicubi ^{Euangeli-}
deprehenduntur, nullis uotis sunt ad-^{cos.}
stricti, licet annum probationis subeant,
& in calibatu uiuant, dum in monaste-
rio permanent. Sunt itaque capaces (4)
proprietatis, (2) *matrimonii*, si resignare
uelint, (3) *liberæ uoluntatis*, quia cæcam
obedientiam præstant nemini. Quæ quum
Engau ius eccles. H ita

e) MARTENE de an- de iure Abbat. To. I, disp.
tiqu. monachor. ritibus l. 5. 5. q. 1.

f) TAMBRINIUS

ita sint, non est, cur in solemnitates professionis eorum inquirere uelis.

§. CXIV.

Euangelici principes, in quorum territorio sunt monasteria ad pontificios spectantia, hoc tantum permittere tenentur (1) ut monachi illis ipsis utantur priuilegiis, quibus 1624. gauisi sunt; (2) ut in locum ordinis religiosi qui plane periit, succedat ordo ante diffidia religionis ortus g).

TIT. IX.

DE

ABBATIBVS.

§. CXV.

Superiores, quibus parent monachi (§. CXII, 2.), pro diuersitate ordinum, diuersa sortiuntur nomina. Mox *abbates*, mox *prepositi*, mox *priores*, * mox *rectores*, mox *guardiani* dicuntur gg). Qui omnes subsunt *provincialibus*, hi uero *generalibus*. De abbatibus agamus.

* Hi prout obedientiis præsunt, aut conuentui, uel *claustrales* uel *conuentuales* dicuntur esse.

§. CXVI.

Abbatibus,
qui

Abbatibus, qui statim cum monachis inualuisse uidentur b), sunt *prelati*, quibus

g) I. P. W. art. V. §. 26. b) ALTESERRA de
gg) V. C. PERTSCH *ascetis* III, 2.
elem. I. Can. p. I. §. 504.

bus in religiosos iurisdictio ordinaria competit.

§. CXVII.

Prout in collegiatis ecclesiis degunt, in seculares aut in monasteriis: sunt uel *seculares* uel *regulares*. & regulares,

§. CXVIII.

Sunt porro uel episcopali potestati submediatos & iecti, uel ab ea exempti. Illi *mediati*, hi *immediati* dicuntur. Nullus autem immediatus est, nisi ex priuilegio. Hoc uel toti ordini *i*), uel uni tantum & alteri monasterio obtigit. Ubi hoc, abbas diocesano plane non, sin *illud*, ei, ceu perpetuo delegato pontificis, parere tenetur *k*).

§. CXIX.

Alii iterum sunt *mitrati* seu *insulati*, *mitratos* & alii *non mitrati*, quorum hi pastorale pedum, illi uero mitram aliaque insignia *non mitratos diuinduntur*, pontificalia gerunt, & maximam partem iurium ordinis episcopalis exercent. Nimirum possunt *(a)* conferre primam *tonsuram*, minoresque ordines *l*), *(b)* *predicatores* admittere *m*), *(c)* monachis suis dare *litteras dimissorias*, *(d)* *benedictionem* rerum,

H 2

i) TAMBVRINIUS 1) BARTHEL de iure de iure Abbatum To. I. § iurisdictio abbatum c. disp. 15. c. 4. 2. §. 8.

k) ESPEN I. Eccl. p. III. tit. 12. c. 6. *m*) IDEM c. 3. §. I.

rerum, unctionem non requirentium *n*)
peragere &c.

§. CXX.

sunt mona-
chorum
principes,
atque

Ad unum omnes laudati abbates sunt
monachorum principes. Hinc (1) titu-
lo *uenerabilium* superbiunt, (2) *sigillo* au-
thentico utuntur *o*), (3) a monachis *sub-*
iectionem exigunt *p*), (4) monachorum,
&, quibus hi inclusi sunt, monasteriorum
salutem curare, proptereaque (5) *econo-*
mos constituere, (6) *priores* obedientiis
præficere *q*), (7) *apostas* punire &c. *r*)
possunt debentque. Non autem licet il-
lis, ueniam proprietatis cuidam conce-
dere *s*).

§. CXXI.

uel certæ
congrega-
tioni,

Quia uero singuli ordines corpus suum
siue rempublicam in prouincias, hasque
iterum in congregationes locales diui-
dunt: abbates in *locales*, *prouinciales* &
generales diuiduntur.

§. CXXII.

uel cuidam
prouinciæ,

Prouincialis (§. pr.) abbatibus localibus
sua prouinciæ imperat, eosque suo tem-
pore

n) BARBOSA I. *Eccl.*
I, 17, 63. seq.

o) ALTESERRA *de*
duc. & comit. III, 4.

p) FIRHING c. l. lib. I. tit.
31. sect. IV. §. 1. p. 652. seq.

q) III. BOEHMER I.
E. P. III, 35. §. 59. seq.

r) FIRHING c. l. §. 2.

s) CHOPPINI *monast.*
lib. I. tit. 3. §. 20. p. m. 87.

pore conuocat ad capitulum *t*), in quo (1) causæ monasteriorum istius prouinciæ uentilantur, & (2) eliguntur, qui capitulo finito, localia monasteria uisitent & reforment *u*).

§. CXXIII.

Generalis (§. CXX.) totum ordinem ^{uel toti ordini imperant.} regit *x*), & prouinciales ad capitulum generale conuocat, quoties * graues causæ, totum ordinem concernentes *y*), sunt decidendæ.

- * Iesuitarum capitulum generale singulis nouenniis celebratur ui constitutionis Innocentii X., a PELLIZARIO in *manual. monach.* c. 8. sect. 2. n. 57. relatæ.

§. CXXIV.

In Germania adhuc alia medietas & im- ^{Ufus in} medietas, scilicet ratione ad imperium ^{Germania} habita, de abbatibus prædicatur. *Immediati* sunt status imperii, quorum alii [&] principali dignitate fulgent, alii inter comites sedent *z*). *Mediati* sunt in statibus prouincialibus, & quandoque immediati hierarchiæ intuitu. Unde intelligere potes, qua ratione quis abbatum *mediatus* & *immediatus simul* esse possit.

H 3

§. CXXV.

t) c. 7. X. de stat. monach.

y) IDEM c. 1. sect. 2. n. 92. seq.

u) c. 7. 8. X. eod.

z) III. BOEHMER c. 1.

x) PELLIZARIUS §. 40. seq. *man. regul.* c. 8. sect. 1. n. 1.

§. CXXV.

apud protestantes.

Euangelici, qui hierarchiam, & una cum ea rempublicam monasticam, nec non episcopalem potestatem reiiciunt (1) ignorant abbates *mediatos & immediatos* hierarchiæ intuitu, itidem *mitratos*, atque (2) *prouincialibus & generalibus* destituuntur.

§. CXXVI.

Quod uero ad *mediatos imperii nostri* intuitu attinet, ii sunt *status prouinciales*, sigillo authentico instructi, eaque pollent potestate, quæ uel a territoriali domino concessa uel prouincialibus determinata est recessibus. Alicubi *calibes* debent esse.

§. CXXVII.

Abbates pontificii in terris protestantium.

In monasteriis catholicorum, quæ in terris euangelicorum sita sunt, occurrunt quidem *mitrati* abbates, ast ii æque ac non mitrati, in sacris pariter atque profanis subsunt potestati principis (Prol. §. LXVIII, 4.), neutiquam uero *prouincialis* aut *generalis* imperio.

TIT. X.

DE

SACRIS ORDINIBVS
EQUESTRIBVS.

§. CXXVIII.

Ordines

Ordo sacer equestris dicitur societas nobi-

bilium religiosa a), ad fidem armis defendendam inita. sacri eque-
stres, qui

§. CXXIX.

Quia equites sacri religiosi sunt (§. pr.): religionis contèquitur, ut (1) regulam aliquam publice adprobatam sequi, tria illa uota (§. II, 2.)* feruare (§. XVI, 1.), suis uestibus incedere, superioribus parere, nec alius cuiusdam religionis militaris uoto teneri, debeant **; (2) ut non immerito diuidantur in clericos, qui quandoque fratres officii seu capellani dicuntur, milites & fratres armorum seruientes b), quorum isti horas canonicas frequentare, illi uero pariter atque hi certas preces fundere debent quotidie.

* Dantur tamen ordines sacri equestrès, quibus adscripti uno tantum uel altero uoto obligantur. WOLF d. de sacris ordinibus equestribus, eorumque iuribus §. 14.

** Quæstionem: Equites sacri in feuda succedere queant, nec ne? discutit WOLF c. d. §. 26. sq.

§. CXXX.

Superiores, quibus parent (§. pr. 4.), sunt prælati c) sênatoribus instructi, & sibi inuicem subordinati. Sub magistro generali, speciales imperant d) prioribus, qui dignitate potestateque maiores sunt bailliis. superio-
rum legi-
bus sub-
sunt,

H 4

§. CXXXI.

a) c. 3. X. de priuileg. BARBOSA I. Eccles. III, 7.

c) SCHILTER Instit. I. Can. I, 12, 3.

b) BVLLA ANASTASII IV. 1154. ed.

d) c. 16. X. de iudic.

§. CXXXI.

uariant.

Ordines sacri equestres, a pontifice confirmati, sunt uarii. Nam, præter tres in Palæstina ortos *e*), nati sunt & probati ord. D. Iacobi *f*), Calatraua *g*) cum multis aliis *b*), qui in eo conueniunt, quod (*a*) *deputati* dicantur *obsequio Iesu Christi i*); (*b*) ab omni plane iurisdictione episcopali sint exempti *k*); (*c*) quod magistri suis officialibus sint instructi *l*), & (*d*) singuli equites foro priuilegiato gaudeant.

§. CXXXII.

Ordo Iohanniticus.

Ordo Iohanniticus (1) diuisus est in VIII. nationes seu linguas *m*), quarum cuilibet sui sunt prioratus, & his suæ baliuiae *n*); (2) unicuique superiorum (§. CXXX.) uindicat capitulum. Conficiunt autem capitulum *baliuii*. commendatores simplices; *prioris*, baliuii capitulares, in eadem baliuia, eodem prioratu sedentes. Denique capitulum *supremi ordinis magistri* constat
ex

e) MIRAËVS orig. ord. equestr.

f) CHRISTYN. *Iurisprud. heroica* ad a. VIII. §. 68. seq. To. I. p. 505. sq.

g) IDEM c. l. §. 76. sq. p. 525. seq.

b) MENDO *de ordinibus militaribus*. GRYPHII *Entwurf der geist- und weltl. Ritter-Orden*.

1) c. 16. X. *de iudic.*

k) MATTHÆI *de nobilitate* lib. IV. c. 15. p. 999.

l) III. BOEHMER *I. E.* P. III, 5, 143.

m) OSTERHAVSEN *Bericht vom Ritter-Orden zu Malta*. LIEBHARD *de ordine Iohannitico*.

n) DITHMAR *ad BECMANNVM* p. 101.

ex illis VIII. baliuiis conuentualibus, nationes repræsentantibus.

§. CXXXIII.

Ordo Teutonicus (1) hodie diuiditur in XI. * baliuias o), quarum cuilibet suæ sunt commendæ, (2) iubet, commendatores prouinciales seu baliuiarum rectores sub magno magistro, dem Hoch- und Deutschmeister, imperare commendatoribus simplicibus.

* Etenim Burgundicam occuparunt Galli, & Ultraiectensem exemerunt Bataui.

§. CXXXIV.

Templariorum ordinem lubens iam prætereo. Est enim auctoritate Clementis V. & Philippi pulchri plane sublatus. Quo iure? disquirit THOMASIVS d. de templariorum ordine sublato.

§. CXXXV.

De lingua germanica ordinis Iohannitici, quæ olim ex quatuor constabat prioratibus, hæc notanda erunt: (1) quod PRIOR dicatur Ordinis S. Iohannis Baptiste Hierosolymitani supremus per Germaniam magister, Johanniter Meister p), atque in numerum ordinum imperii principali dignitate fulgentium sit relatus; (2) quod baliuiæ Brandenburgicæ rector, der Herrenmeister

H 5

o) DVELLI hist. ord. nischen Teutschen Ritter-
Equit. Teutonicor. p. I. c. 6. Orden.
p. 49. sq. VENATORIS Bes p) FABRI Staats-
richt von dem Meist. Cangl. To. XVII. c. 14.

meister *q*), quem nominat protegitque El. Brandenburgicus *r*), a priore confirmari debeat *s*). Est cæteroquin iudex commendatorum suorum competens, & residet Sonneburgæ; (4) quod equites baliuix Brandenburgicæ uota monastica non seruent. Denique notes (5) *baliuias* & Iohannitici & Teutonici ordinis, in mediatas & immediatas distribui debere *t*).

§. CXXXVI.

apud euang- His ordinibus se euangelici etiam adiungunt, illis tantum statutis satisfacturi, quæ principiis religionis nostræ non repugnant. Equites Iohannitici, neutiquam Teutonici, *matrimonium* celebrare queunt *u*).

TIT. XI.

DE

FEMINIS ECCLESIASTICIS.

§. CXXXVII.

Femina, quarum est tacere in ecclesia *x*), *F*emina, quarum uitam clericalem, ad statum & iura diaconorum uariis de causis adspirarunt, præsertim ut peragerent,

q) DITHMARS Nachricht von den Herrenmeistern des Johanniter-Ordens.

r) I. P. art. XI. §. 14.

s) Transact. Heimbac. de A. 1382.

t) BERGER d. de iure territ. Archiduc. Austria

& aliis S. R. I. principibus in bonis ab ordinibus eccles. possessis competente. WOLFF c. d. §. 22. sq.

u) WOLFF. c. d. §. 14.

x) I. Cor. XIV, 34. I. Tim. II, 12. Const. apost. III, 6. Conc. Carthag. IV. c. 99.

rent, quæ a diaconis saluo pudore peragi non poterant γ).

§. CXXXVIII.

Sic quoque uita canonica arrisit feminis, quæ eadem fata cum canonicis sunt expertæ. Unde deriuues uelim (1) canonicarum diuisionem in *regulares* & *seculares*, (2) earundemque subiectionem *decanissæ*, *præpositæ*, & quandoque *abbatissæ* præstandam.

§. CXXXIX.

Porro feminæ ad exemplum masculorum primum uitam asceticam in solitudine, post communem in monasteriis, ab initio extra, dein intra urbes exstructis, uixerunt, ac denique certam regulam & religionem secutæ sunt ε).

§. CXL.

Unde (1) diuiduntur in *choristas* & *laicas*; (2) fugere debent ea omnia, quæ uotis obliunt; (3) subsunt (a) *priorissis*, mox perpetuis, mox temporalibus, (b) *abbatissis*, (c) *episcopo*. Quodsi uero essent ordinis exempti, mox a monachis eundem ordinem professis, uel horum generali, mox ab episcopo qua pontificis delegato, reguntur.

§. CXLI.

γ) du FRESNE *Glossar.* u. diaconissæ.

ε) V. C. PERTSCH *Elem. I. Can.* p. I. §. 511. sq.

§. CXLI.

uota &

Quia fugere debent, quæ cum uotis pugnant (§. pr. 2.): (1) *ruri* degere, (2) nisi *per transennam*, cum masculis colloqui, (3) nisi *per rotam* esum accipere, (4) nisi *scriptam ueniam* ab episcopo impetrauerint, stipem colligere nequeunt.

§. CXLII.

superiores,
nec non

Abbatissæ, prout canonissis (§. CXXXVIII, 2.) imperant, uel monialibus, (§. CXL, 3.), in *seculares & regulares* diuiduntur, atque *immediatæ* audiunt, quæ ab episcopali potestate exemptæ, ordini prouinciali uel generali subiacent. Ad unam omnes (a) curant *bona* monasterii, & (b) *sigillo* utuntur authentico. Nequeunt (c) *uirgines* uelare, (d) *uota* monialium commutare a), (e) *confessiones* audire, (f) uerbum dei *docere* &c. b).

§. CXLIII.

ordines sacros probant.

Feminas sacris ordinibus equestribus adscriptas esse, ex uariis rerum argumentis SCHNEIDERVS c) docuit.

§. CXLIV.

Ufus in
Germania
&

In Germania (1) *abbatissæ* imperii nostri intuitu uel *mediatæ* sunt, uel *immediatæ*, quarum *hæ*, siue principali dignitate fulgeant, siue non, in comitiis curiata uota fe-

a) BARBOSA I. Eccl. 1, 45, 42.

b) c. 10. X. de poenit. & remiss.

c) d. de ordine feminarum equestri.

ferunt *d*), atque superioritatem in suis, si quæ habent, territoriis exercent, illæ uero statuum prouincialium iuribus gaudent; (2) ignorantur feminæ sacris ordinibus adscriptæ equestribus.

§. CXLV.

Euangelici (1) feminas sacri cuiusdam inter euangelicos muneris capaces esse negant; (2) canonisas & uirgines in monasteriis educandas nullis uotis constringunt, ius acquirendi illis tribuentes, una cum facultate matrimonium ineundi, si resignare uelint; (3) *abbatissis* eadem iura uindicant, quæ data sunt pontificiis.

TIT. XII.

DE

LEGATIS.

§. CXLVI.

Qui uices pontificis gerit in prouincia Legati aliqua ecclesiastica, illius *legatus* * dicitur.

- * Olim legati mittebantur, ut fidem propagarent, unionem ecclesiæ conseruarent, aut uotum in conciliis ferrent; post, ut in aula imperatoris responsales seu procuratores sine potestate agerent. P. E. de MARCA *de C. S. §. I. V.*, 15. THOMASSINVS *de V. §. N. E. D.* p. I. lib. II. c. 117. Denique Nicolaus I. iis, quos in prouincias misit, iurisdictionem uicariam contulit, quæ, pontifice crescente, adeo creuit, ut reuera in

ty-

n) Wilderbeck's Reichs Staat p. V. c. 1. §. 8.

tyrannideum abiret. A qua ut liberi essent reges, hoc a pontifice impetrarunt, ut uel ipsi, uel primates iure perpetuo legationis munere fungerentur. Id quod *legatos natos*, & *monarchiam Siciliae* produxisse uidetur, non autem impediuit, quo minus Roma in prouincias mitterentur legati.

§. CXLVII.

uel nati

Legati in uicariis sunt (§. pr.), proptereaque in *natos* & *datos* diuiduntur (§. XIII.). *Natus* est praelatus, qui ui priuilegiorum ecclesiae, cui praest, pontificis potestatem exercet in aliqua prouincia e).

§. CXLVIII.

uel dati.

Legati *dati* sunt praelati in prouinciam aliquam ad id missi, ut pontificis uices in ea subirent, iuraque tuerentur. Qua de re *missi* dicuntur. Et, prout cum imperio aut iurisdictione tantum mittuntur, audiunt uel *legati de latere*, uel *nuntii*.*

* Quibus *nuntii cum charactere legati de latere* accedunt hodie. Causas, cur hi introducti, nos docet V. C. FLEISCHER. *Einleit. zum geistlichen Recht* p. 107.

§. CXLIX.

De quibus haec notanda axiomata:

I. Nuntii potestas iurisdictione papali absoluitur.

II. Legati de latere imperant, astricto modo.

III. Le-

e) c. 3. h. in VI. CIRONIVS *paratitl.* h.

III. Legatus nonnisi in prouincia, sibi assignata, uices gerit pontificis.

§. CL.

Ex primo (§. pr. 1.) quilibet intelligere potest causam (1) cur nomen *iudicis ordinarii*, & (2) concursum cum omnibus ordinariis, immo (3) in hos ipsos, licet archiepiscopos aut exemptos *f*), iurisdictionem sibi uindicerent; (4) cur alios *delegant iudices g*); (5) cur gaudeant *tribunali*, quod uocant *die nuntiatur b*); (6) cur *statuta* perpetuo ualitura *i*) condant, dummodo iurisdictionem concernant, nec cum iure communi pugnent *k*).

§. CLI.

Legati de latere non solum iurisdictione, sed & imperio pontificis gaudent (§. de latere, CXLIX, 2.). Hinc, præter ea, quæ peragunt nuntii (§. pr.), possunt (1) *leges ferre l*), (2) *dispensare m*), (3) *beneficia* ad collationem sedis apostolicæ siue priuilegii *n*) siue deuolutionis intuitu, per-

f) a. c. 36. de elect. in iure abbat. To. 3. d. 3. VI. q. 2. n. 2.

g) c. f. X. h.

l) c. 31. X. de V. S.

b) Ill. KEMMERICH d. de iudiciis nunciaturæ. quam uocant, apostolicæ.

m) a. c. 3. X. de con- sangu.

i) c. 10. X. h.

n) BARBOSA I. Exel. l. 5, 30. seq.

k) TAMBVRINVS de

pertinentia, conferre o), & (4) unire; (5) abbates transferre p); (6) episcoporum aliorumque praelatorum exemptionum electiones confirmare q); (7) eos, qui propter iniurias reales clericis illatas, communione ecclesiastica sunt privati, in hanc recipere r); (8) noxia euellere & dissipare, salutaria plantare s). Contra nequeunt (9) conferre beneficia electiua t), quæque ob negligentiam praelatorum regularium exemptionum ad episcopum sunt deuoluta u); (10) episcopos transferre x), aut deponere; (11) episcopatus unire, diuidere, sibi inuicem subiicere, aut nouos instituire y) &c.

§. CLII.

Quodsi nuntius aut legatus de latere maiorem potestatem sibi sumere uelit, quam ei tribuimus (§. CL. seq.), debet producere speciale mandatum z), quod strictissimæ interpretationis esse constat.

§. CLIII.

o) c. 1. h. in VI. GONZALEZ TELLEZ To. I. P. 740.

p) c. 36. de elect. in 6.

q) c. 1. h. in VI. BARBOSA I. Eccles. c. l. n. 74. seq.

r) c. 9. X. h. c. 20. X. de sent. excomm. BARBOSA c. l. n. 27. GONZALEZ TELLEZ T. V. p. 587.

s) c. 2. h. in 6to.

t) c. 4. de officio leg. in 6to.

u) Clem. 1. de suppl. negl. praelar.

x) c. 3. X. h.

y) c. 3. 4. X. h. FLORENS Oper. To. II. p. 170. seq.

z) CORVINVS de P. E. I. 30. n. 9. DARTIS de benef. p. 33. seq.

§. CLIII.

Legatorum natorum potestas hodie ^{natorum} quiescit, presente nuntio uel legato de ^{potestas} latere a). Interim tamen ab eorum sententiis ad missos appellari nequit b).

§. CLIV.

Ex tertio (§. CXLIX, 1.) discimus ^{ad prouinciam adstri-} (1) legatum pontificis, licet ubique ^{cta} singulari dignitate gaudeat, tamen potestatem suam extra prouinciam sibi assignatam exercere c), & sic (2) eum, qui de latere est, oecumenicam aut nationalem synodum conuocare, non posse.

§. CLV.

Cessat potestas DATORVM (1) lapsu ^{amittitur} temporis d), ad quod, aut (2) finita ^{modo uario.} causa, cuius intuitu missi sunt; (3) reuocatione e), non uero (4) morte pontificis f); NATORVM uero, amissa sede, quacum coniuincta est legatio, non uero reuocatione a pontifice facta.

§. CLVI.

Nuntiis nulla iurisdictio in causis ciui- ^{Ufus in} libus competit g), & legati de latere ne- ^{Germania} Engau ius eccles. I queunt &

a) a. c. 8. X. h.

e) PIRHING c. l. I, 30.

b) Bilderbeck Reichs= §. 5.

Staat p. V. sect. 1. c. 1. §. 30.

f) a. c. 5. de reser. in Vltio.

c) c. 9. X. h.

g) R. I. 1654. §. 164. Ca-

d) a. c. 4. X. de offic. iud. deleg. ^{pir. Caroli VII. art. 14. §. 4.}

queunt (1) episcopos electos *confirmare*, (2) beneficia in mense capituli uacantia *conferre*, uel (3) uacatura sibi *reseruare*, aud aliud quid peragere, quod contrarietur concordatis nationis germanica.

§. CLVII.

apud protestantes.

In terris euangelicorum quum nulla sit pontificis auctoritas, nec quid iuris aut potestatis ibi exercere possunt legati.

TIT. XIII.

DE

CHOR - EPISCOPIS ET EPISCOPIS NOMINE TALIBVS.

§. CLVIII.

Episcoporum uicarii sunt uarii generis. *Alii* enim pontificalia, *alii* iurisdictionem, *alii* forum pœnitentiale exercent episcopi nomine. Omnes uel *dati* sunt uel *nati*.

§. CLIX.

In chor-episcopo-
rum

*Chorepiscopi** ad id nati sunt, ut quædam pontificalia episcoporum ciuitatensium nomine peragant.

* Hos ab initio eadem potestate, eodemque iure in ecclesiis ruri sitis gauisus esse, atque ciuitatenses in suis, statuunt LARROQUANVS *aduers. sacr.* p. 28. Ill. BOEMMER *diss. ad Plin. V. §. 5. seq. V. C. PERTSCH Elem. I. Can. P. I. §. 434.**, negant uero alii. Illud certum est, quod post Concilii Sardicensis &

Laodicensi tempora ciuitatensium uicarii facti sunt.

§. CLX.

Unde ad intelligendum est facile, cur ^{suppressio-}rum locum ^{successerunt} (1) maiores fuerint presbyteris, nec ta-
men (2) omnem episcopalem potestatem exercere potuerint ^b); (3) cur, ubi omnia iure proprio coeperunt agere, adeo fuerint suppressi ⁱ), ut hodie titulum, non autem officium*, gerant.

* Omne chorepiscoporum munus in decanos rurales translatum putat Ill. BOEHMER ad Plin. diff. V. §. 5. seq. Quo iure? iudicent alii.

§. CLXI.

Quibus suppressis, episcopi maiorum ^{titulares} episcopi. ciuitatum, qui uel nolebant uel non pot-
erant pontificalia peragere, *episcopis titularibus* (§. L.) tanquam suffraganeis usi sunt.

§. CLXII.

Hi, quibus adhuc hodie utuntur ^{Ufus hod.} episcopi germaniae, gaudent iuribus uicarii dati, nec plus potestatis unquam exercere possunt, atque illis dedit ordinarius. Euangelici & chorepiscopos & titulares episcopos nesciunt (§. LX.).

I 2

TIT.

b) c. 4. D. 68. IVO decr. p. I. lib. II. c. 2. §. 1.
p. VI. c. 72. THOMAS- i) c. 5. D. 68.
SINVS de V. & N. E. D.

TIT. XIV.

DE

ARCHIPRESBYTERO ET PRES-
BYTERO POENITEN-
TIARIO.

§. CLXIII.

Archipres-
byter,

Presbyter (§. LXXIV.) ad id natus, ut loco episcopi presbyteros *k*) celebrationemque diuinorum dirigat, ac forum poenitentiale exerceat, dicitur *archipresbyter*.

§. CLXIV.

tam' urba-
nus quam
ruralis,

Estque uel *urbanus* uel *ruralis*, prout in urbe, qua sedes est episcopi *l*), uel in uicis constitutus est. *Ille* dignitatem gerit in capitulo, *hic* uero decanus, plebanus &c. audit *m*).

§. CLXV.

præst
presbyteris
&

Quia præst presbyteris (§. CLXIII.), attendere debet, num sacerdotes (*a*) munere suo rite & sacris uestibus induti fungantur, (*b*) uitamque agant honestam. Qua de re non potest non ecclesias uisitare *n*).

§. CLXVI.

k) c. f. X. h.

Archidiac.

l) c. 1. D. 25. c. 2. 3. X. h.*n*) ESPEN I. Eccl. p. I.*m*) c. 8. f. X. de officio

tit. 6. c. 5. §. 1.

§. CLXVI.

Exercet forum pœnitentiale (§. forum pœnitentiale exercet CLXIII.). Hinc confessiones audit, pœnitentiam iniungit, etiam sacerdotibus, suo munere non fungentibus o). Unde constabit, an & quænam iurisdictione uindicari possit archipresbytero?

§. CLXVII.

Quandoquidem hæc omnia (§. CLXV. episcopi nomine. seq.) agit qua uicarius episcopi natus (§. CLXIII.): uides, (1) cur iussum episcopi attendere p), speciatim (2) absentis uices gerere q), præsentis uero curam minuere debeat r) in peragendis iis, quæ sunt sacerdotalis muneris; (3) cur officium suum peragens proximus sit ab episcopo s); (4) cur prælatis annumeretur, atque (5) illius potestas ab arbitrio & uita episcopi non dependeat (§. XIV.).

§. CLXVIII.

Potestas archipresbyteri ualde imminuta est, ex quo forum pœnitentiale singulis parochis concessit Innocentius III., & presbyterum pœnitentiarium constituit concilium Lateranense A. 1215. h. t). *Hic enim in casibus etiam episcopo reseruatis confessiones audire cœpit.*

I 3

§. CLXIX.

o) c. 33. de consecr. D.

r) c. 3. X. eod.

5. c. 2. 3. X. h.

s) LEVRENIUS *Vicar. episc.*

p) c. 4. X. h.

episc. q. 683.

q) c. 2. X. h.

t) c. 10.

§. CLXIX.

Ufus ho-
diernus.

Archipresbyteri, quibus hodie nihil fe-
re præter nomen titulumque in ecclesiis
pontificiis superest, euangelicis plane sunt
incogniti.

TIT. XV.

DE

ARCHIDIACONO.

§. CLXX.

Archidia-
conus est

Diaconus (§. CLXXX.) natus ad id, ut
in aliquo banno * ius dicat ** in cau-
sis leuioribus, & clericorum inferiorum
negotia dirigat *u*), episcopi nomine, au-
dit *archidiaconus*.

* Olim per totam dicecesin unus erat archidia-
conus. Ex quo uero numerus clericorum &
causarum ecclesiasticarum creuit, diceceses ce-
perunt diuidi in plura *banna archidiaconalia*,
quibus singulis singuli archidiaconi sunt præ-
positi. KRESS vom Archidiaconal-Wesen c.
3. §. 4.

** Ex quo archidiaconi omnimodam iurisdictio-
nem sibi tribuerunt, nec de eo, quid inuoluet
iurisditionis uocabulum, conuenerunt Dd. &c.:
actus ab archidiacono expediendi uariarunt.

§. CLXXI.

Unde hæc deriuo axiomata:

I. Archidiaconus cognoscit causas
leuiores in prima instantia *x*).

II. In-

z) c. 1. D. 25. c. 1. 2. X.
de offic. archidiacon.

x) c. 3. de appell. in 6to.

II. Inspicit dirigitque clericos inferiores.

III. Est uicarius natus episcopi.

§. CLXXII.

Archidiaconus est in diaconorum numero (§. CLXX.). Hinc (1) *in sacris ministrare*, (2) *uitamque cælibem* degere debet, nec (3) *ulli curam animarum committere potest*, nisi in hoc consentiat episcopus y).

§. CLXXIII.

Ad primum (§. CLXXI. 1.) hæc notanda erunt: archidiaconum (1) non posse *causas arduas & maiores* cognoscere z), quippe quæ uindicantur episcopo, nisi aliud loquatur consuetudo aut præscriptio *; (2) destitui *imperio sacro*, sicque potestate literas dimissorias dandi a), excommunicandi b) &c.; (3) posse *audientiam* exercere, & (4) lites, etiam contra *archipresbyterum* motas, cognoscere c).

- Quod plura iura, immo omnem episcopalem potestatem, sub *consuetudinis & præscriptionis* specie, sibi tribuerint, ESPEN I. *Eccles.* p. I. lib. 12. c. 1. §. 22. eoque fecerint, ut archidiaconali potestati terminos ponerent patres & episcopi: inter omnes constat. KRESS. c. 1. c. 2. §. 10. c. 3. §. 10. seq.

I 4

§. CLXXIV.

- | | |
|---------------------------|----------------|
| y) c. 4. X. h. | a) c. 8. X. h. |
| z) c. 7. X. h. BOEH. | b) c. 5. X. h. |
| MER de caus. arduis c. 3. | c) c. 7. X. h. |

§. CLXXIV.

clerum in-
feriorem
dirigit

Ex secundo (§. CLXXI, 2.), ni fallor, de causa constabit, cur archidiaconus (1) dicatur *oculus manusque episcopi d)*; (2) præcipiat diaconis, subdiaconis, aliisque clericis *e)*; (3) *uisitet ecclesias**, (4) harumque reparationi inuigilet, & (5) si qua corrigenda deprehendat, *corrigit f)*, dummodo hoc sine imperio fieri queat (§. pr. 2.); (6) ius dirigendi *officia g)*, preces & responsoria &c. sibi sumat.

* Visitat ecclesias sui archidiaconatus semel in anno, dioceseos autem singulis trienniis. c. 1. 6. X. h.

§. CLXXV.

Ex eodem deducere solent (7) ius ordinandos *examinandi*, (8) examinatos ordinatori *presentandi b)*, (9) acoluthos *ordinandi i)*, (10) abbates, abbatissas, minoresque clericos *instituenti k)*.

§. CLXXVI.

episcopi
nomine.

Quia hæc omnia agit qua uicarius natus episcopi (§. CLXXI, 3.): (1) *prælatorum* classi adscribitur; atque (2) *iurisdictionem ordinariam*, nec (3) ab episcopi arbitrio uel

d) THOMASSINVS de
V. & N. E. D. p. II.
lib. I. c. 24.

e) c. 2. 7. X. h. c. 1.
D. 25.

f) c. 1. D. 24. c. 2. 7. X. h.

g) c. 1. D. 25. c. 2. X. h.

h) c. 7. X. h.

i) c. 2. X. h.

k) cap. 9. X. h. ibique
GONZALEZ p. 618.

uel uitæ tempore dependentem exercet (§. XIV, 2.), ac (4) sede uacante continuat.

§. CLXXVII.

Archidiaconorum fastum deprefferunt ^{Archidiaconorum} episcopi, dum *uicarios generales* constitue- ^{fata &} runt, *causas* ab archidiaconis cognoscendas determinarunt, licentiæ ex *pœnitentia* quæstum faciendi terminum posuerunt &c. 1).

§. CLXXVIII.

Hodie multis in diœcesibus nonnisi ^{status ho-} personatum gerunt, & ubi potestate aliqua ^{diernus.} adhuc gaudent, nemo eorum potest (1) *uifitare*, nisi (a) consentiente episcopo (m) (b) ipse (c) adhibito notario (d) adeat ecclesias sui archidiaconatus, easque (e) non exemptas (n); (2) *mulctare*, nisi pœnam pecuniariam in usus pios conuertere uelit o); (3) *officiali* denegare obsequiũ p). Notandum quoque erit, quod *archidiaconalia iudicia* cesserint canonicis, nec archidiaconus constitui queat, nisi creatus doctor aut licentiatus *theologiæ uel iuris canonici* q).

§. CLXXIX.

Archidiaconi euangelicorum sunt uel in ^{Archidiaconi inter euangelicos.} capi-

I 5

1) c. 3, X. de pœnit.

o) Conc. Trid. sess. XXV.

m) Concil. Trid. sess.

de reform. c. 3.

XXIX. de reform. c. 3.

p) Conc. Trident. sess.

n) ESPEN I. Eccl. III,

XXIV. de reform. c. 20.

12, 6.

q) IBID. c. 12.

capitulis, uel in ecclesiis parochialibus. Hi agunt doctores ecclesiæ, non iudices; illi uero præfunt inferiori consistorio. In ecclesia, cuius capitulares diuersam profitentur religionem, archidiaconus istius religionis debet esse, cuius fuit illius decessor A. 1624. r).

TIT. XVI.

DE

OFFICIALIBVS SEV VICARIIS
GENERALIBVS.

§. CLXXX.

Officiales
qua

Qui ad id constitutus est, ut consistorio præsit episcopi nomine, *uicarius generalis* uel *officialis* * dicitur.

* Hos assumerunt episcopi, ut factum archidiaconorum supprimerent (§. CLXXVIII.) ESPEN I. *Eccles.* p. III. tit. 5. c. I. THOMASSINVS de V. & N. E. D. p. I. lib. II. c. 8. §. 4.

§. CLXXXI.

Unde hæc pronò fluunt alueo:

- I. Officialis est uicarius datus episcopi.
- II. Est præses consistorii.

§. CLXXXII.

uicarii
Episc.

Ex primo (§. pr. I.) facile reddideris rationem, (I) cur episcopus, *quem*, & sub *qua lege*, uelit, *constituere*, constitutumque quo-

quouis tempore *reuocare* * possit; (2) cur, quamprimum episcopus arbitrari definit uel naturaliter, uel ciuiliters), cesset potestas uicarii (§. XV.); (3) cur de iis, quæ fecit uicarius qua talis, respondere debeat episcopus. **

* *Reuocatio* non attenditur prius, quam officiali insinuata est.

** De *delictis officialis* sui non tenetur episcopus, nisi in illius persona eligenda culpæ quid commiserit.

§. CLXXXIII.

Quia hos & illos officiales constituere ^{dati} possunt episcopi (§. pr. 1.), nihil impedit, quo minus presbytero pœnitentiario aut episcopo nomine tali hoc munus queant demandare. Et quum hoc sæpe olim fecerint, ac adhuc hodie quandoque faciant, caue ne (1) suffraganei nomen cuique des officiali, aut (2) omnibus officialibus tribuas, quæ a Titio, qui simul fuit officialis & episcopus nomine talis, facta leguntur.

§. CLXXXIV.

Ex secundo (§. CLXXXI, 2.) patet (1) præsumt officiali *uicariam* quidem (§. CLXXXII.), ^{consistorio,} *ordinariam* tamen t), iurisdictionem competere, & (2) fidem habendam esse, dum refert

s) LEVRENIUS *Vi-*
car. episcop. tr. I. q. 28. seq.
BARBOSA *collect. in ius*
pontif. To. IV. p. 83. n. 10.
& p. 404. n. 5.

t) BARBOSA *collect.*
ad ius pontif. To. IV. p. 85.
n. 6. WIESTNER *Instit.*
L. Can. h. §. 31. seq. LEV-
RENIUS c. l. q. 69.

refert quæ coram eo gesta sunt *u*); (3) eum in clericis (§.VII.) *x*), & (4) *iuris peritum y*), immo gradu *doctrinæ* ornatum *z*) esse debere, atque (5) illas tantum causas, quæ in consistorio solent debentque ventilari, (6) assessoribus suis in consilium uocatis, cognoscere posse.

§. CLXXXV.

alia autem iura exercere nequeunt.

Quum officialis in consistorio tantum, non alibi, gerat uices episcopi (§.CLXXXI.): consequens sane est, ut (1) iura *ordinis episcopalis a*), & (2) quæ prælato tanquam legato nato, aut *delegato sedis apostolicæ*, competunt, exercere, (3) *principem ecclesiasticum* agere, sicque (*a*) leges ferre, (*b*) dispensare *b*), (*c*) indulgentias concedere, (*d*) diocesim uisitare *c*), (*e*) synodum diocesanam conuocare *d*), (*f*) præsentatos instituire, (*g*) electos confirmare *e*), (*b*) beneficia conferre *f*), (*i*) noua monasteria aut templa extrui iubere *g*), (4) cau-

-
- | | |
|--|---|
| <i>u</i>) PIGNATELLI To. II. consult. 202. n. 17. | To. I. p. 277. n. 3. |
| <i>x</i>) LEVRENIUS c. l. q. 37. 42. | <i>d</i>) LEVRENIUS c. l. q. 166. seq. |
| <i>y</i>) <i>Gloss.</i> ad c. 3. X. de iudic. XXIX. de reform. c. 16. | <i>e</i>) BARBOSA c. l. To. II. p. 78. n. 3. |
| <i>z</i>) <i>Conc. Trident. sess. XXIX. de reform. c. 16.</i> | <i>f</i>) c. f. de offic. Vicar. in 6to. BARBOSA c. l. To. IV. p. 85. n. 1. 2. & I. <i>Eccles.</i> I, 15. n. 20. p. 206. |
| <i>a</i>) LEVRENIUS c. l. q. 112. 113, 115. | DARTIS tr. de benef. sect. III. c. 10. |
| <i>b</i>) IDEM c. l. q. 119. sq. FIRHING <i>meth. I. Can.</i> I, 28. sect. 2. §. 6. | <i>g</i>) BARBOSA de <i>poteff. episc.</i> alleg. 54. n. 89. |
| <i>c</i>) BARBOSA c. l. | |

causas feudales b), aut (5) criminales i) cognoscere, (6) beneficiis uel ordine quem priuare k) &c. nequeat, nisi se ad ea, quae delegationem non respuunt, peragenda qualificatum & ab episcopo speciatim constitutum esse, docere uelit. Est autem mandatum, ab episcopo impetratum, strictissima interpretationis. Ut itaque officialis, cui potestas beneficia conferendi data est, ea unire nequeat, si uel maxime in mandato legatur generalis clausula l).

§. CLXXXVI.

Quia uero consistoria uel superiora sunt ^{Forum} uel inferiora: officiales, qui illis praesunt, ^{diuersitas.} in *principales* & *foraneos* diuiduntur m). Hi illis subsunt. Hinc ubi delegatio officiali facta est simpliciter, principalis intelligitur n).

§. CLXXXVII.

In Germania saepe cancellariae & consistorio simul praesunt officiales, ut ^{Ufus in Ger-} Colonia & Leodii &c. Hinc cauendum, (1) ut ^{mania &} utraque iurisdictio confundatur, (2) ut in causis secularibus appelletur officialis Archi-

b) LEVRENIUS c. l. q. 189.

i) c. 2. de offic. uicar. in 6to. IDEM c. l. q. 186.

144. FIRHING c. l. §. 4.

k) BARBOSA I. Eccl. cles. l. 25, 23.

l) IDEM collect. in ius pontif. To. III. p. 191. n. 4.

m) c. f. de officio uicarii in 6to.

n) BARBOSA c. l. To. IV. p. 388. n. 14.

chi-Episcopi o), Romana curia, huiusue nuntius p).

§. CLXXXVIII.

in foris
euangelico-
rum.

Consistoria quidem occurrunt in terris Euangelicorum, ast iis nulli officiales, sed alii uiri, sæpe politici præsumunt, assessoribus, partim Ictis, partim theologis, stipati.

TIT. XVII.

DE

P A R O C H I S.

§. CLXXXIX.

Parochus
est

Parochus est presbyter q), uices episcopi pastoris (§. XXXIV, i) in ecclesia plebanata gerens. Plerumque *plebanus* dicitur (§. LXXVII.).

§. CXC.

Unde hæc fluere uidentur axiomata:

- I. Parochus annumerandus est presbyteris.
- II. Gaudet pastorali potestate in ecclesia plebanata.

§. CXCI.

presbyter

Ex primo (§. CXC, i.) inferunt, parochi esse (i) uestes coloris uiridis ac rubei (§. VIII.)

o) LVDOLF *de iurisdictione officialium in causis civilibus.*

p) III. BOEHMER

I. E. P. 1, 28, 6.

q) c. 14. de elect. in 6to. c. 12. X. de pœnit. & re-

miss.

(§. VIII.), annulos, commissationes &c. fugere *r*), atque (2) in *calibatu* uiuere (§. LXXV. VIII.).

§. CXCI.

Ex secundo (§. CXC, 2.) consequitur pastorem (1) ut parochus *benedicere s*), (2) uerbum ^{agens} dei *docere t*), (3) quæuis *sacramenta* administrare *u*), (4) *breuiarium* recitare *x*), (5) *cultum diuinum* dirigere, (6) *confessiones* audire *y*), (7) *iure clauium* uti, proptereaque (8) *ieiunia & penitentiam* iniungere, (9) iniuncta remittere *z*), (10) inobedientes a *sacris* arcere &c. possit debeatque.

§. CXCH.

Quia uero hanc potestatem (§. pr.) non in ecclesia nisi in ecclesia plebanata, cui praefectus est, plebanata. exercere potest (§. CXC, 2.): patebit facile (1) parochum in ea *residere a*)*, atque (2) pecus alienum a praefepibus suis arce-
re *b*) debere; (3) parochum, in aliena parochia dum docet, baptizat, uel confessiones

r) BARBOSA de officio & potestate parochi p. I. c. 6.

s) IDEM c. l. c. 13.

t) ENGEL manual. parochor. p. II. c. 3. BARBOSA c. l. c. 14. seq.

u) ENGEL c. l. c. 7.

x) IDEM c. l. c. 6.

y) III. BOEHMER I. paroch. sect. IV. c. 1. §. 10. sq.

z) KOENIG princ. I. Can. p. 29.

a) c. 14. de elect. in 6to FLORENS Oper. p. II. p. 446. seq. ENGEL c. l. p. II. c. 5.

b) c. 2. de paroch. GONZALEZ TELLEZ T. III. p. 575. n. 5.

nes audit, nulla uenia impetrata, reum esse *turbationis sacrorum c*).

* Quodsi uero ueniam ab episcopo impetrauerit, & uicarium ab ordinario probatum constituerit, per tres menses abesse potest. *Conc. Trid. sess. XXIII. de reform. c. I. CORVINVS de P. E. II, 2. 29. seq.* Qui aliter abit, primum fructibus absentiae tempore percipiendis, post ipso beneficio, priuatur. GONZALEZ TELLEZ To. III. p. 101. n. 2.

§. CXCIV.

Ufus inter protestantes.

Parochi nostri sunt doctores eodem munere, iisdemque iuribus gaudentes, quibus pontificii. Excipe tamen (a) potestatem laicos a sacris arcendi, & (b) illos actus, qui religioni nostrae repugnant d).

TIT. XVIII.

DE

CANONICORVM, RELIQVORVM-
QVE CLERICORVM VICA-
RIIS.

§. CXCIV.

Vicarii clericorum,

Vicarii clericorum reliquorumque clericorum nati sunt, ex quo laxata est residendi necessitas, permessa plurimum beneficiorum possessio, atque cum monasteriis unita sunt ecclesiae.

§. CXCVI.

canonico-
rum.

Qui ad id nascuntur, ut uices canonicorum

c) Ill. BOEHMER c. l. d) IDEM c. l. §. 26. §. 6. seq.

corum subeant in psallendis horis canonicis, (1) continuant uicariatum inuito & mortuo eo, cuius uices gerunt e), (2) residere tenentur, & (3) alios substituere nequeunt, nisi ad tempus ex causa iusta & probabili f).

§. CXCVII.

Primicerius est clericus ordinem & modum in choro psallendi statuens g). Hic ^{Primicerius.} *archidiaconi uicarius* esse dicitur, natus ad id, ut clericos minorum ordinum dirigat, eorumque excessus puniat b). Subest archidiacono, &, prout in choro & capitulo canonicis prait uel cedit, *dignitate* aut *personatu* gaudere dicitur i).

TIT. XIX.

DE

COADIUTORIBVS.

§. CXCVIII.

Coadiutor dicitur (1) clericus, ei, quem ^{Coadiutores sunt} morbus, senium aut aliud quid debilem reddidit, auxilio datus; (2) adhuc uiuentis clerici futurus successor, non uero auxiliator uel suffraganeus. Illum *regularem*,
Engau ius eccles. K *rem,*

e) BARBOSA collect. in ius pontif. To. I. p. 215. n. 16.

P. E. I, 21, n. 3.

b) c. 1. D. 25. c. un. de offic. primicer.

f) c. 1. de offic. Vicar. in 6to.

i) LEVRENIUS Vicar. episc. q. 634. n. 1.

g) CORVINVS de

*rem, hunc irregularem coadiutorem nominant Dd. **

* Olim neuter, nisi urgente necessitate admittebatur c. 12. 13. 14. 17. 18. 41. C. 7. q. 1. succedente uero tempore uterque probatus est.

§. CXCIX.

uel regula-
res De *coadiutoribus regularibus* hæc uelim notes: (1) quod unius plures possint esse coadiutores *k*), & quidem (2) alius temporalis, alius spiritualis *l*); (3) quod cesset coadiutoria, coadiuti impedimento, uel infirmitate cessante, proptereaue (4) mox temporaria sit, mox perpetua *m*); (5) quod coadiutor, dum præstat adiutorium, alimenta sua ex coadiuti redditibus petere possit *n*).

§. CC.

uel irregu-
lares, Coadiutor irregularis coadiutum non subleuat, sed succedendo excipit (§. CXCVIII, 2.). Hinc (1) quilibet, quem neque lex, neque statutum, neque aliud arcet a successione in locum & iura coadiuti, licet (2) aliquo ætatis aut uirium defectu laboret, constitui potest; (3) quominus *sano & inuito* coadiutor detur, nihil est, quod impedit; (4) datur locus *subcoadiutorie*.

§. CCI.

k) c. 1. de cler. agror. porest. ind. deleg.
in 6to. *n*) c. 1. de cler. agror.
l) c. 12. seq. C. 7. q. 1. in 6to.
m) c. 37. X. de offic. &

§. CCI.

Quid iustum sit circa coadiutores regulares, cum spe succedendi datos, ex modo dictis (§. CXCIX, CC.) patebit facile. uel regulares cum spe succedendi.

§. CCII.

Hodie coadiutores dantur & regulares & irregulares. Hi in pralaturis, ecclesiis collegiatis & inter sacros equites o), illi uero in parochiis deprehenduntur. Ufus hodiernus ap. Pontif. &

§. CCIII.

Idem iuris est in ecclesiis euangelicorum, dummodo illud notes, (1) quod coadiutores regulares quandoque ex officio constituat consistorium; (2) quod constitutis pastorum iura & priuilegia uindictur. Euangel.

TIT. XX.

DE

SENATV ECCLESIASTICO.

§. CCIV.

Quilibet pralatus instructus est senatu, quocum corpus unum facere dicitur. Quando senatus

§. CCV.

Sine illius consensu nihil, quod (a) ecclesie aut

K 2

o) DITMAR d. de strium ecclesiasticorum, coadiutoribus ordinum eque.

clesiæ, cui præest, aut (b) in prælaturam successuro, aut (c) senatui p) tandem quit esse damno, expedire q) potest, nisi uota maioris partis senatus r), modo quo decet, in locum publicum hisque rebus antiquitus destinatum, uocati, illud probauerint.

§. CCVI.

consilio
opus sit?

Contra consilio tantum senatus indiget prælatus (1) personas ecclesiasticas *institutus* aut *desitutus* s), (2) *statuta* conditurus, (3) *excessus* correcturus t) &c. Quantum uero senatus *consilium* & *consensus* distent a se inuicem, satis docuerunt WIESTNER u), III. BOEHMER x), aliique.

§. CCVII.

Senatorum
iura

Senatores, si conuentuales exceperis, (1) splendent singulari *dignitate*, quam (a) produunt *titulis*, & (b) iure *præeundi* omnibus clericis non senatoribus, etiam ordine maioribus; (2) simul sumti gaudent *dignitate* ab illa, qua fulget prælatus, cui seruiunt, *proxima*.

§. CCVIII.

-
- p) SCHMIER *Iurisprud. practico-consiliaria* conf. 61 n. 1154. 1166. PIA-
SECIVS *prax. episc.* II, 2.
q) WIESTNER c. I. 26. seq.
n. 25. seq.
r) WIESTNER c. I.
III, II, 20. seq.
s) c. 4. X. *de his que fiunt a præl.*
t) WIESTNER c. I. n. 26. seq.
u) c. I. n. 27.
x) I. E. P. III, 10, 3.

§. CCVIII.

Si quæ alia iura senatui, aut uni uel alteri senatorum ex priuilegio, ui præscriptionis &c. obtigerint, ea prælatus non quidem adimere, ita tamen concessa habere potest, ut salua sit maneatque sacra superioritas.

non lædant
superiorita-
tem.

§. CCIX.

Senatores pontificis, *cardinales** audiunt (§. CCIV.). Hos in clericorum numero, atque in suis titulis ad instar episcoporum esse y), latet nemini.

Cardinales
sunt

* Olim hoc nomen erat commune omnium clericorum ad certum titulum constitutorum, nec singularem prærogatiuam innuens. Postea uero cleri Romani factum est proprium, & illud, quo summus dignitatis apex denotatur. V. *Traité de l'origine des Cardinaux du saint Siege.*

§. CCX.

Cardinales sunt clerici (§. pr.), ast non eiusdem *ordinis*. Inter eos enim regulariter sunt 6. episcopi, 50. presbyteri & 14. diaconi*. Unde constabit, (1) cur omnes in *calibatu* uiuere debeant (§. XI.), & (2) aliqui, pontifice dispensante, *ad seculum* redire possint.

* Numerus septenarius, qui olim fuit, quum nimis aueretur, Conc. Bas. 1431. h. dispositum est, ut ne ille unquam maior esset XXIV. Nihil tamen minus Sixtus IV. & Alexander VI. eum ad LIII., Paulus III. ad LXIII. & denique

K 3

Pau-

Paulus IV. ad LXX. adauerunt. Hic numerus, quem retinendum putauit Sixtus V. a Pontifice augeri & minui potest, prout res illud postulat. BARBOSA I. Eccl. l. 3, 44. p. 63.

§. CCXI.

ad instar
episcoporum
in suis
titulis,

Quia cardinales in suis titulis sunt ad instar episcoporum (§. CCIX.): ad intelligendum erit facile, (1) cur illis potestas LL. ferendi 2), (2) *indulgentias* concedendi a), & (3) proprios titulos b) *uisitandi*, nec non (4) *iurisdictio* ordinaria c), (5) ius excommunicationem, suspensionem d), aliasque *cenfuras* irrogandi e), (6) ius *uicarium generalem* constituendi f), (7) ius *beneficia* g), & (8) minores *ordines conferendi* h) & c. uindicari solet.

§. CCXII.

atque, quia
eos papa
consultit,

Hos, ad *consistorium*, quod modo publicum, modo priuatum est, uocatos consultit papa (1) *cardinales* creaturus, (2) *ecclesiis cathedralibus* prouisurus, (3) *ecclesiae episcopali* nomen & iura sedis metropolitanae

2) KOENIG princip.
I. Can. To. I. p. 12. n. 7.

a) LEVRENIVS *Vicar.*
episc. q. 139. 2.

b) c. 11. X. de mai. &
obed. BARBOSA I. Eccl.
l. 4, 37. p. 72.

c) LEVRENIVS c. l.
q. 172. I. & 451. I. GON-
ZALEZ TELLEZ T. I.
p. 305. n. 6.

d) LEVRENIVS c. l.
q. 450.

e) BARBOSA *collect.* in
ius pontif. T. I. p. 292. n. 2.

f) LEVRENIVS c. l.
q. 22.

g) BARBOSA I. Eccl.
l. 4, 36. p. 71.

h) IDEM c. l. n. 40.
TAMBRINIVS *de iure*
abbarum. d. 11. q. 4. n. 2.

tanæ daturus *i*), (4) *causas fidei* decisurus *k*) &c.

§. CCXIII.

Ex eo, quod cardinales sint senatores ^{senatorum} pontificis (§. pr. & CCIX.): reddi potest ratio, cur (1) *familiares l*), *fratres m*) & *socii* papæ audiant, nec non (2) unum corpus cum eo facere uideantur; (3) cur splendean *summa dignitate n*) (§. CCVII, 1.); (4) *superbiant eminentissimorum o*) ac *reuerendissimorum* titulis; (5) cur eorum uiolatores habeantur sacrilegi *p*), immo criminis læsæ maiestatis rei; (6) cur cardinalis diaconus maior sit archiepiscopo non cardinali (§. CCVII, b.); (7) cur singuli singulis principibus S. R. G. I. electoribus*, magno duci Florentino &c. atque (8) simul sumti regibus** *præire* uelint (§. eod. 2.).

* Electores cardinalibus maiores esse, XII. argumentis probare contendit FREINSEMIUS diatr. 5. de S. R. I. *Electorum & S. Ro. Eccl. Cardinalium præcedentia.*

K 4

** A quo

i) BARBOSA c. l. n. 88.

k) PALAEOTVS de sacri consistorii consultatio- nib.

l) BARBOSA c. l. n. 13. seq.

m) Ill. ESTOR diatr. de cardin. imp. §. 36.

n) RAYNALDVS *an- nal. Eccles.* p. 95.

o) AMYDENIVS de stylo datar. c. 15. nr. 150.

p) ALTESERRA c. l. p. 56. PIGNATELLI

To. I. conf. 42. nr. 37. *Bul- lar. M. To. I. p. 333. §. 6.*

** A quo tempore & quare regibus præire uoluerint, docent PALAEOTVS c. l. p. V. q. 1. p. 226. CRVSIVS *de iure negotiorum* lib. II. c. 3. n. 10. seq. p. 188.

§. CCXIV.

aliisque
gaudent iuribus, &

His quoque gaudent iuribus, quod eorum (9) *iudex* solus pontifex, (10) *condematio difficillima q)*, (11) *domus oratorii instructa sancta sint r)*, gaudeantque immunitate ecclesiastica, (12) *fides* censeatur maxima *s)*; (13) *uestitus* purpureus *t)*, (14) *scuto* pileus ruber galeæ loco impositus *u)*, (15) *occursus* ad mortem condemnatum a pœna capitali liberet *x)*.

§. CCXV.

in uarias
abeunt
congregationes.

Cardinalium congregationes in *ordinarias* & *extraordinarias* diuiduntur. Ad illas plerumque referuntur: *congr. de propaganda fide y)*, *congr. inquisitionis contra hæreticos*, siue sacri officii, *congr. indicis* libro.

-
- | | |
|---|---|
| q) Ill. ESTOR c. diatr. §. 42. p. 56. | 234. Ill. ESTOR c. d. p. 46. 49. |
| r) Bullar. M. To. I. p. 565. | u) IDEM c. d. p. 47. |
| s) BARBOSA collect. ad ius pontif. To. V. p. 187. n. 1. | x) BODINVS <i>de rep.</i> I, 10. CRVSIVS <i>de iure negotiorum</i> lib. 2. c. 3. n. 16. p. 189. |
| t) PARAVICINI <i>Polythea sacror. canon.</i> p. | y) Bullar. M. To. III. p. 472. seq. |

librorum z), *congr. interpretum C. Tr. a)*,
congr. rituum b) &c.

§. CCXVI.

Senatum episcopi constituunt ecclesie cathedralis c) * capitulares (§. XCVII.), qui propterea (1) gaudent dignitate, titulo: *Thro Hochwürden* exprimi solita, & (2) collectivie sumti abbatibus, (3) singuli uero, si uel maxime sint diaconi tantum aut subdiaconi, presbyteris *præeunt* (§. CCVII.), & (4) ii sunt, sine quorum consensu multa (§. CCV.), & sine quorum consilio quædam (§. CCVI.), peragere nequit episcopus.

Capitulares sunt senatores episcopi.

- * Olim omnis clerus ciuitatis constituebat senatum episcopi. Ex quo uero clerus cathedralis ecclesie in arctiorem societatem coaluit, & conuentus instituit quotidie, reliqui clerici pedetentim a senatu moti sunt.

§. CCXVII.

Sic quoque *monachis* ad chorum profectis d), *abbatibus* localibus (§. CXXI.), *prouincialibus* (§. CXXII.), *prioribus, magistris specialibus* (§. CXXX.), *sororibus choristis* (§. CXL, 1.) senatorum iura competunt.

K 5

§. CCXVIII.

z) Ibid. To. II. p. 669. sq.
To. III. p. 56.

c) c. 4. X. de his, que fiunt a præl.

a) Ibid. To. II. p. 119.
670.

d) c. 8. X. de stat. monach.

b) Ibid. To. II. p. 669.

§. CCXVIII.

Ufus hod.
in Germa-
nia.

In Germania (1) prælati indigent senatus consensu, non solum in casibus, quos ius commune determinauit (§. CCV.), sed & iis, quos nominarunt statuta uel capitulatio. Iam quum hæc uariant, non omnium prælatorum potestati iidem limites positi conspiciuntur e). Alii pro libitu, alii non nisi sciente & uolente capitulo, fœdus inire, bellum suscipere &c. queunt; (2) in ecclesiis mixtæ religionis canonici euangelicorum sacris additi, iure capituli & senatus gaudent, statim atque redemerunt ordines (§.XCIX.).

TIT. XXI.

DE IIS,

PENES QVOS EST TEMPORE
SEDIS VACANTIS VEL IM-
PEDITAE REGIMEN.

§. CCXIX.

Senatus,
tempore
sedis ua-
cantis,

Dum uacat sedes, seu ecclesia prælato suo destituta est, omne imperium sacrum senatui ex canonis dispositione, sicque iure proprio, competit.

§. CCXX.

quæ per-
agere pos-
sit? &

Itaque sede uacante potest senatus (1) leges ferre, (2) ius dicere, (3) ecclesiam uiduam

e) Ill. BOEHMER I. E. P. III, 10, 6.

uiduam dirigere; (4) de illius salute, & bonis sollicitus esse, atque (5) omnia agere, quæ alias prælati requisito senatus consensu peragere debet.

§. CCXXI.

Contra peragere nequit ea, quæ ui personalis dignitatis aut muneris, uel ex consuetudine, lege *fundationis* aut *capitulatio- ne* reseruata sunt episcopo.

§. CCXXII.

Cardinales ecclesiam Romanam quidem, dum papa deficit, regere (§. CCXX, 3.), neutiquam uero (a) *constitutiones* defuncti pontificis corrigere, (b) *leges uniuersales* ferre f), (c) *cardinales* creare, (d) *iurisdictionem papalem* aliter, atque permittit concilium Lugdunense, exercere g) &c. possunt (§. pr.).

Cardinalium potestas temporis, quo uacat papalis sedes.

* Olim regimen ecclesie Ro., tempore sedis uacantis, erat penes archipresbyterum, archidiaconum & primicerium notariorum. GARNIER *libr. diurn. R. P. c. 2.*

§. CCXXIII.

Capituli potestas tempore sedis uacantis hæc est: (1) quod uacantis ecclesie salutem curare, & (2) bona per *conuocatos* b), intra VIII. dies constituendos i), admitti

Capitulum imperat, nec tamen

f) WIESTNER c. l. *de iure capit. p. II.*

I, 2, 26.

i) WIESTNER c. l.

g) Clement. 2. de elect. III, 9, 60.

b) ZALOSKOWSKY

administrare, (3) *leges* prælatorum decessorum abrogare *k*), nouasque condere *l*), (4) quasuis *causas*, etiam matrimoniales criminales aliasque arduas per *uicarium m*), quem pro lubitu *n*) constituere, & constitutum reuocare potest, *cognoscere*, (5) electos, prout iura uolunt, uel *confirmare* uel reiicere *o*), (6) præséntatos *instituire*, (7) *alienationem* bonorum ecclesiæ minoris *p*) *confirmare* &c. possit *q*).

§. CCXXIV.

iuribus
prælati
personali-
bus gaudet.

Contra capitulum nequit (1) monasteria ordinis exempti uisitare (§. CCXXI.) *r*); (2) actus *episcopalis ordinis* suscipere (§. eod.) *s*); (3) *charitatum subsidium* penitus remittere *t*); (4) *exemptionem* a prælato factam mutare *u*); (5) ecclesias *unire*; (6) *bona ecclesiæ* uacantis alie-

k) LEVREN. *vicar. episc.* q. 470. n. 4.

l) c. 6. X. de const. BARBOSA I. *Eccl.* I, 32, 73. p. 318.

m) Conc. Trid. sess. XXIV. c. 16. BARBOSA c. l. p. 313. n. 30.

n) IDEM c. l. n. 44. seq. LEVRENIUS c. l. q. 28. n. 2.

o) c. 14. X. de maior. & obed.

p) LEVREN. c. l. q. 49. 2.

q) WIESTNER c. l. III, 9, 7. seq. ROTERMUNDT d. de officio, potestate ac iure capituli sede uacante.

r) LEVREN. c. l. q. 194. n. 1.

s) ID. c. l. q. 459. 462. BARBOSA de potest. episc. p. II. p. 31. n. 19.

t) LEVRENIUS c. l. q. 493. BARBOSA I. *Eccl.* I, 32. 84. p. 319.

u) III. BOEHMER c. l. §. 31.

lineare *x*), in feudum dare, aut antiquitus in feudum data reuocare *y*), (7) bona ad mensam praelati pertinentia in suos usus conuertere *z*); (8) *beneficia* ad solius praelati collationem pertinentia, nisi iam in certas personas deuoluta fuerint (§. eod. 2. a.) *a*), conferre *b*), (9) extinguere *c*) (§. eod. 2. b.), (10) eorumue resignationes in fauorem tertii aut sub lege permutationis factas recipere *d*); (11) aliquid *innouare* *e*), uel (12) nonnihil eorum facere, quæ praelatus nonnisi cum consensu capituli peragere potest (§. CCV.); (13) titulis & priuilegiis, offibus personæ praelati coherentibus, uti.

§. CCXXV.

Ex sede uacante quandoque fit *impedita*, ut si capitulares uel iure uel facto *impediantur*, quo minus nouum praelatum eligant. Prouti uero impedimentum uel eligendum uel electores concernit, sedes uel *secundum quid*, uel *in totum* impedita dicitur.

Sedes impedita est

§. CCXXVI.

- x*) TAMBRINIVS n. 26 28.
de iure abbatum To. III. *b*) BARBOSA *collect.*
 d. 13. q. 10. To. II. p. 92.
y) LEVRENIVS c. tr. *c*) WIESTNER c. I.
 q. 189. 212. nr. 2. nr. 35.
z) BOEHMER I. E. P. *d*) III. BOEHMER I.
 III, 9. §. 32. WIESTNER E. P. III, 9, 36.
 c. I. n. 39. *e*) c. I. X. ne sede uac.
a) WIESTNER c. I.

§. CCXXVI.

uel in to-
tum

Quando citra culpam capitularium *sedes in totum impedita* est, tantum abest, ut negligentes dici, & potestate, qua gauisi sunt tempore sedis uacantis, priuari possint, ut potius maiori polleant potestate, nimirum iure ea omnia peragendi, quæ sine damno ecclesiæ differri nequeunt. Hinc (1) necessitate urgente, *absoluunt* in casibus episcopo referuatis *f*), (2) adprobant *confessionarios*, horumque licentiam reuocant, (3) *litigant*, immo transigunt, de rebus ad episcopum spectantibus *g*) &c.

§. CCXXVII.

uel secundum quid.

Sede secundum quid impedita, uidere debes, num electus impediatur, quo minus succedat, an quo minus ecclesiam hoc regat tempore. Illo casu regimen ecclesiasticum iure proprio continuat, hoc autem administrat, capitulum.

§. CCXXVIII.

Potestas conuentus.

Abbatis mortui uel alia ratione sublata potestas, in conuentum, illius senatum (§. CCXXVII.), redit. Hic novos *monachos recipere* nequit, nisi eorum receptio ad

f) c. un. de maior. & obed. in VI. PANORMITANVS ad c. 14. X. eod.

g) III. BOEHMER d. de iure capituli sede impedita.

ad se & abbatem simul spectet (§. CCXX, 5.) b).

§. CCXXIX.

Tempore, quo uacat sedes (1) *papalis*, Ufus in Germania & nihil imperii aut potestatis in Germaniam exercere queunt cardinales; (2) *episcopalis*, imperatori & imperio immediate subiecta, capitulum redditur immediatum. Itaque ius aggratiandi, monetam cudendi, literas moratorias dandi i), immo omnem superioritatem exercet k). Quae quoque causa est, cur (a) gaudeat *austrogarum* iure, (b) uocetur ad *comitia* l), & eo legatos mittere possit. Quod autem capitulo competant Episcopi munere, uel officio *hereditario* radicata iura: illud uix potest adfirmari m) (§. CCXXI.); (3) *abbatis* uel *abbatissae* imperatori & imperio immediate parentis: conuentus eandem potestatem, quam capitulum ecclesiae immediatae, solet exercere.

§. CCXXX.

In his a catholicis plane non recedunt apud euangelicos, euangelici, siue soli, siue una cum pontificiis capitulum forment.

TIT.

- b) c. f. de regul. in 6to. ibique HENNIGES.
 i) ROTERMVNDT m) FRITSCH ad LI-
 c. d. c. 3. §. 8. seq. MNAEVM IX, I. §. 131.
 k) Ill. BOEHMER I. KVLPIE ad MONZAM-
 E. P. III, 9, 23. seq. & 27. BANO de *statu imp.*
 l) I. O. P. art. V. §. 21. Germ. p. II, c. 5. 26.

TIT. XXII.

DE

QUALITATIBVS HOC VEL
ILLO STATV ECCLESIA-
STICO DECORAN-
DORVM.

§. CCXXXI.

Quinam
statum

Neque ad hunc neque ad illum statum admittitur, qui de eo, quod uitam statui respondentem uiuere possit, uelique, fidem nullam fecit; qualis est (a) qui statum, cuius cupidus est, nondum cognouit, aut (b) cognitum petit ex alia atque pietatis causa.

§. CCXXXII.

christiano-
rum,

In CHRISTIANORVM numerum nemo recipitur, a fidelibus nisi natus parentibus, aut principiis christianæ religionis satis innutritus.

§. CCXXXIII.

clericorum,

Qui CLERICATV initiari cupit, sit (1) confirmatus *n*), (2) septennio maior *o*), (3) uitæ deditus honestæ, isque (4) qui artem scribendi & legendi didicit *p*).

§. CCXXXIV.

n) C. *Trid.* sess. XXIII. in VIto.
de reform. c. 24.

p) FLEURY *Inst. Iur.*
Eccl. I, 4, 6.

§. CCXXXIV.

CANONICI futuri ex christianis illi tantum possunt esse, qui (1) *doctrina*, quam ordo munusque postulant, sunt imbuti *q*), (§. XCI, seq.); (2) *bonestati* (§. VIII, 4.) semper studuerunt, atque (3) dum (a) XX. uel XXI. a. nati (b) *annum claustralem*, seu probatorium, seruarunt exactissime, spem faciunt, se canonicam uitam caste uicturos esse.

§. CCXXXV.

De anno claustrali hæc notanda erunt: quod (1) alicubi tempore, in statutis definito, inchoetur, & (2) inchoatus non per unum idemque tempus in omnibus duret capitulis; (3) quod in eo constitutus nullum percipiat beneficium, atque (4) regulam & statuta ad unguem seruare debeat *r*).

§. CCXXXVI.

Qui pietatis studio ductus *s*) fieri uult *monachorum*, sit (1) XVI. a. natus * *t*), (2) expers coniugii *u*), atque (3) petat religionem, quam, dum per annum *x*) magistro disciplinæ subsuit *y*), & uigilias, *Engau ius eccles.* L ieiun-

q) c. 29. X. de præbend.

25. de regul. c. 15.

r) Ill. BOEHMER III,

u) c. 1. seq. X. de conuers. coni.

4, 5.

s) c. 1. X. de regul. C.

x) c. 8. 9. 16. 20. 21. 23.

Trid. c. 1. c. 18.

X. de regular.

t) Conc. Trident. sess.

y) c. 6. 7. X. eod.

ieiunia, aliasque disciplinas lubens sustinuit 2), satis cognouit & uiuere didicit. Contra (4) qui otii socordiaque causa religionem petunt, plane non, & (5) qui, ut (a) soluerent aris alieni, rationum reddendarum a), ciuitatis, militiae b) proprietatisue uinculum, aut (b) aliud damnum inferant reip. uel tertio, monasterium uolunt ingredi, tunc demum admittuntur, ubi consentiunt ii, quorum interest, hos non recipi.

* Olim plena pubertas requirebatur c. 6. X. de regul. post a. XIV. sufficiebant c. 8. 14. X. eod. denique C. Tr. tempus modo dictum determinauit.

** Societas Iesu exigit *biennium*. WIESTNER c. I. III, 31, 20. Tempus, sit quodcumque uelit, computatur a suscepto habitu, & continuum esse debet. I. D. n. 21. seq. Nouitii gaudent priuilegiis religiosorum, atque ultimo bimestri nouitiatus sui donationes aliasque alienationes celebrare possunt, quæ tamen nullum effectum fortiantur ante solemnem professionis tempora. I. D. c. I. nr. 53. seq. 63. seq.

§. CCXXXVII.

monialium, Sic quoque non recipitur MONIALIS*, nisi quæ (1) XIV. a. nata (2) in monasterio, quod colendæ pietatis ergo petiit, (3) sub magistra nouitiarum (4) annum proba-

2) PELLIZZARIUS
manual. regular. tr. 2. c. 5.
n. 16.

a) IDEM tr. de monial.
c. 2, sect. I. nr. 12.

b) 26. C. de decur. 63.
C. Theod. eod. 12. C. Th.
de ueteran. GREGORIUS
lib. II. ep. 62.

probatorium, eumque continuum serua-
uit c).

- *Monialis & oblata differunt.* Hæc, ubi septen-
nio maior est, recipitur, recepta legibus clau-
sura adstringitur, atque uictum & amictum
suum a parentibus uel cognatis accipit. *Conc.*
Trid. sess. XXV. de regul. c. 26.

§. CCXXXVIII.

Qui in SACRVM quendam ORDINEM equitum sa-
EQVESTREM petit recipi, doceat (1) ^{crorum pe-}
fe ex legitimo thoro, (2) ante XIV. a. ^{tere pos-}
natum, (3) tot, quot flatuta uolunt, ^{sint?}
maioribus ex antiqua prolapia ortis mu-
nitum, & (4) rei militaris experientia *
instructum esse.

- Hæc ex eo colligitur, quod candidatus tribus
expeditionibus militaribus interfuit,

§. CCXXXIX.

Dicta (§. CCXXXI - CCXXXVIII.) ^{Usus in}
ualent hodie in Germania, si hæc exce- ^{Germania}
peris, quod (1) eruditio ex [&] *triennio aca-*
demico colligatur, (2) *annus claustralis*
canonicis secularibus facile remittatur,
immò in quibusdam capitulis sit aboli-
tus d); (3) *canonici cathedralium eccle-*
siarum, atque (4) *ordinis Iohannitici mili-*
tes, ad linguam germanicam relati, & (5)
Teutonici ordinis equites antiquæ nobili-
tatis

L 2

c) PELLIZZAR. c. 1,
sect. 2, nr. 47.

d) III. BOEHMER I.
E. P. III, 4, 10.

tatis e)* & germanicæ originis f) debeant esse; (6) quod quarundam ecclesiarum statuta non nisi peregrinatos uelint recipi; (7) quod ratio religionis, quam uacantis officii & beneficii possessor A. 1624. professus est, haberi debeat (Prol. §. LXVI.).

* Id quod adeo seruatur usu, ut neque ille, quem maioribus ingenuis destitutum commendauit pontifex, CRAMER de iuribus nobilitatis auiæ c. 3. §. 3. seq. neque ille, cui nobilitatem cum XVI. maioribus concessit Imperator, ad canonicatus in summo adspirare possit. V. TELGMANN von der Ahnen Zahl c. IV. §. 47. seq.

§. CCXL.

in terris
euangelico-
rum.

Euangelici, qui minoribus ordinibus destituuntur (§. XIX, 2.), neminem clericis, si hoc uerbo uti licet, annumerant, nisi eos, qui se doctores ecclesiæ præstare possunt; (2) annum claustralem, & alia de canonicis dicta (§. CCXXXIV. CCXXXV. CCXXXIX.), seruant, ut pontificii, præsertim in capitulis mixtæ religionis g); (3) statuunt, principem posse in capitulis sibi subiectis tollere annum claustralem h) cum multiis aliis, dummodo pax Guessthalica non obstet, nec aliud pactum; (4) monachos non habent (§. CXIV. XIX,

e) GVDLING p. XI. p. 127. seq.
art. I. HOEPING de iure g) Ill. BOEHMER c. I.
insign. IV, 7, 71. §. 52.
f) FABRI St. C. p. V. b) IDEM c. I. §. 9. seq.

XIX, II.), ideoque de eorum qualitatibus uix sunt solliciti; (5) easdem qualitates ad ordines sacros equestres necessarias cum pontificiis iudicant, si exceperis, quæ principiis religionis nostræ repugnant.

TIT. XXIII.

DE

QUALITATIBVS EORVM, QVI AD HVNC VEL ILLVM ORDINEM SACRVM SVNT RECIPIENDI.

§. CCXLI.

Ad sacros ordines, **A**ueri queunt, qui non laborant *irregularitate i*, siue defectu qualitatis, sine qua ordines neque suscipi neque administrari uolunt regulæ. Speciatim (a) *cælibes* (§. XI.), (b) legitimæ liberæque *natiuitatis*, nec non (c) animi corporisque *integri k* debent esse sacrorum ordinum candidati. Sint porro (d) per minores ordines *promoti l*), itidem (e) *istius ætatis**, (f) eademque *literarum sacrarum peritia* instructi m), atque quilibet ordo requirit ui canonis.

L 3

* Annos,

i) PROVIUS de irregularitate. de ætate & interstit. in col. lat. ordin.

k) c. 2. D. 33.

m) c. 14. D. 37. c. 9.

l) LEO ALLATIVS D. 38.

* Annos, quibus hunc illumue ordinem sacrum suscepturo opus est, per unum diem inchoatos esse sufficit. TAMBRINIVS de iure abbar. To. II. disp. 2. q. 15. n. 3. p. 22.

§. CCXLII.

Contra ab ordinibus sacris arcentur (1) qui ambitione ducti ordinem *redimere* uoluerunt; (2) qui *sanguinem* effuderunt, uel effudi fecerunt *n*); (3) *uxorati* o), multo magis (4) *bigami* p); (5) qui in *scena* luserunt q), aut (6) *penitentiam publicam* unquam subierunt r).

§. CCXLIII.

Ad sacerdotium admitti nequeunt (1) minores XXV. a., (2) *monoculi* s), (3) manu aut pollice *mutilati* t), (4) *claudi* u), (5) qui uel uiam salutis, uel modum, quo sacramenta administrari debent, nesciunt, (6) qui uel dolo, uel culpa se truncarunt aut truncari fecerunt x). Speciatim (7) episcopatus incapax est ille, qui in spirituali iam uiuit *matrimonio*, aut (8) nondum XXX. a. natus est.

§. CCXLIV.

Ufus hodi. Hodie ætatis, natiuitatis, destructi corporis,

n) c. 36. D. 50. c. 30.
C. 23. q. 8. c. 24. X. de homic. c. 4. X. de raptor.

o) c. 6. D. 77. FLEVRY
Inst. I. Can. 1, 7, 3.

p) c. 1. D. 33.

q) c. 2. ead. D.

r) c. 55. 58. seq. D. 50.

s) c. f. D. 55.

t) c. 6. 7. X. de corp. uiciat. non ord.

u) PASSERINVS de elect. c. 25. n. 327. seq.

x) c. 2. D. 33. c. 3. seq. X. eod.

poris, scientiæ deficientis &c. intuitu dispensatur facile, præsertim ubi nullum præiudicium rebus diuinis imminet, nec metuendum est scandalum.

§. CCXLV.

Solam doctrinæ puritatem, uitæque integritatem attendunt euangelici, clericos constituentes. Neque *digamos* reiiciunt, neque in aliis imitantur pontificios.

TIT. XXIV.

DE

ELECTIONE.

§. CCXLVI.

ELECTIO *, cui locus datur ubi sedes uacat **, non autem ubi uacare præsumitur, est *libera futuri prælati secundum canones facta designatio.*

* Ius eligendi episcopos, quod ab initio toti ecclesiæ christianæ competiit, artibus cleri ad optimates, dein ad reges uenit. Quod ius quum regibus inuiderent pontifices, & pontificibus reges; factum est, ut in Germania ius eligendi uel postulandi capitulis & conuentibus, in Hispaniæ, Galliæ, Poloniæ, Lusitanæ & Siciliæ regnis uero ius prælatos nominandi, regibus cederet, iure confirmandi, admittendi, consecrandi pontifici reseruato. WIESTNER *Inst. Can.* I, 6, 14, seq.

** Prius quam prælatus terræ demandatus est, nouus nequit eligi c. 7. D. 79. c. 36. X. h. GONZALEZ TELLEZ To. I. p. 333. n. 4. PIRHING c. l. I, 6, sect. 3. §. 1.

§. CCXLVII.

Unde hæc deriuo axiomata:

- I. Senatus uacantis ecclesiæ sibi prælatum eligit.
- II. Senatorum uota debent esse libera.
- III. Qualificatus eligendus est.

§. CCXLVIII.

a senatu

Ad primum (§. pr.) notes uelim: (1) eos, qui adhuc petunt in *senatum* recipi y), itidem (2) senatoriorum iurium usum priuatos, utpote suspensos z), interdictos, excommunicatione maiori ligatos a), hæreticos &c. iuris prælatum eligendi uix esse participes (§. CCXVI.); (3) laicum admitti non debere, nisi probare uelit, ius una cum senatoribus prælatum eligendi sibi competere b); (4) electionem peragendam esse in isto *uacantis ecclesie* c) loco, quo capitulum haberi solet d).

§. CCXLIX.

solemniter
&

Ante uero, quam actus electionis suscipitur, (1) intra tempus lege uel consuetudine statutum *dies*, quo omnes, quibus ius eli-

y) LEVRENIUS *for. benef.* To. II. q. 260.

z) GONZALEZ TELLEZ To. I. p. 281.

n. 16. PIRHING c. l. I, 6. sect. 1. §. 5.

a) c. 16. X. h. WIESTNER c. l. n. 24. sq. 37. sq.

b) PIRHING c. l.

§. 3. q. 1. WIESTNER

c. l. n. 41. seq.

c) c. 28. X. h.

d) c. 14. 28. h. c. 25.

X. *de appell.* FABER *Sr.*

C. To. XIV. p. 523.

eligendi competit, compareant in capitulo (§. pr. 4.) pralatum electuri, dicitur, & absentibus significatur * e). Dicto die (2) post *missam de Spiritu S. f)* (3) presentes *eucharistiam* sumunt, & de electione secundum canones peragenda *iurant* g), (4) absentes ** uero iterum *citantur*, & denique (5) unus ex senatoribus petit collegii nomine, ut ne admitterentur inhabiles b).

* WIESTNER c. l. n. 76. seq. qua tamen citatione non est opus, (1) ubi dies electionis uel iure uel consuetudine determinatus, & sic absenti cognitus est. LEVRENIUS *for. benef.* To. II. q. 313. (2) ubi absens eligere prohibetur. BARBOSA *collect. in ius pontif.* To. I. p. 122. n. 10. aut (3) tempore, quo ecclesie interest, quamprimum pralatum eligi, tam longe abest, ut commode citari nequeat. c. 18. X. h. LEVRENIUS c. l. q. 261. GONZALEZ TELLEZ To. I. p. 288. n. 8. 10.

** Procurator, qui tamen non ubique admittitur, LARROQUANVS *aduers. sacr.* II, 9. LEVRENIUS c. l. q. 264. seq. debet in senatoribus esse, c. 46. h. in 6to. BARBOSA *I. Eccl.* I, 19. 104. & causam, cur principalis absit, laudare, immo quandoque laudate ueritatem iureiurando confirmare c. 42. X. h. Si plures constituti, quis alteri preferri debeat? disquirunt

L 5

BAR-

e) LEVRENIUS c. l. seq. p. 249. GONZALEZ TELLEZ To. I. q. 300. seq. 314. seq. KOENIG *princ. I. Can.* p. 62. p. 173. n. 9.

f) c. 14. X. h. BARBOSA *I. Eccl.* I, 19. n. 180.

g) c. 3. h. in VI.

h) KOENIG c. l. p. 62.

BARBOSA c. l. n. 102. seq. FIRHING c. l. 1. 6.
sect. 3. §. 4. WIESTNER c. l. n. 99. seq.

§. CCL.

libere

Quia senatorum uota debent esse libera (§. CCXLVII, 2.): sequitur (1) ut electio *ui i*), *dolo*, *metu k*) aut *per abusum secularis potestatis l*) extorta, itidem (2) *turbulenta m*), & (3) *ad clamores facta n*) non ualeat. Liberum tamen eligendi arbitrium *ad certas personas**, *certumue modum* pacto restringi potest o).

* Non tamen in *unicam*, quum hoc tam naturæ electionis, quam c. 14. X. h. repugnet.

§. CCLI.

facta per

Tres electionis formulæ, *scrutinium* nempe, *inspiratio* & *compromissum* probantur, *sors* uero p), *alea* & c. reiiciuntur, a canonibus.

§. CCLII.

inspiratio-
nem

Candidatus, in quem ad unum omnes electores confestim & citra omnem spem consentiunt, per *inspirationem* electus dicitur. Hanc uero cessare toties, quoties coniuratio, conspiratio, ambitus aut fimo-

i) c. 43. X. h.

k) c. 3. h. in 6to.

l) BARBOSA I. Eccl.

I, 19, 80. p. 239. FIGNA-

TELLI To. VI. consult. I.

n. 2. 3.

m) c. 9. D. 97. c. 6. D. 63.

n) c. 2. X. h. GONZA-

LEZ TELLEZ T. I. p.

226. n. 6.

o) PASSERINVS de

elect. can. c. 2. q. 3. n. 45. sq.

p) c. 3. X. de fortilig.

simonia consensui subest, res ipsa loquitur q).

§. CCLIII.

Per scrutinium electuri tres scrutatores ^{scrutinium} de senatu eligunt r). Hi omnium & singulorum electorum suffragia, quæ certa debent esse s), secrete colligunt, atque illum, in quem maior* pars electorum t) consensit, prælatum renuntiant.

- * *Questionem: Num pars sanior maiori præferenda?*
decidit PIGNATELLI To. V. *consult.* 16.
n. 1. sq.

§. CCLIV.

Per compromissum electus dicitur, quem compromissum. nominarunt ii, in quos compromiserunt electores ad unum omnes. Illud tamen requiritur, ut compromissi nondum reuocati u) formula exacte seruata sit x).

§. CCLV.

Neophyti (2) *ambitiosi*, (3) *simoniaci* y), digno, (4) *irregulares*, (5) *suspensi*, (6) *interdicti*, (7) *excommunicatione* maiore ligati z), (8) *criminosi* a) &c. eligi nequeunt* (§. CCXLVII, 3.).

* Olim

- | | |
|-------------------------------------|------------------------------------|
| q) Bulla Gregorii XV. | u) c. 30. X. h. |
| r) BARBOSA c. l. n. 184. | x) c. 32. X. eod. WIEST- |
| sq. p. 250. FIRHING c. l. | NER c. l. n. 197. seq. |
| sect. 4. §. I. | y) KOENIG c. l. p. 58. |
| s) c. 2. h. in 6to. | seq. |
| z) <i>Concil. Trident. sess.</i> | z) BARBOSA c. l. |
| XXV. <i>de regular.</i> c. 6. LEV- | n. 118. sq. & III, 15, 31. p. 268. |
| RENIVS <i>uicar. episc.</i> q. 551. | a) c. f. D. 25. WIEST- |
| WIESTNER c. l. n. 166. sq. | NER c. l. n. 58. seq. |

* Olim prælati de gremio eligendus erat c. 12. D. 31. c. 34. D. 63. LARROQUANVS *advers. sacr.* II, 9. nisi in hoc qualificatus deficeret c. 21. X. h.

§. CCLVI.

ius tribuit.

Statim atque de inspiratione, sententia compromissariorum aut scrutinio rite peracto, constat publice *b*), ius ad prælaturam, nulla uariatione auferendum *c*), ille consequitur, quem maior pars omnium electorum, compromissarii *d*), aut Sp. S. denominarunt.

§. CCLVII.

Quanam electio nulla?

Contra electio nulla est, nec quid iuris tribuit denominato, ubi electores (1) *formam* a canonibus præscriptam (§. CCXLIX. sq.) neglexerunt, aut (2) *maiori excommunicatione* obstrictum ad suffragium ferendum admiserunt *e*). Quodsi uero (3) aliquem collegarum suorum *contemserint* *f*), ad huius demum preces irritatur.

§. CCLVIII.

Electio pontificis,

Decedio a morte pontificis elapso *g*),
(2) *con-*

b) LEVRENIVS *for. benef.* To. II. q. 376. seq. BIRCKNER *de decreto, quod de electionibus episcoporum fit.*
c) c. 58. X. h. WIESTNER *Instit. canon.* I, 6, 5. 179. seq.
d) GONZALEZ TEL-
LEZ To. I. p. 258. n. 4.
e) IDEM c. I. p. 336. n. 5.
f) BARBOSA c. I. p. 667. n. 15. & in collect. To. I. p. 117. PIGNATELLI To. I. consult. I. n. 14. 25. & consult. 23. n. 5.
g) c. 3. §. 1. h. in VIto.

(2) *conclauē b*) intrant *i*) cardinales*. Ibi (3) post solemnem missam (§. CCXLIX, 2.) actum electionis inchoant, (4) absentes neque citaturi (§. eod.* n. 1.) *k*) neque expectaturi. (5) Conclauē introire non prohibentur excommunicati, suspensi, interdicti *l*), attamen (6) sacris ordinibus destituti (§. XCVII. CCX.), nisi, per singulare quoddam breue, hoc a pontifice speciatim *m*) consecuti fuerint. Pontifex, sit electus per *adorationem n*) an alio modo *o*), (8) ubi in electionem consensit, (9) ornatur *uestibus* papalibus, (10) *adoratur*; & (11) *nomen* ut mutet suum *p*), rogatur. Facta nominis mutatione (12) quis pontifex electus, & quo nomine is in posterum uocandus sit, significatur populo.

* Imp., cuius olim erat, Pont. Ro. constituere, hodie gaudet tantum iure a corona papali excludendi eum, cuius mores & uitam tolerare nequit. b. KEMMERICHII pr. de iure Imp. circa constitutionem Pontif. Ro.

§. CCLIX.

b) LOTTINI d. de sacris cardinalium comitiis seu conclauē.

i) LEVRENIUS c. l. q. 321.

k) BARBOSA collect. To. I p. 13. n. 62. 64.

l) IDEM c. l. p. 15. n. 71. LEVRENIUS c. l. q. 272.

ALTESERRA in Cle-

ment. p. 8.

m) BARBOSA I. Eccl. I, 1, 73.

n) Tableau de la Cour de Rome p. l. c. 3.

o) GONZALEZ T. I. p. 345. n. 11.

p) KREBS de nominum mutaz.

§. CCLIX.

episcopo-
rum

Episcopum sibi eligunt capitulares (§. CCXLVIII. CCXVI seq.)*, ubi intra 3. uel 6. menses, prout prælatus mediatum aut immediatum est, statim die (§. CCLIX, 1.) comparuerunt in capitulo (§. CCXLVIII, 4.). Eligere autem debent (1) eum, qui omnibus *qualitatibus*, ad sacerdotium altius necessariis, instructus est, neutiquam uero (2) iuribus ciuitatis ecclesiasticæ priuatum, (3) schismaticum, (4) coniugatum, (5) a laico antea se eligi passum &c.

* Vix admittuntur *canonici in herbis, capellani, portuarii, patroni* &c. (§. CCXVI) nisi probare uelint, sibi uel consuetudinis aut pacti cuiusdam ius una cum capitularibus prælatum eligendi competere (§. CCXLVIII, 3.).

§. CCLX.

episc. titul. *Episcopi in partibus infidelium* non eliguntur a capitulo, quod deest, sed a pontifice constituuntur.

§. CCLXI.

abbatum,
&

Abbatem, eligunt conuentuales (§. CCXLVII, 1. CCXVII.)*, quos intra 3. menses ad capitulum uocare solet prior uel præpositus. Eum, qui eiusdem ordinis & monasterii professus est (1), eligere debent, &

q) c. 8. X. de consuet. I. h. WIESTNER c. 1.
r) c. 27. 49. X. h. Clem. n. 73. seq.

& quidem tam secrete, ut uia compromissi aut inspirationis uti nequeant s).

* Non quidem opus est, ut sacris ordinibus sint decorati, LEVRENIUS *for. benef.* To. II. q. 257. attamen ut in eodem monasterio sint ad chorum professi. Fratres laici conuersi & nouitii non admittuntur (§. CXII.), nisi consuetudo, priuilegium statutumue ius abbatem eligendi cum illis communicauerit (§. CCXLVIII, 3.) PIRHING c. l. I, 6. sect. 8. §. I. WIESTNER c. l. n. 34. seq.

§. CCLXII.

Eadem de electione *abbatissæ* dicenda abbatissarum. Hæc sit (a) uirgo (b) iustæ ætatis (c) legitimæque natiuitatis, (d) in monasterio, quod abbatissa indiget, ad chorum professa t).

§. CCLXIII.

Germani (1) *ius eligendi prælatum n)*, Ufus in Germania & huiusque coadiutorem, una cum (2) iure *capitulationem* *, honestam tamen, nec prælaturæ damnosam x), aut sanæ rationi, libertati ecclesiasticæ y), uel constitutionibus imperii aduersam z) *conficiendi*, uindicant capitulis **; (3) in immediatis ecclesiis, & omnibus summis, nonnisi (a) *germanos* (b) *maioribus ingenuis conspicuos* (§. CCXXXIX,

s) BARBOSA I. *Eccl.* n. 147. seq.

p. l. p. 667. n. 5. WIESTNER c. l. n. 165.

z) WIESTNER c. l. n. 231. seq.

u) *Concord. Nar. germ.*

a) WIESTNER c. l.

y) *Bulla Innocentii XII.* ap. FABRYM *Sz. C. T. II.*

p. 13. seq. & *Bullar. M.* To. VII. p. 265.

x) I. P. art. V. §. 16.

CCXXXIX, 3.) a), (c) *imperio* profuturos***, & (d) eidem *religioni* addictos, quam cuiusque ecclesie prælatus A. 1624. professus b) est (§. eod. 7.), uolunt eligi; (4) capitulares euangelicos, qui *ordines* redemerunt, ab electione non excludunt, nec (5) ut *missæ* de Sp. S. interfint, ullo modo cogunt; (6) in euangelicos non applicant, quæ de *suspensis*, *interdictis* & *excommunicatis* diximus. In reliquis sequuntur ius canonico pontificium.

- * Hac determinant iura & potestatem episcopi in secularibus pariter atque ecclesiasticis. Ex quo salus reip. & ecclesie desit, atque capitulationum libido cœpit, esse capitulationum finis: (a) *perpetuæ* in desuetudinem abierunt, & (b) *temporariæ* non sunt editæ in iudiciis, quibus de eorum tenore disceptatum est.
- ** Status prouinciales, qui olim horum iurium erant participes, iis uaria fraude sunt priuati. *Adfert. libert. Brem.* p. 216. V. Ill. BYDERVS d. *de capitul. episc. Germ.* qui simul inquit in originem, fata & causas capitulationum.
- *** Qua de re electionis actui interesse solet *legatus Cesaris*.

§. CCLXIV.

apud euangelicos. Idem faciunt euangelici, si ea, quæ principii religionis nostræ repugnant, exceperis. Habent enim (a) *coniugatos* in electoribus & eligendis; (b) non *missam* canunt, sed hymnum: Veni creator Spiritus;

a) *IBID.* §. 17.

b) *IBID.* §. 15.

tus; (c) reiiciunt *inspirationem*; (d) habent prælaturas ad certam familiam plerumque restrictas, & *capitulationibus* perpetuis instructas; (e) non requirunt *ordinem* in abbatibus; (f) *episcopis titularibus* destituti, de eorum constitutione non disputant; (g) electiones prælatorum mediatorum, sine consensu domini territorialis factas, declarant irritas.

§. CCLXV.

Electionem diffidiosam prælati euangelici, illiusque immediati, cognoscit imperator c), mediati uero dominus territorialis. Quis cognoscat electionem diffidiosam?

TIT. XXV.

DE

POSTULATIONE.

§. CCLXVI.

Prouit electione designatus gaudet omnibus qualitatibus, aut quibusdam destituitur, uel *confirmatio* petitur uel *admissio* postulatur*.

- * Postulatio non semper fuit eadem. Olim erat impetratio consensus & concomitans electionis. Plebs enim, quæ sola elegerat, a clero, cuius erat in eligendo prælato concurrere, postulabat, ut electum admitteret. Postea uero quam irregulares ceperunt eligi, electores non potuerunt non a superiore postulare gratiosam

Engau ius eccles.

M

electi

c) I. P. art. V. §. 54. p. 510. seq.

electi admissionem. Sic dicituram quasi ab electione speciem constituit, aut potius electioni nouum actum addidit postulatio. ZIEGLER de Episc. II, 6.

§. CCLXVII.

Postulatione

Est itaque *postulatio*, solemnis actus, quo electores a superiore petunt, uel electum, defectu quidem canonico, aut dispensabili, laborantem, admittere.

§. CCLXVIII.

Unde prono fuit alueo:

- I. Admissionem sola gratia superioris niti *d*).
- II. Nonnisi dispensabili defectu laborantem postulari posse.
- III. Superioris esse, decreta eligibilitatis concedere.

§. CCLXIX.

petitur gratia, qua

Ex primo (§. CCLXVIII.) consequitur, (1) ut postulatus a superiore reiici, & (2) a postulantibus, praesentatione postulati nondum facta, destitui *e*), sicque (3) nihil iuris ante admissionem exercere possit *f*).

§. CCLXX.

defectus

Defectus canonici, quibus quis laborare potest, sunt uel *dispensabiles*, utpote defectus

d) c. 3. X. h.
e) c. 4. X. h.

f) c. 5. 23. X. h.

ctus *ætatis iustæ g*), *natiuitatis legitimæ b*) (§. CCXLIV.), *sacri ordinis respectu episcopatus i*), *professionis respectu abbatiaæ uel præposituræ regularis k*), *itidem uinculum spiritualis matrimonii*, quo ecclesiæ suæ iam alligatus est episcopus *l*) &c.) uel *indispensabiles*, ueluti hæresis, homicidium, bigamia, temeraria interdicti uiolatio *m*), ex damnato coitu procreatio, furor, amentia &c. (§. CCLV. CCXLII. sq.).

§. CCLXXI.

Quia nonnisi dispensabili defectu laborans postulari potest (§. CCLXVIII.); ^{dispensabilis adimitur.} erit (1) postulantium, omnes defectus postulati enarrare, (2) superioris uero, tempus, locum & modum electionis, itidem numerum suffragiorum attendere, atque prius quam admittat postulatum in illius defectuum qualitates inquirere *n*)*.

* Postulabilis enim cum eligibili concurrens, hunc uincere nequit, nisi cum uotis duplo maioribus c. 40. X. de elect.

§. CCLXXII.

Ad tertium (§. CCLXVIII, 3.) notes, postulabilem ui *decreti eligibilitatis* haberi eligibilem *o*), & sic, ubi cum alio postulabili

M 2

g) c. 19. X. de elect.

b) c. 20. X. eod.

i) c. 4. D. 60.

k) c. 13. X. de elect.

l) c. 6. X. h.

m) c. 1. X. eod.

n) Innocent. III. lib. XI. ep. 171. c. 4. X. h.

o) FABER *Sz. C. Tq.* XI. p. 752.

labili concurrat, non nisi duplo maioribus uotis superari posse (§. pr. *).

§. CCLXXIII.

Effectus
postulatio-
nis reiectæ.

Ubi electores (1) postularunt eum, qui defectu canonico indispensabili laborat, aut (2) postulationem uitio personæ castam innouarunt *p*), aut (3) priuatam uel minorem utilitatem attenderunt, superhabita publica uel maiori *q*), aut (4) alio modo in canones directo peccarunt, pro hac uice iure eligendi & postulandi priuantur, atque superior ecclesiæ uacanti prospicit *r*).

§. CCLXXIV.

Ufus in
Germania
&

In Germania frequentatur postulatio, quæ non sola gratia, sed *iustitia* plerumque nititur. Necessario enim admitti debet is, qui defectu canonico dispensabili (§. CCLXX.) laborat, ubi concurrens cum alio postulabili, maioribus; concurrens uero cum eligibili aut postulabili, decreto eligibilitatis instructo (§. CCLXXII.), duplo maioribus uotis munitus est *s*).

§. CCLXXV.

euangeli-
corum im-
mediatis

In *immediatis* ecclesiis nomen, non autem rem, postulationis agnoscunt euangelici *t*). ignorantes defectus canonicos, nec habentes superiorem, qui postulatum ad-
mit-

p) c. 2. X. h.

q) c. 3. eod.

r) c. 40. X. *de elect.* E. P. 1, 5, 7. seq.

s) *Concord. nar. Germ.* §. 2.

t) ill. BOEHMER I.

mitteret, defectu canonico superhabito. Sic quoque causam non esse reor, cur inter electionem & postulationem discrepantiam statuere uelis uotorum intuitu.

§. CCLXXVI.

In mediatis capitulis num obtineat postulatio? forsitan quæris. Respondeo, ei que capitulis. locum esse in capitulis catholicis catholico principi subiectis, in iis uero, quæ euangelico subsunt, sint cuius uelint religionis, electio & postulatio pari fere passu ambulant, consensu principis indigentes u) (§. CCLXIV, g.)

§. CCLXXVII.

Cum postulatione, quam descripsimus, Postulatio non debet confundi postulatio, quæ minus solemnibus solemnis quæ dicitur x). Hæc plerumque parat uiam ad electionem uel postulationem, estque requisitio consensus illius, cui uotum negatiuum competit; competat hoc ui pacti, consuetudinis, aduocatiæ an potestatis in postulatum competentis, perinde est.

TIT. XXVI.

DE

CONFIRMATIONE.

§. CCLXXVIII.

Electus ubi electionem in se factam probauit, illius confirmationem ab

M 3

immedi-

u) STRYK de iure pap. princ. euang. c. 5. §. 4.

x) PASSERINVS de elect. canon. c. 24.

immediato superiore petere debet, antequam se administrationi immisceat *y*), atque homagium, tributa, aliaue subiectionis signa exigat *z*)*. Ea prius non conceditur, quam constat de electione canonice facta in eum, qui omnibus gaudet qualitatibus *a*).

* Qui secus agit, priuatur iure ex electione quaesito c. 5. *de elect.* in 6.

§. CCLXXIX.

Hic sequentes regulæ notandæ erunt :

- I. Electio nonnisi præuio examine confirmanda est.
- II. Electionem confirmat superior.
- III. Confirmatio plenum potestatis exercitium tribuit.

§. CCLXXX.

quam cognouit,

Fallor, aut regula prima (§. pr. 1.) significat, confirmaturum, (1) acta electionis inspicere, (2) competentes speciatim, reliquos uero per edictum *b*), in ecclesia, qua facta est electio *c*), adfigendum citare, & (3) nullo contradictore comparente, in uitam, mores & qualitates electi, atque in modum electionis *d*) ex officio inquirere debere, nec non (4) post ter-

y) c. 17. X. *de elect.*
z) LEVRENIUS *for. benef.* To. II. q. 426.
a) WIESTNER c. 1. I, 6, 311. seq.

b) c. f. *de elect.* in 60.
c) LANCELOT. *Inst. iur. can.* I, 9, 7.
d) c. 19. X. *de elect.*

terminum si qui compareant electioni facta contradicendi, eos præcludere posse, nisi probabilem edicti ignorantiam laudare, laudatamque iureiurando firmare uelint *e*).

§. CCLXXXI.

Ex eo, quod electionem confirmet superior (§. CCLXXIX, 2.), sequitur, (1) ut electio pontificis confirmatione non indigeat *f*); (2) ut electio abbatis localis a prouinciali, prouincialis a generali, prælati mediati ab episcopo, episcopi ab archiepiscopo *g*), archiepiscopi a patriarcha, patriarcha a summo pontifice confirmari debeat, nisi consuetudo aut priuilegium uelit aliud *h*).

§. CCLXXXII.

Illud denique quin adducam nequeo, quod (1) tres menses, intra quos electus confirmationem petere debet, sint terminus peremptorius, & (2) is, qui eum præterlabi patitur, nec legitima impedimenta laudare potest, priuetur iure sibi ex electione quaesito *i*); (3) quod confir-

M 4

man-

e) LEVRENIUS *for.*
benef. To. II. q. 488.

f) BARBOSA *collect.*
To. V. p. 80. n. II.

g) THOMASIVS ad
LANCELL. I. 9. not. 133.

h) FLORENS *Oper.*
p. I. p. 143.

i) c. 6. eod GONZALEZ
TELLEZ To. I. p. 230.

nr. 7.

mandus *fidem* profiteri *k*), & (4) *iusiurandum fidelitatis* confirmanti præstare *l*) debeat.

§. CCLXXXIII.

Ufus in
Germania
&

Episcopi Germaniæ (1) non a metropolitico, sed pontifice petunt *confirmationem*, quæ non nisi ex rationabili & euidenti causâ, ac de cardinalium consilio denegari potest *m*); (2) statim, atque secundum canones sunt electi, & capitulationem iureiurando confirmarunt; principalem potestatem, in sacris *n*) pariter atque secularibus *o*), exercere possunt, licet *electorum* tantum episcoporum *p*) nomen gerant; (3) immediati ab Imperatore, mediati a domino territoriali de bonis, quæ possident, *inuestiuntur*, nulla ratione habita religionis, quam profitentur. Approbatæ tamen religioni, & speciatim ei, cui Prælatus, qui in ea sede 1624. sedit, fuit addictus, addictos esse debere, ex superioribus constat. Immediati, qui olim per anulum & baculum inuestiebantur *q*), hodie inuestiuntur per gladium.

§. CCLXXXIV.

in terris

Episcopi reliquique prælati, euangelicæ reli-

k) BARBOSA I. *Eccl.*
p. I. p. 140. n. 9. seq.

l) MARCA de C. S. § I.
VI, 3.

m) *Concord. nat. germ.*

n) c. 44. §. 1. X. de elect.

o) III. BOEHMER
I. E. P. I, 6, 72. seq.

p) ESPEN I. *Eccl.* p. I.
tit. 14. c. 5 n. 8.

q) CONRING. de con-
fir. episc. Germ.

religioni addicți, imperioque immediate euangelico-
subiecți, nulla confirmatione indigent, ast rum,
pro inuestitura, ultra *taxæ ordinariæ* sum-
mam insuper eiusdem dimidium soluere
debent r).

TIT. XXVII.

DE

NOMINATIONE ET PRAESEN-
TATIONE CLERICORVM.

§. CCLXXXV.

Nominatio* est designatio plurium per- Nominatio
sonarum, ex quibus unam alius eli-
gere debet.

- * Nominatio quandoque ad instar præsentationis est.
LEVREN. *Vicar. Episc.* q. 526. n. 4. quan-
doque hac maior. DARTIS *de benefic. sect.*
VII. c. 4. CORVINVS *de benefic. eccles.*
VI, 6.

§. CCLXXXVI.

Hæc nullum ius nominato tribuit s), nullum ius
ideoque mutari potest t), & quidem ad tribuit,
illud usque tempus, quo nominatus præ-
sentatur superiori u).

§. CCLXXXVII.

Præsentatio est personæ, ad officium ec- Præsentatio
M 5 cle-

r) I. P. art. V. §. 21. 22. t) ALTESERRA ad
s) c. 38. X. *de elect.* Innocent. III. p. 84.
PIGNATELLI To. X. u) LEVREN. *for. be-*
consult. 127. n. 18. *nefic.* To. II. q. 145. n. 2.

clericum promovendam, episcopo legitime facta exhibitio.

§. CCLXXXVIII.

quid involuat? &

Quia præsentatio supponit certæ personæ determinationem (§. pr.), & huic locus esse nequit, nisi plures sistantur: sequitur, ut *ius nominandi & eligendi* præsentationi regulariter insit, nihil autem impediatur, quo minus iure præsentandi gaudens personam exhibendam determinet per alium.

§. CCLXXXIX.

quomodo facienda?

Præsentatio legitime facienda est (§. CCLXXXVII.). Volunt autem leges, ut a fidelibus citra conventionem priuatam fiat suo loco & tempore *, & ubi plures sunt, quibus hoc ius competit, uel fors, uel turnus, uel electio adhibeatur x).

* Quod uariat pro diuerso præsentantium statu. Ecclesiasticus enim intra 6., laicus uero intra 4. m. præsentare debet.

§. CCXC.

Collatio.

Ubi ius eligendi (§. CCXLVI.) postulandi (§. CCLXVI.) nominandi (§. CCLXXXV.) præsentandi (§. CCLXXXVII.) nemini de iure aut consuetudine competit, diocæsanus uel solus, uel cum capitulo, ecclesiæ uacanti prospicit. Et, quia dat officium cum beneficio, *conferre* dicitur. Omnis col-

x) d. nr. de iure patron. honorifico primario. §. 41. seq.

collatio debet esse libera, & quæ irregulari, excommunicato, periuro &c. obtigit, habetur irrita.

TIT. XXVIII.

DE

IVRE ELIGENDI, POSTVLANDI ETC. IN SVPERIOREM DEVOLVTO.

§. CCXCI.

Qui uel plane non uel non legitimo modo y) & tempore (§. CCLXXXIX. * uolutionis CCLIX.) prouiderunt ecclesia uacanti z); itidem, qui indignum elegerunt a), aut postulationem uitio personæ cassatam inuouarunt b): pro hac uice ius eligendi, postulandi, conferendi &c. amittunt, quod in superiorem deuoluitur. *

* III. BOEHMER I. E. P. I, 10. iuris deuolutionis initia refert ad A. 1179. quo in Conc. Later. sub Alexandro III. h. ius hoc in beneficiis collatiuis receptum & firmatum est, ut patet ex c. 1. X. de conc. preb. Ad electiua uero illud extendit Innocentius III. A. 1215. per c. 41. X. h.

§. CCXCII.

Fit autem deuolutio (1) gradatim (2) quæ sint pro hac tantum uice, ita, ut (3) salua sit notanda? lex

y) c. 42. X. de elect. T. I. p. 119. n. 5. FIRING I, 6. sect. 1. §. 7.
z) LEVREN. for. be. nefic. p. II. q. 717. 739. b) c. 1. 2. X. de postular.
a) BARBOSA. collect.

lex foundationis, natura officii, conditio-
que beneficii *c*). Cessat ea, quoties ne-
gligentia deficit & delictum. Hinc (*a*)
quem latuit sedis, officii uel beneficii uacatio,
aut (*b*) quem lis, super iure eligendi mota *d*),
aut aliud factum cuiusdam terti-
ii impediuit, quo minus iure suo intra
tempus lege definitum uteretur, hoc pro
hac uice priuandus non est.

§. CCXCIII.

Illius usus
in Germa-
nia &

Pontifex in iisdem beneficiis, in quibus
gaudet iure confirmandi electionem, & ad-
mittendi postulatam, exercet ius deuolu-
tionis, non tamen superhabere potest le-
gem foundationis aut statuta (§. pr. 3.) *e*).

§. CCXCIV.

apud euan-
gelicos.

In capitulis, officiis & beneficiis euan-
gelicorum *mediatis*, hoc ius domino ter-
ritoriali *f*); in *immediatis* uero nemini,
neque papæ, neque imperatori, compe-
tit *g*).

TIT.

c) a MVRGA *de benef.*
q. 3. §. 40. sect. 1. n. 483.

d) GVTIERREZ
quest. canon. lib. I. c. 28.
nr. 13. seq.

e) I. P. art. V. §. 26.

f) CARPZOV *Jurispr.*
Conf. lib. I. d. 15.

g) b. BRUNNQVELL
de diuerso patron. eccles. &
laic. iure §. 24.

TIT. XXIX.

DE

STATV ALIQUO ECCLESIASTICO
CONFERENDO IN GE-
NERE.

§. CCXCV.

Status ecclesiasticus, quisquis fit (§. IV.), Statu quo-
non nisi (1) probatis & (2) oblatis, (3) dam eccl'es.
sub ritibus & formulis lege determinatis,
(4) donatur publice. Itaque nemo sibi ipse
statum quendam ecclesiasticum conferre
potest.

§. CCXCVI.

Oblatio (1) *in ecclesia* fieri debet (2) ab præuia
iis, quos *lex aut offerendi uoluntas* status oblacione
fufcipiendi intuitu uel inspectores, uel
confiliarios constituit.

§. CCXCVII.

Status conferendi qualitatem & iura lo solemniter
quantur ritus formulæque, quibus colla donatus
tor uti solet ac debet (§. CCXCV, 3.). (2)
His imprimi dicitur *character*, (3) qui *rei-*
terationem respuit. Interim tamen, si quid
rituum aut ceremoniarum *pretermissum*
fuerit, illud suppleri, & omnis ritus, si
dubium, an unquam peractus, sub condi-
tione peragi potest.

§. CCXCVIII.

Ab illo tempore, quo quis statu quo- que facere
dam ecclesiastico donatus, (1) sicut nouo debeat?

nomine, uel proprio, uel dignitatis, utitur, & (2) singularibus *iuribus*, in ecclesia peragendis, fruitur; (3) ita *uitam* nouo statu dignam uiuere tenetur. (4) Ex statu, quem quis publice consecutus est, priuata auctoritate dimoueri uel exire nequit.

TIT. XXX.

DE

BAPTISMO.

§. CCXCIX.

Status christianorum *baptismo*, clericorum minorum *tonsura*, maiorum *manuum impositione*, sacerdotum *consecratione*, archiepiscoporum & episcoporum *exentorum pallio &c.* donatur. De quibus nunc iuuat agere.

§. CCC.

Baptismus

*Baptismus** est actus, quo quis mediante aqua & adhibitis uerbis: *ego te baptizo in nomine P. & F. & Spir. S. b)*, in ecclesiam christianam recipitur.

* Baptismus initiationis Iudæorum, a quo christianum deriuat DANZ *de baptismo proselytarum iudaico*, & antiquitate initiationis uindicata, negotium plane ciuile fuit. Ioannes cepit iudæis ad pœnitentiam, sicque extra ordinem, baptismum conferre, quem sanctiorem reddidit Christus.

§. CCCI.

b) c. 13. 32. 43. seq. 82. D. 4. *de consecr.* c. 8. X. h.

§. CCCI.

Baptismus in ecclesia (§. CCXCVI.) *i)* in ecclesia i. e. cœtu fidelium, uel saltem in ecclesiasterio administrari debet. Hinc infantes domi christianismo initiari nequeunt, nisi in casu necessitatis aut dispensatione præuia.

§. CCCII.

Qui baptizandum, a quo ipso, aut a iis, quos patris, cuius parentibus ad id sunt inuitati (§. CCXCVI, 2.), offerunt, dicuntur patrini*, ^{trini obtulerunt,} patres cognatique spirituales **. In his esse nequeunt, (1) quos uel ætas, uel religio *parentum* naturalium numero in perpetuum eximit *k)*; (2) qui *communione ecclesiastica* nunquam gauisi, aut iterum priuati sunt *l)*; (3) qui sine *iniuria tertio cuidam inferenda* baptizandum offerre nequeunt *m)*.

* *Patrinorum originem* alii ex baptismo infantum, alii ab apostolica traditione, alii a temporibus Hygini repetunt, ut ex MASTRICHT *de susceptoribus* p. 16. seq. IOS. VICE-COMITIS *tr. de antiq. baptis. rit.* I, 30. WILLENBERG *d. de patrinorum erga susceptos munere*, aliisque cognoscere potes.

** *Patrinorum numerus* pro diuersitate temporis uarius fuit. Unicus & quidem eiusdem cum baptizando sexus adsumebatur tempore, quo nudi

i) c. 45. D. 4. *de consecr.*

k) c. 103. seq. ead. D.

l) c. 102. ead. D.

m) c. 3. ead. D.

nudi baptizabantur c. 101. D. 4. de consecr. v. 1. CE-COMES c. l. I, 32. Post duo patrini diversi sexus sunt adhibiti, ut baptismus imitaretur naturalem generationem, c. 5. f. de cognat. spir. in 6to.

§. CCCIII.

solemniter
collatus

Parochus ad baptizandum oblatum * (1) insignit *nomine* (§. CCXCVIII, 1.) perpetuo, a patrinis suppeditato, & (2) post recitatam *exorcismi n*) formulam (3) *cruce* signat in fronte pariter ac pectore o). Postea (4) eum, qui uel ipse, uel per patrinos p) declarauit, (a) se diabolo, huiusque operibus & pompis q) nuntium mittere, (b) in S. S. Trinitatem credere, & (c) baptismi desiderio teneri, (6) *agua* naturali, benedicta tamen r), (7) in *baptisterio* ** (8) *ter* adspersit***, (9) his utens uerbis: *ego te baptizo in N. P. & F. & Sp S.* Quo facto patrini (10) *uestem* baptizati *albam* s), aut uelamen illius capiti impositum, tangunt, sicque *cognationem spiritualement* contrahunt t). His solemnitatibus non absoluitur baptismalis actus, sed etiam (11) bapti-

n) c. 61. sq. D. 4. de consecr. 119. ecclesie ritibus lib. I. part. I. p. 125.
o) c. 63. ead.
p) c. 74. 75. 77. ead.
q) c. 95. ead. BINGHAM Orig. Eccl. XI, 7.
r) c. f. de cognat. spir. rit in 6to. Conc. Trid. sess. §. 19. seq.
s) c. f. de cognat. spir. rit in 6to. Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 2.
t) c. f. de cognat. spir. rit in 6to. Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 2.

baptizati nares & aures *saliua* tinguntur *u*),
(12) illius ori *sal benedictum* immittitur *x*),
& (13) uariæ *precum formule* recitantur.

- Adulti antea conuersione & instructione sedula sunt preparandi c. 96. D. 4. de consecr. Olim, dum instruebantur, audiebant *catechumeni*, in *audientes* & *competentes* distincti. Illustr. BOEHMER I. E. P. III, 42, 12. sq. PFANNER de *catechum.* LARROQVAN. *aduers. sacr.* III, 1. BINGHAM. *Orig. Eccl.* X, 1. seq.
- ** Olim in flumine nudi baptizabantur, post in baptisteriis WEDDERKAMP. de *baptist. uester.* quæ hodie in qualibet ecclesia parochiali deprehenduntur.
- *** Olim usitata erat *immersio*, quæ adhuc hodie uenit usi in Orientali ecclesia. Trina antiquissima est. TERTULLIANVS de *corona* c. 3. ZELTNERI d. de *larga profusione in baptismo* adhibenda.

§. CCCIV.

Baptismum administrat *presbyter*, isque a *presbytero*, *parochus*, non *diaconus*, *laicus*, aut *secularis*.

§. CCCV.

Quia baptismus est actus, quo quis in nouum *statum* ecclesiam christianam recipitur (§. CCCI.): tum tribuitur, sequitur, (1) ut nemo se ipse *baptizare* queat (§. CCXCV.) *y*); (2) ut *fidem*, quam quis semel professus est, custodire *debet*.

Engau ius eccl'es.

N

debe-

u) c. 64. 68. 69. D. 4.

y) c. 4. X. h. BARBOSA collect. in *ius pont.* To. II.

x) c. 64. seq. ead.

p. 420. n. 1. 2.

debeat, & (3) ritus iudaicos, ad quos rediit, relinquere cogatur (§. CCXCVIII, 4.) z); (4) ut baptismus *characterem* imprimat, & *reiterationem* respuat a). Illud tamen simul scias uelim, quod ritus omis- si suppleri, baptismus inualidus de nouo peragi, atque is, de quo, an baptizatus sit, iusta de causa dubitatur, sub con- ditione baptizari possit debeatque (§. CCXCVII.) b); (5) ut ad *collegia* quali- ficet, (6) a censu tolerantia, nota serui- tutis, immo quauis macula, qua premun- tur infideles, liberet. Præterea hæc no- tanda erunt: (7) quod baptismus *irregu- laritatem* adimat c); (8) ius *succedendi* suo modo tribuat, & (9) ubi bis, licet per ignorantiam, collatus a *ministerio sa- cro* arceat d). Quod ueniam det deli- ctis e), atque *diuortium*, *libertatem*, *bono- rum confiscationem*, *exemptionem a patria potestate* operetur f), non potest dici.

§.CCCVI.

z) c. 9. 4. D. 4. de con-
secr. PIGNATELLI To.
IV. conf. 19. n. I. seq.
GONZALEZ TELLEZ
To. V. p. 233. nr. 2.

a) c. 108. D. 4. de con-
secr. tit. X. de apōstatis
& reiterantibus baptisina.
ZIEGLERI d. de bap-
tismate non iterando.

b) c. 2. X. h.

c) BARBOSA c. l. To.
V. p. 127. n. 4.

d) c. 117. D. 4. de con-
secr.

e) PIGNATELLI To.
I. consult. 92. n. 2.

f) III. BOEHMER. I.
E. P. III, 42, 53. LVD-
VICI d. de effectu baptismi
iuridico.

§. CCCVI.

Et quum per baptismum quis recipiatur in ecclesiam (§. CCC.), extra quam nulla salus: constabit de causa, cur baptismus ad salutem necessarius esse, & liberi ante illum mortui periisse dicantur g). Tantum itaque abest, ut baptismus cuidam denegetur, ut potius *sine mora administretur* recenter natis * h), & iis, qui *ex parte tantum existunt*, sed cum morte luctantur i), quid? quod iis, qui iam desiderium baptismi, antea declaratum, expressis uerbis declarare nequeunt k). Sic quoque patebit, causam esse, cur canones censura notent parentes, quorum culpa factum est, ut eorum infans ante baptismum moriretur.

Illius necessitas ad sal. ætern.

- * De natalibus *pædobaptismi* uariæ sunt doctorum sententia: —Eos enim alii ex nascente ecclesia, alii ex Sec. II., alii ex tertio repetunt.

§. CCCVII.

Ubi in mora est periculum, (1) *solemnitates* imminuuntur, & (2) si ita rerum circumstantiæ uelint, baptismus *extra ecclesiam*, (3) a *laico*, immo baptizandi

N 2

g) C. 142. D. 4.

h) C. 7. 3. §. 1. 74. ead.

i) ZEIBICHI d. de pontificiorum ritu, quo infantes, antequam uere nati sunt, baptizantur.

k) BARBOSA C. I.

To. II. p. 420. nr. I. THOMASII d. de eo quod iustum est circa somnum & somnia.

di patre *l*) & obstetrice *m*), (4) etiam *interdicti* tempore *n*), (5) quolibet *liquore* *o*) potest peragi, ita tamen, ut ritus consuetos, interim omisos, postea superaddat parochus.

§. CCCVIII.

Libri
baptism.

Libri baptismales baptismum probant, & baptizati natiuitatem legitimam, non autem patrem spurii. Unde cognitu erit facile, in quantum probent *literæ natalitiæ* inde compositæ *p*).

§. CCCIX.

Pecunia lu-
strica.

Liberis nulla hypotheca in bonis pater-
nis competit *pecuniæ lustricæ* intuitu *q*).

§. CCCX.

Ufus inter
euangelicos
&

Euangelici cum pontificiis statuunt, euangelicos (1) baptismum a parocho *in ecclesia* peragendum esse, & (2) peractum *iura christianorum* tribuere. Porro statuunt (3) baptismum ordinariæ non absolutæ *necessitatis* *r*) esse. Hinc (*a*) illius defectum

l) c. 17. C. 30. q. 1.
m) c. 21. 36. D. 4. de
consecr.

n) c. 43. X. de sent. ex-
commun. BARBOSA c.
l. p. 474. nr. 7.

o) HARDVIN de ba-
ptismo in uino. SCHMID
de baptismo per arenam.

p) LYNCKER d. de

baptismo c. 6.

q) THOMASII d. de
hypotheca tacita propter pe-
cuniam lustricam. IOA-
CHIMI d. de donis bap-
tismalibus. KRAVS d. de
eo quod iustum est circa pe-
cuniam lustricam.

r) Aug. Conf. art. 9.

ctum condemnare, sicque (b) cur ex parte existentes, ubi cum morte luctantur, baptizentur s), aut (c) ante baptismum mortui periisse uideantur, causam adesse, negant. (4) *Patrinorum numerus* alibi arbitrarius, alibi determinatus est, & sicut determinatio non semper eadem, ita nec determinationis uiolator eadem ubique pœna adficiendus t). (5) Non nisi communione ecclesiastica priuati (§. CCCII.) arcentur a *patrini munere*, ad quod (6) alibi admittuntur u), alibi non admittuntur x), qui sacra cœna nondum usi sunt.

§. CCCXI.

Euangelici porro (7) reiiciunt benedictionem *aquæ*, usum *saliuæ*, *salisque* benedicti, & alicubi (8) *exorcismum*; (9) respuunt *cognationem spiritualement*, sicque causam deesse putant, cur pater naturalis filium suum ad baptizandum offerre nequeat; (10) baptismum, de quo collato dubitant, *pure conferunt* y); (11) in locum aquæ deficientis alium *liquorem* substitui & supponi posse negant; (12)

N 3

bis

s) COLERIA Act. Eccles. p. I. p. I. seq.

z) LYNCKER c. d. c. 7. §. 6.

u) TITII Probe des geistl. Rechts III, 2, 19.

x) Magdeb. Kirchens Ord. c. 3. §. 7. Churs. Kirchen=Agenda 1580, in Corpore I. Sax. p. II. p. 670.

y) LYNCKER d. de baptismo c. 3. §. 8.

bis per ignorantiam baptizatum non habent incapacem sacri ministerii; (13) alicubi uolunt, *iudeorum* baptismum non nisi ex decreto consistorii suscipi z), nec (14) parentes, qui Anabaptistarum sacra sequuntur, ulla pœna adfici, propterea quod liberos suos ad baptizandum non obtulerunt.

§. CCCXII.

in Germa-
nia.

In Germania (1) parentes christiani liberos suos tenentur a), & (2) si diuersæ religionis parochiam inhabitant, possunt proximo religionis suæ presbytero b), ad baptizandum offerre; (3) ubi pater & mater diuersæ sunt religionis, ad patrem respicitur c), nisi aliud uelint pacta matrimonialia; (4) nemo ad probatæ cuidam religioni addictus a patrini munere arceri potest; (5) qui spe lucri se suosue liberos, iterum baptizandos offerunt, falsi tenentur d), & arbitrarie puniuntur, nisi seditionem simul excitauerint e).

TIT.

- z) *Ord. Eccl. Magd.* c. 3. l. III, 42, 5.
§. 25. d) CARPZOV *pr. Crim.*
a) *R. I.* 1529. §. 6. q. 43. nr. 43.
b) *I. P.* art. V. §. 34. e) *R. I.* 1529. §. 6. *Elem. nr.*
c) III. BOEHMER c. *Iur. Crim.* lib. I. §. 447.

TIT. XXXI.

DE

CONFIRMATIONE.

§. CCCXIII.

Confirmatio * est actus, quo status per baptismum datus mediante inunctione ** manuumque impositione corroboratur.

* Hæc olim ad ritus baptismales pertinuit. Postea uero a baptismis paruulorum separata, & ad tempus, quo infantes esse desierunt, dilata est. c. 7. 16. de consecr. D. 5.

** Hæc fit *chrismate*, quod ex oleo & balsamo consecit episcopus. c. un. X. de sacr. unct.

§. CCCXIV.

Hanc absolutæ necessitatis habent ca- habetur ne-
nones. Unde constabit, cur (1) illius neglectus damnare f), & (2) administra- que.
tio ad nullum tempus alligata dicatur, at-
que (3) interdicti etiam tempore fieri
possit g).

§. CCCXV.

Ubi a patrinis oblati (§. CCXCVI, 2.) & solemniter
nomen mutauit (§. CCXCVIII, 1.) & fron- conferenda
tem in formam signi crucis unxit b), nec est.
non uerba: *ego te consigno signo crucis, &*

N 4

f) c. 5. D. 5. de consecr. *b*) Pontif. Ro. p. I. p. 1.
g) c. 43. X. de sentent. seq.
excommuni.

*confirmo chrismate salutis in nomine P. & F. & Sp. S. pronunciauit episcopus**, qui ieiunus *i*) & confessus *k*) esse debet, confirmatio collata, eaque (*a*) gratia dei baptisino data corroborata *l*), & (*b*) Sp. S. communicatus *m*) dicitur. Actus confirmationis sub pœna sacrilegii reiterari nequit *n*).

* Presbyteri non nisi ex speciali pontificis delegatione confirmare possunt, c. 1. §. 12. D. 21. c. 5. D. 80. Conc. Carthag. III. c. 36. ESPEN I. *Eccles.* p. II. tit. 3. c. 2. nr. 7.

§. CCCXVI.

Ufus inter
euangeli-
cos.

In quibusdam ecclesiis euangelicorum, ad sacram cœnam prima uice accessuros baptismi, & fœderis in eo initi memores esse, atque uitam christiano dignam semper uiuere *o*), iubet confessionarius.

§. CCCXVII.

Lustratio
puerpera-
rium.

Lustratio puerperarum, quæ alicubi ob-
tinet usu, neque huc pertinet, neque ad
instar legis iniuncta præsumitur *p*), quic-
quid dicat BRVNNEMANNVS *q*).

TIT.

-
- | | |
|---|--|
| <i>i</i>) c. 7. D. 5. de consecr. | <i>mar. catechum.</i> |
| <i>k</i>) c. 6. c. D. | <i>p</i>) CARPZOV <i>Iurispr.</i> |
| <i>l</i>) c. 1. 2. 5. ead. D. | <i>Consist.</i> lib. II. def. 273. |
| <i>m</i>) c. 7. ead. D. | TITII Probe des geistl. |
| <i>n</i>) c. 8. seq. ead. D. | Rechts p. 440. |
| Conc. Trident. sess. 23. de
sacr. ord. c. 4. | <i>q</i>) I. <i>Eccles.</i> III, 1.
membr. 2. §. 14. |
| <i>o</i>) PFAFF de confir- | |

TIT. XXXII.

DE

TONSURA.

§. CCCXVIII.

Tonsura est canonica quorundam cri-^{Tonsura}
nium detonsio *, qua clericatus ini-
tiatur.

- * Quæ neque a Paulo, ut uolunt orientales, THOMAS. ad LANCELL. p. 331. neque a Petro aut Anacleto, ut multi patres occidentalis ecclesie putant, repeti potest, THOMASSINVS de V. & N. E. D. p. I. lib. 2. c. 37. §. 3. seq. sed a monachis humilitatem trinitiamque perpetuam simulantibus. Patres Conc. Carthag. IV. dabant clericis consilium, patres u. Conc. Agath. præceptum, de capillis tondendis. Modus autem, quo illi detonderi debent, statutus est Conc. Tolet. IV. c. 4. Londin. A. III. h. c. 12. 23. & de A. 1268. c. 5. V. ZIEGLER de tonsura cleric. HOSPINIANSVS de monachis lib. III. c. 10.

§. CCCXIX.

Peragitur his seruatis solemnitatibus r): ^{solemniter}
Ubi (1) episcopus una cum adstantibus ^{data}
famulum obtulit christo, (2) petit a deo,
ut ei det Spiritum Sanctum, cordis ro-
bur, lumen æternæ gloriæ. Post (3) ubi
populus cantare cœpit Pf. XV. (4) ep.
nonnihil capillorum nouacula (5) in mo-
dum sphaeræ & patentibus auribus s) (6)

N 5

absin-

r) Pontif. Rom. h. t. c. 5. E. III, 18, 43.

s) CORVINVS de P.

abscindit his uerbis: *Dominus pars hereditatis meae*, (7) oratque deum, uelit candidatum suum in charitate seruare immaculatum. Denique (8) dum Psal. XXIII, cantatur, (9) lintea ueste detonsum induit, (10) actumque claudit, (a) precans deum, uelit eum a seruitute & ignominia habitus clericalis liberare, (b) admonens detonsum, ut ne sua culpa perdat, quæ accepit.

§. CCCXX.

clericatum
tribuit.

Tonsura clericatum tribuit (§. CCCXVIII.) t). Unde sequitur, (1) ut iure dicatur *ianua* ad quoscunque ordines u), & (2) ut clericatum professus eam recipere teneatur x); (3) ut detonsus uxorem ducere nequeat y). Sit in ordine nec ne? disputant Dd. z).

§. CCCXXI.

Sic quoque tonsura (4) nota clericatus, & (5) indicium regie dignitatis, ad quam tonsurati destinantur a), dicitur esse; (6) detonsum iurisdictioni episcopali * subiicit b).

*Hinc

z) c. 11. de stat. qualit. & ord. præfic

u) C. Trid. sess. 23. de reform. c. 6.

x) CIRONIVS paratist. tit. de apost.

y) IDEM opusc. p. 131.

z) WIESTNER *Inst. Canon.* I, 11, 3.

a) c. 7. C. 12. q. 1.

b) c. f. de tempor. ordin. in 6to. V. m. C. Trid. sess. 23. de reform. c. 6.

* Hinc olim multi prima tonsura contenti contemserunt ordines. Quod quidem C. Trid. sess. XXIII. c. 4. de reform. ualde improbauit, ast illius dispositio nec hodie ubique attenditur.

§. CCCXXII.

Tondet episcopus aut abbas infulatus (§. CXIX.) *c*) eos, qui (1) confirmati *d*), sicque (2) septennio maiores *e*) sunt, atque (3) scribere & legere didicerunt *f*).

Quis tondet & tondetur?

§. CCCXXIII.

Primam tonsuram, tanquam ritum superstitiosum, negligunt euangelici, una cum statu ecclesiastico munus aliquod conferentes.

Ufus in terris euang.

TIT. XXXIII.

DE

ORDINATIONE.

§. CCCXXIV.

In hunc uel illum clericorum ordinem qui petunt recipi, ubi satis qualificati (§. CCXXXIII. CCXLII. seq.) & ad titulum legitime uocati (Tit. XXIV. seq.) depre-

Ordinatio, qua

c) c. I. D. 69.

d) C. Trid. c. I. c. 24.

BARBOSA I. Eccles. p. I. p. 372. nr. 36.

e) c. f. de temp. ord. in

610. BARBOSA collect.

To. I. p. 89 n. 3.

f) FLEVRY Instit. I.

4, 6. BARBOSA, c. I. n. 9.

deprehenduntur, ordinantur. Est autem *ordinatio* actus sollemnis, quo episcopus alicui tribuit potestatem munus aliquod sacrum in ecclesia cum effectu subeundi.

§. CCCXXV.

Unde hæc deriuo axiomata:

- I. Ordinatur episcopus *g*), isque competens.
- II. Non nisi uocatus &
- III. probatus debet ordinari.
- IV. Ordinatio solemniter & secundum canones peragenda est.
- V. Ordinatio tribuit statum clericalem, una cum potestate munus aliquod sacrum subeundi *h*).

§. CCCXXVI.

episcopus Ex primo axioma (§. pr.) intelligo (1) ius ordinandi non competere *presbyteris*, reliquisque clericis, multo minus laicis. Possunt tamen (2) *abbates infula* decorati suis monachis (§. CXIX.), & *presbyteri* ex delegatione pontificis aliis *i*), minores ordines conferre.

§. CCCXXVII.

competens Nec minus inde inferas, memor restrictæ

g) c. 24. D. 93. PETA-
VIVS de potest. consecr.
sacerdot. a Deo concess.

h) c. 9. C. I. q. I. Conc.

Trid. sess. 23. c. 4.

i) GONZALEZ TEL-
LEZ To. I. p. 424, n. 6.

ctā potestatis episcopalis (§. XLII.), (3) episcopos *extraneos, depositos, quique loco resignarunt k*), sine ordinarii consensu* ualide quidem, illicitè tamen, ordinare. Illud simul notes uelim, quod *competentia* uel ex ordinandi persona uel ex ecclesiæ uacantis situ æffimetur *l*), prout scilicet ad titulum aut sine eo faciendā est ordinatio.

- * Huius consensus plerumque patet ex *litteris dimissoriis*, quæ in *generales & speciales* diuiduntur. Harum quælibet causam continere debet, ex qua dimittens ordinare nolit uel nequeat. c. 1. *de temp. ordin.* in 6. *Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 3.*

§. CCCXXVIII.

Quia non nisi uocatus ordinari debet non nisi uocatus & (§. CCCXXV, 2.), olim ordinatio *sine titulo* facta nulla erat & irrita *m*). Succedente uero tempore ordinatio ad titulum *patrimonii n*), *paupertatis, beneficii, itidem pensionis* facta, cœpit esse *o*), & adhuc hodie est, ualida.

§. CCCXXIX.

Ad tertium (§. CCCXXV, 3.) notes, probatos episcopi esse, prius quam ordinat, (1) inquirere in candidati *qualitates* (tit. XXII. XXIII.)

k) c. 1. X. *de ordin. ab episc.* ibique ENGEL.

l) c. 3. *de tempor. ordin.* in 6to.

m) c. 1. 2. D. 70.

n) c. 23. X. *de prob.*

o) c. 5. X. *de tempor. ordin.* *Conc. Trident. sess.*

21. c. 2.

XXIII.), & (2) num ille ad ordines adspicere uelit *per saltum p)*, aut neglectis *interstitiis q)*, aut alio modo, qui canonibus displicet; (3) candidati nomen, una cum munere quod petit, significare populo, quem actum *proclamationis r)** uocant nomine.

* Proclamatio *subdiaconi* ter ad id fieri debet, ut cui ius competit impediendi, quo minus proclamatus sacris initiatur ordinibus, comparere & impedimenta allegare queat; *diaconum* ordinaturus rogat presentes: uelint & possint ordinationi contradicere?

§. CCCXXX.

solemniter
ornat,

Ubi scrutinio peracto & proclamatione facta (§. pr.) (1) neque clerus, neque populus aliquod ordinationis impedimentum laudauit, (2) candidatum suo *tempore** (3) in ecclesia *cathedrali s)* (4) coram altari obtulit archidiaconus *t)*, (5) oblatuque *fidem professus* est, & (6) ea omnia, quæ canones a clerico istius ordinis, quem petit, iubent obseruari, obseruare promissit: (7) eum, dum humi prostratus iacet, ordinat episcopus, (8) *manuum impositionem*** & (9) *symbola*, quæ ordinem iam conferendum luculenter denotant***, adhi-

p) c. i. sq. D. 3. c. iiii. X.
de cler. per salt. promot.

q) c. 13. 15. X. *de temp. ord.*

r) ALTESERRA ad
INNOCENT. III. p. 131.

s) Conc. Trident. sess.
23. c. 8.

t) c. 9. X. *de offic. Archidiacon.* c. un. X. *de scrutin.*

hibens, (10) additis *precibus* formulariis, & (11) *solemnibus uerbis*, quibus ratio muneris ecclesiastici, a candidato in posterum subeundi, declaratur satis superque. Denique (12) tradit ei *uestes*, quibus indutus esse debet sacrorum peragendorum tempore ***.

* *Prima tonsura* quolibet die, *minores ordines* omnibus & singulis diebus dominicis, c. 3. X. de temp. ordin. *maiores* uero non nisi ieiunii tempore BARBOSA I. Eccl. I, 33. n. 172. seq. p. 350. & *inter missarum solemnia* conferri possunt, IDEM c. l. n. 193. Episcopus, qui *alio tempore*, quam uolunt canones, *ordinauit*, una cum ordinato suspenditur c. 8. X. b.

** Hanc *iuris diuini, absolutæque necessitatis esse*, & *dona Spir. S. conferre* Romanenses statuunt. Ast nullibi normam clericos constituendi præscribere uoluerunt, nec ob deficiens mandatum Christi potuerunt, apostoli. Quid? quod manuum impositio, quam defendit ius canonicopontificium, ab apostolica differt maxime. Quod deprehendit disquirens: *a quo? cui? & quem in finem manus imponantur? iudem: quid efficiant manus impositæ?*

Initiantur autem *subdiaconi* sine manus impositione, *diaconi* imposita dextra solius episcopi c. 11. D. 23. *sacerdotes* utraque manu episcopi & omnium sacerdotum presentium imposita, c. 8. ead. D. cui accedit unctio seu actus, quo palmæ tinguntur oleo. *Pontif. Ro.* p. 66. CHASSANAËVS *paratitl.* I, 15. Quod manuum impositio, neutiquam uero unctio, materiam substantialem ordinationis presbyterialis constituat, ex *Conc. Trid. sess. 14. c. 4.* MORINI *tr. de SS. Eccl. ordin.* p. III. exerc. 7, c. 2. §. 6. seq. discere potes.

*** *Sub-*

*** *Subdiacono* librum epistolarum, itidem calicem uacuum patinamque uacuum, tradit episcopus, mantile uero & urceolum archidiaconus; *diacono* traditur liber euangeliorum; *presbytero* porrigitur calix uino & aqua repletus, ac patina hostia onerata.

*** V. c. *diacono* dat orarium & albam (§. LXXXI) seu stolam & dalmaticam.

§. CCCXXXI.

statum clericalem tribuit,

Quia ordinatio tribuit statum clericalem una cum potestate munus aliquod sacrum subeundi (§. CCCXXV, 5.); constabit de causa, (1) cur ille, cui non ordinato ministerium aliquod uulgare in ecclesia demandatum est, clericus non audiat; (2) cur ordinatio dicatur imprimere *characterem indelebilem* u), proptereaue *reiterari* nequeat *; (3) cur *depositus* & *suspensus* nomen cum potestate retineat, licet huius perdidit exercitium; (4) cur tot sint ordinationes, quot ordines.

* Si quid tamen solemnitatis per incuriam prætermisissimum, illud adhuc *supplere* c. 1. 3. X. de ordin. c. un. X. de sacr. unct. (§. CCXCVIII.), atque eam ordinationem, quæ, an unquam facta sit? ignoratur, a primordiis *reperere* potest episcopus c. 16. de consecr. D. I. (§. eod.).

§. CCCXXXII.

dummodo regulariter facta.

Qui (1) *nondum baptizatus x*), aut (2) *baptizatus* quidem, ast sciens uolensque ab

u) c. 97. C. 1. q. 1. non bapt. LANCELLOTTI tit. X. de presbyt. TVS Instit. I, 24, 11.

ab heretico y), aut (3) ab orthodoxo, *nul- lam formam* seruante, uel *symbolum* negli- gente z), impetrauit ordinationem, habe- tur non ordinatus. Porro (4) qui non- dum maturæ *ætatis*, aut (5) ab *incompeten- te*, citra consensum competentis episco- pi, aut (6) *ante tonsuram & minores ordi- nes*, sacrum quendam suscepit, caractere quidem munitus, ast facultate ministeri- um exequendi destitutus dicitur. Specia- tim (7) *seruus*, qui inscio & inuito domi- no ordinatus est, huic restituitur, nisi ad presbyteratum ordinatus fuerit: quo casu manet presbyter, spirituales autem operas præstare debet domino a).

§. CCCXXXIII.

Hodie frequentes sunt promotiones (a) *Usus ho-* sine titulo, (b) per saltum, & (c) neglectis *diernus ap-* interstitiis *factæ*. Quid? quod (d) sub- *pontif. &* diaconi ad *episcopatum* electi, sæpe per totum uitæ tempus non petunt presbyte- ratus ordinem, multo minus consecratio- nem.

§. CCCXXXIV.

Ordinationem iuris diuini esse, & ab epi- *euangel. qui* scopis fieri debere b), factamque candida- tum donis Spir. S. instruere, negant euan- gelici, statuentes, (1) eam *ritum* esse ab *Engau ius eccles.* O *eccle-*

y) c. 4. C. I. q. 7.

b) III. BOEHMER

z) CORVINVS de I. E. P. I, II, 10. seq. & I. P. E. II, 1. 9.

13. 3. seq.

a) c. 9. 10. D. 54.

ecclesia receptum, quo munus docendi & sacramenta administrandi alicui collatum significetur *c*). Hinc non esse puto, (*a*) cur his uel illis qualitatibus instructum ordinatorem requirere, & (*b*) omnes clericos, immo (*c*) superintendentes nondum ordinatos ordinationis peragendæ incapaces habere uelis, quum tamen sit penes principem, aut alium, cui ius in sacra competit, potestatem ordinandi dare cui uelit *d*); (*d*) cur ubique ordinationis solemnium identitas seruari, & (*e*) minister ecclesiæ de loco in locum transferendus iterum ordinari debeat.

§. CCCXXXV.

nonnisi uocatum & Porro euangelici (2) nonnisi *uocatum* & certo officio ecclesiastico præficiendum ordinant. Hinc (*a*) nullam *competentiam* ordinandi, sed ecclesiæ *, cui ordinandus in futurum præerit, intuitu requirunt; (*b*) *dimissorias literas* nesciunt.

* Sunt tamen aliqui, quibus absoluta & sine titulo facta ordinatione arridet, immo ecclesiæ utilitatem ferre uidetur. V. LOESCHER d. de *ordinatione sine titulo*.

§. CCCXXXVI.

probatum Dein (3) prius quam ordinant, explorant

c) DEDEKENS *conf.* *den.* To. IV. c. 7. art. 4. Vol. I. p. 747. a. u. *Das* sect. 25. *die Ordination ein öffent-*
lich Zeugnis zc. S P E *d*) RIPERI *Moses deus*
N E R *Aaronis c. VIII. §. 12.*
theolog. *Bedens*

rant candidati *doctrinam*, *moresque* (§. CCXLV.) *e*), dum eum (*a*) *testimonia* *uitæ* *anteactæ* exhibere, (*b*) ad quasdam *questiones*, de summis religionis capitibus, iisque, quæ officium pastorale & praxin theologiam respiciunt, motas, respondere *, (*c*) *libris symbolicis* subscribere, ac (*d*) *iurandum religionis* ** fidelitatisque, nisi hoc iam olim præstiterit, præstare iubent. Vix sunt solliciti de candidati *celibatu* (§. XIX, 4.), *digamia* (§. CCXLV.), aut *corporis qualitatibus*, quas in sacerdote requirunt canones. *Interstitiorum* tamen & *ætatis* aliqualem rationem habent.

* Utinam (1) scrutinium caute, sincere & prudenter semper institueretur, ac (2) non satis infructu repellerentur.

** Hoc, ubi *docenda* dirigit, iustum est; *sin credenda*, temerarium atque religionis libertati (Prol. §. III.), & iusti principis uoluntati (Prol. §. LIII, 2.) contrarium mihi uidetur esse, RIFER *Moses deus Aaronis* c. 5. III. BOEHMER *iure paroch.* sect. 3. c. 1. §. 48. seq. & d. *de contractu non prælecto* c. 2. §. 16. - 18.

§. CCCXXXVII.

Statuunt porro, (4) *quouis die* ordinationem peragi posse. Plerumque leges prouinciales certum diem hebdomadis denominant, eum scilicet, quo fideles sacrorum peragendorum causa coire solent.

O 2

Sta-

e) ARNOLD Gestalt nach dem Sinn und Bsp eines Evangel. Lehrers empfel der Alten.

Stato die (§) *superintendens* uel senior (§. LXVIII, 3.), reliquis ministris ecclesiæ, pastoribus scilicet diaconisque, cinctus, una cum his candidato manus imponit, ubi (a) *stas preces* fudit, (b) *muneris suscipiendi grauitatem* demonstrauit, & (c) alicubi *biblia* candidato tradidit.

§. CCCXXXVIII.

Quid de
charactere
indel. sta-
tuant ?

Sic *characterem indelebilem* imprimi, plerumque negant. Quandoquidem uero statuunt, (a) depositum *ministerium ecclesiæ* suo nomine adhuc & foro priuilegiato gaudere; (b) *superintendentem*, qui muneri renunciauit suo, ualide quidem, illicite tamen, ordinare; (c) sacerdotem pontificium, qui relictis sacris ad nos transit, & munus ecclesiasticum consecutus est, non ordinandum esse &c.: si non in totum, in tantum tamen, eum probare uidentur.

TIT. XXXIV.

DE

CONSECRATIONE.

§. CCCXXXIX.

Consecra-
tio, ubi

Facultatem pontificalia peragendi trinitus & manuum episcopi unctione*, mediante chrisinate solemniter facta.

* Ex quo hæc adiuuenta est, atque presbyteris alia, alia episcopis obtigit: patres probarunt (1) traditionem calicis cum uino, & patinæ cum pane, addita formula: *accipe potestatem*
offe-

offerendi sacrificium deo, (2) inflationem h. u. accipe Spir. S. peragendam. MORINVS de ordin. p. III. exerc. 6.

§. CCCXL.

De consecratione itaque hæc tenenda axiomata :

- I. Consecratio fieri debet solemniter.
- II. Nondum consecratus pontificalia peragere nequit *f*).

§. CCCXLI.

Ad primum (§. pr.) notes, debere con-solemniter
secratorem (1) consecrando superiorem ^{facta est,}
esse * ui legis, uel consuetudinis; (2) duobus adfistentibus, iisque episcopis, munitum *g*), una cum consecrando uigilias, consecrationem præcedentes, agere; (3) stato die consecrationis, qui *dominicus* esse debet *h*), hora *tertia* *i*) ecclesiam uiduatam adire, ibique (4) candidatum, a maiore adfistentium sibi oblatum, de *fide*, *moribus*, *mandato apostolico* rogare, de *munere* rite subeundo monere, & *iureiurando* obstringere *k*). Quo facto (5) durante litania candidati collum *libro euangeliorum* tegit *l*), caput & manus *chrismate* ungit,

O 3

f) c. 15. X. de electione
3^o elect. potest.

g) c. 7. D. 64. c. 2. D. 66.
PIGNATELLI Tom. I.

consult. 182.

h) c. 7. D. 75.

i) c. 1. ead.

k) Pontif. Ro. p. 79. sq.

l) c. 7. D. 23

git, atque illud *mitra*, has uero *baculo pastorali annuloque* ornat (§. CCCXXX, 9. XXXVI.).** Sic ornatum (6) in *folio* suo collocat consecrator, & per omnes *ecclesie angulos* deducunt episcopi adfistentes *m*).

* *Episcopus* a metropolitano suo, uel cui hic uices suas commisit, c. 4. D. 24. c. 5. D. 64. FLORENS To. II. Oper. p. 180. *archiepiscopus* uero ab omnibus episcopis suæ prouinciæ consecrandus est. c. 1. D. 66.

** Quod, quia characterem imprimit, reiterari nequit c. 1. D. 68. nisi iure dubitetur de consecratione collata, aut collatoris habilitate c. 2. ead.

§. CCCXLII.

tribuit potestatem pontificalia peragendi.

Fallor aut secundum (§. CCCXL, 2.) nos docet, (1) causam esse, cur ecclesia, usque ad diem consecrationis episcopi, dicatur *uidua n*), & (2) cur episcopo iniunctum, ut *suo tempore* * consecrationem petat o).

* Petere debet intra 3. menses a die confirmationis computandos, ni uelit fructus interim perceptos perdere; & intra tres adhuc alios menses, ni uelit iure ex electione aut postulatione quæsito excidere. *Conc. Trid. sess. XXIII. de reform. c. 2.* Quæ tamen pœnæ cessant, ubi

m) MARTENE de antiqu. eccles. rit. lib. I. p. II. p. 338.

n) c. 1. D. 100.
o) c. 2. D. 75.

ubi episcopus legitime impeditus consecrationem petere non potuit c. 2. D. 75. c. 1. D. 100. CORVINVS de P. E. l. 9, 3. aut prorogationem impetrauit.

§. CCCXLIII.

Archiepiscopi & episcopi Germaniæ, ^{Ufus in} (1) sæpe consecrationem differunt, & (2) ^{Germania} quam anhelant, impetrant a pontifice, & tres episcopos, aut, urgente necessitate, unum episcopum cum duobus abbatibus uel aliis in dignitate constitutis, delegante p).

§. CCCXLIV.

Episcopi euangelici, qui non ad episcopale munus, sed ad episcopatum eliguntur, nulla consecratione indigent. ^{in terris euangelicorum.} Accedit, quod hæc omni fundamento destituatur in sacris literis.

TIT. XXXV.

DE

P A L L I O.

§. CCCXLV.

Archiepiscopi & Ep. exempti, si uel maxime consecrati, tamen pontificalia peragere nequeunt, nisi ornati sint pallio. ^{Pallium, quod} Est autem hoc, ornamentum** de corpore b. Petri sumtum, plenitudinem muneris pontificalis conferens.

O 4

* Hoc

p) WIESTNER *Instit. Canon.* I, 6, 336. seq.

- Hoc, quod ab imperatoribus impetrauerat pontifex, suo quasi iure concessit metropolitanis aliisque, ut sic uiciorum, ministrorum & officialium suorum numerum augetet maxime. MARCA de C. S. § I. VI, 6. seq. ibique III. BOEHMER obf. 3.
- Est fascia, quæ cruce intexta habens, humeros ambit. Conficitur quam solemnissime. GIBELLIN. *Cæsario - pap. Ro.* p. 399. seq. MOLINEVS de monarchia temporalis Pont. Ro. p. 350. §. 14. SCHMID d. de Omophorio Episc. p. 8. Illius uariæ dantur explicationes mysticæ. RICHTER d. de pallio c. 2. §. 4. M. ANTON. de DOMINIS de rep. eccl. III, 11, 6. p. 324. DVRAND. *ration. diuinor. officior.* III, 17.

§. CCCXLVI.

Inde ergo hæc axiomata:

- I. Pallium concedit pontifex.
- II. Datur metropolitanis & exemptis episcopis intuitu ecclesiæ, cui quisque præest.
- III. Datum tribuit plenitudinem muneris pontificalis q).

§. CCCXLVII.

pontifex

Ex primo (§. pr. i.) recte colligitur, (1) penes pontificem olim fuisse, illud sub quibuscunque conditionibus concedere, & (2) concessi usum ad certos *dies actusque r)* restringere. Ex quo uero certas condiciones posuit, certos dies actus-

q) c. 3. X. de usu & auctoritate pallii. titl. c. 4. X. h. ARTNER I. Can. p. 34.

r) CIRONIVS para-

actusque determinauit, amplius pro lubitu agere nequit.

§. CCCXLVIII.

Ex secundo (§. CCCXLVI, 2.) constabit de causa (1) cur extra prouinciam suam ^{archiepiscopis confert} pallio uti nequeat metropolitanus s); (2) cur duabus ecclesiis metropolitanis prapositus, palliis duobus indigeat t); (3) cur pallium extra usum sit, quoties eo indutus Ep. mortuus u)* aut translatus est, uel sedi suæ renunciauit; (4) cur pallium episcopis simplicibus non detur, nisi ex singulari priuilegio.

* Cum mortuo illud sepelitur, IANVS A COSTA *comment. in X. p. 97. PANORMITANVS ad c. 2. h. nr. 7. nec successori potest inferuire. c. 2. X. de usu & auct. pall.*

§. CCCXLIX.

A. episcopus uel exemptus, qui intra ^{solemniter} tres menses * x) uel ipse uel per alium instanter & sapius y) pallium petiit, nec cuiusdam criminis accusatus est z), ubi post fidei professionem iurauit de obsequio, apostolicis decretis & statutis synodali-

O 5

s) c. 5. X. h.

z) c. 4. X. de postulat. pralat.

u) c. f. D. 100. c. 2. X. de usu & auct. pall.

x) c. 1. D. 100. c. 4. X. h.

y) CORVINVS de P. E. I, 10, 8. ESPEN I. *Ecel.* I, 19, 5. n. 11.

z) Extrau. *commun.* un. de auct. & usu pallii.

dalibus exhibendo *a*), illud recipit modo, quem sinit MARTENE *b*).

* Hi computantur uel a die consecrationis uel a die confirmationis, prouti ad Archiepiscopatum lectus adhuc consecrandus, aut iam consecratus est.

§. CCCL.

tribuit plenitudinem muneris pontificalis.

Ex tertio (§. CCCXLVI, 3.) facile colligere potes, (1) cur archiepiscopus archiepiscopalis, quid? quod episcopalis, *ordinis iura* sine pallio exercere nequeat *c*); (2) cur pallium *uicariatum* pontificis, & (3) illius ademptio priuationem iurium archiepiscopalis ordinis *d*) denotare solet; (4) cur pallium æstimare olim piaculum *e*).

§. CCCLI.

Usus in Germania, &

Germani, qui a Bonifacii tempore receperunt pallium *f*), saepe de illius nundinatione questi sunt *g*), ast frustraneo ausu.

§. CCCLII.

a) c. 4. X. de elect. Gratianus ad c. 3. D. 100. IANVS a COSTA c. l. p. 460.

b) *antiq. eccles.* p. II. p. 520.

c) c. 3. X. h. PHOEBVS *Instit. I. Can.* I, 6, 1. STRVV *introd. ad prax. I. Can.* p. 43.

d) DARTIS *in decre-*

rum Gratiani p. 180. e.

e) c. 3. D. 100. GONZALEZ TELLEZ To. V. p. 70. n. 2. FLORENS *Oper.* p. I. p. 237.

f) BARON. *annal.* ad A. 740. n. 4. SCHILTER *de liberz. eccles. german.* p. 164.

g) GOLDAST X. *Saaung.* f. 215.

§. CCCLII.

Euangelici desituuntur archiepiscopis, apud euan-
& si eos haberent, tamen, quia a potesta- glicos.
te papali plane liberi, a pallio redimendo
immunes essent *b*).

TIT. XXXVI.

DE

RECEPTIONE CANONICORVM,
MONACHORVM ET MO-
NIALIVM.

ITIDEM

DE BENEDICTIONE ABBATVM
ET ABBATISSARVM.

§. CCCLIII.

CANONICI recipiuntur, dum eos a Quomodo
scholastico presentatos (§. CCXCVI.) canonici
emancipat i), siue a necessitate scholas ca-
nonicas frequentandi liberat, & iureiu-
rando adstringit, capitulum.

* Emancipatione non indigent gradu quodam acade-
mico ornati, LVDWIG *reliq. MSs.* To. XI.
p. 398.

§. CCCLIV.

In numerum MONACHORVM non nisi monachi &
uolentes * *k*), quique se qualificados (§.
CCXXXVI.) exhibuerunt, recipiuntur,
statim

b) I. P. art. V. §. 19.

cles. cont. 3. p. 961.

i) LVNIG. *spicil. ec.*

k) c. 12. 15. X. de regul.

statim atque regulam sunt *professi*, seu prostrati misericordiam petierunt, formulam uoti recitarunt, & sua manu signatam tradiderunt *l*). *Professione tacitæ m*) locus est, ubi nouitius anno probatorio & ætatis XVI. finito, habitum professorum ab habitu nouitiorum distinctum sciens uolensque coram superiore induit, atque gessit in *monasterio n*). Tacita professio minus efficax habetur, quam expressa *o*).

* Ast monasterium ingredi coguntur clerici ob crimen depositi c. 6. X. *de pœnit.* & feminæ adulterii conuictæ c. 19. X. *de conu. coniug.* tamen perpetui carceris, perpetuæ penitentia, non autem professionis gratia.

§. CCCLV.

moniales
recipiuntur,
atque

Quæ sicut potest (§.CCXXXVII.), ita uult*, monialis recipi, h. m. recipitur: Episcopus, cui ea stato tempore *p*) ab archipresbytero offertur *q*), quasdam preces recitat, & uestes, anulum uelumque ** benedicit. Quo facto sibi oblatam uestibus induit, & ornat uelo *r*), anulo, coronaque nuptiali *s*).

* Si

l) MARTENE *de antiquiq. monach. rit.* V, 5. nr. 5. c. 4.

m) c. 4. 9. 13. 17. 22. X. de uoto.

n) C. *Trid.* sess. 25. de regul. c. 15. 16.

o) FLEVRY *Instir.* I,

23, 2.

p) c. 11. C. 20. q. 1. *Pontif. Ro.* p. 186.

q) MARTENE *de A. E.* R. 11, 6, 6. p. 111.

r) *Pontif. Ro.* p. 210. seq.

s) *Ibid.* p. 215.

* Si qua femina probet, quod intra quinquen-
nium a die professionis computandum facere
potest debetque, se ad ingrediendum mona-
sterium coactam esse, dimittitur, c. 8. C. 20. q. 1.
(§. IV.) &, qui coëgit eam, anathemati sub-
iicitur.

** Velum continentix & obseruantix cum uelo
consecrationis confundas nolim. *Histoire de l'
etat monast.* To. II. c. 21.

§. CCCLVI.

Abbates, intra annum a die electionis ^{abbates, &}
computandum *t*), *benedictionem* petere te-
nentur. Stato die, qui dominicus uel
alius festus esse debet, ubi (*a*) se indue-
runt amictu, alba, cingulo, stola, & (*b*)
episcopo, duobus abbatibus cincto, (*c*)
obtulerunt mandatum apostolicum (*d*)
schedulamque professionis, (*e*) post ali-
quot uersus ab episcopo dictos (*f*) acci-
piunt regulam & (*g*) anulum baculum-
que benedictum, denique (*h*) ad oscu-
lum pacis admittuntur &c. *u*). Sic data
benedictio, licet reiterari nequeat *x*), ta-
men a consecratione episcopali distat
quam maxime *y*).

§. CCCLVII.

Eadem fere seruat episcopus abbatissas ^{abbatissæ}
^{bene-} benedicantur?

1) Clem. I. de stat. mo-
nach. TAMBVRINIVS
de iure abbat. To. I. d. XI.
q. 8.

2) IDEM c. l. q. 14.

x) IDEM de iure abba-
tissarum d. XXIX. q. 5.

y) WIESTNER *Instit.*
can. 1, 6, 332. seq.

benedicturus, ut probe annotavit TAM-
BYRINIVS 2).

§. CCCLVIII.

Ufus ho-
diernus ap.
pont. &

Hodie (1) solemn*i emancipatione* non est opus, sed, exhibito triennii academici testimonio, emancipationis documentum a Decano traditur; (2) *tacita professio* fere incognita est; (3) *uelum* monialibus plerumque a presbyteris imponitur & quidem sine ulla pompa; (4) dantur abbates nulla benedictione indigentes.

§. CCCLIX.

euangeli-
cos,

Euangelici (1) ignorant non solum *professionem*, tam expressam quam tacitam, sed & (2) solemnitates, quibus *uelum* consecrandum & imponendum esset; (3) *fi*ctam uero canonicorum *emancipationem* retinuerunt, & (4) *abbates* adhuc hodie benedicunt, eo tamen modo, qui neque principiis religionis nostrae repugnat, neque superstitionis aliquid affingit abbatis muneri.

TIT. XXXVII.

DE

ORDINATORVM RECEPTORVM-
QVE LIBERALITATE.

§. CCCLX.

Receptio-
nem pecu-
nia quærere

Qui pecuniam soluit, ut eo magis sta-
tum, aut hanc illamue dignitatem in
eccle-

2) de iure abbat. To. IV. d. 29. q. 5.

ecclesia solemniter consequeretur, criminis simoniæ reus esse dicitur a).

§. CCCLXI.

A qua tamen simoniaca labe liberare dicunt (1) consuetudinem, (2) pietatem, (3) liberalemque pecuniam dantis animum. quando liceat?

§. CCCLXII.

Qua de re statuerunt, & adhuc statuant, nihil uitii residere (1) in uirgine, *dotem* monasterio adferente b), (2) in canonico, *uinum admissionis* præstante, & ea, quæ *Statuten Gelder* audiunt, solvente, (3) in clerico, *honoraria, inthronistica* aliaque *xenia* ordinatori uel consecratori offerente c), (4) in archiepiscopo uel episcopo exemto *pallium* redimente, (5) in prælato, eos, a quibus electus est, *cæna magnifica & lauta* excipiente &c.

§. CCCLXIII.

Honoraria tam ordinatoribus & receptoribus, quam horum ministris dari solita, antiquitus non debuerunt excedere unius anni reditus d).

§. CCCLXIV.

a) c. 3. 7. 8. 11. C. 1. q. 1.

c) Nou. LVI. c. 1.

b) V. C. PERTSH de

d) Nou. CXXIII. c. 3.

crim. simon. sect. 1. c. 7. §.

16. III. BOEHMER I. E.

29. sect. II. c. 3. §. 15.

P. I, II, 31. seq.

§. CCCLXIV.

Ufus inter
euangelicos

Euangelici omnium & singulorum ordinatorum receptorumque laborem eum habent, qui honorario quodam compensari possit e).

TIT. XXXVIII.

DE

MODIS, QVIBVS SEDES VACANS
AVT ECCLESIA VIDVA
REDDITVR.

SPECIATIM

DE

RENVNCIATIONE.

§. CCCLXV.

Sedes uacat

Non solum morte pralati uel rectoris, cui nullus coadiutor cum spe succedendi datus est, incipit uacare sedes uel ecclesia, sed & dum uiuus iusta de causa & superiore consentiente, *renunciat, transfertur* uel *translocatur*, aut *deponitur*.

§. CCCLXVI.

r. renun-
ciatione,
quæ

Renunciatio est spontanea muneris sacri abdicatione.

§. CCCLXVII.

Quia uero nonnisi ex iusta causa titulum deserere licet, & causæ iustitiam, non renun-

e) IDEM c. l. §. 27.

renuncians, sed huius superior, diiudicat:
hæc notanda erunt axiomata:

- I. Renunciatio non nisi sponte, &
- II. ex iusta causa fieri potest.
- III. Renunciationem firmat superioris auctoritas.
- IV. Renunciatio legitime facta renunciantem desituit titulo & munere.

§. CCCLXVIII.

Quum itaque renunciatio sponte fieri ^{sponte} debeat (§. pr. i.), consequens est (1) ut *ui dolo* uel *metu* extorta nullius sit momenti *f*), proptereaque (2) *restitui* debeat, qui (a) coactus aut (b) deceptus *g*) aut (c) citra consensum illius, sub cuius potestate fuit, renunciauit. Quodsi uero iustitia aut necessitas uel utilitas ecclesie coactionem suaserit, cessat restitutio, iustaque habetur renunciatio *b*).

§. CCCLXIX.

Nec minus inde patet (3) causam esse, cur interpretes renunciationem in *expressam* & *tacitam**, illamque (4) iterum in *absolutam* & *conditionatam* diuidant; (5) nihil impedire, quo minus *per procuratorem* speciali mandato instructum** fieri possit renunciatio *i*).

Engau ius eccles.

P

* Hæc

f) c. 5. X. h. c. 2. 4. X.
de his, quæ ui metusue
causa. WIESTNER *Inst.*
Can. h. nr. 3. seq.

g) c. pen. X. h.

b) c. 10. f. X. de excess.
pralat.

i) Clem. un. h. WIEST-
NER c. l. nr. 80. seq.

* Hæc ex eo colligitur, quod facta muneri, quod geris, aut dignitati, qua fulges, contraria sponte susceperis, sciens, ea uel ex legis dispositione uel ex pacti aut capitulationis formula non nisi sub pœna priuandi beneficii patrari posse.

** Per hunc, etiam reuocatum, reuocationis tamen ignarum, fieri potest renunciatio. *Clem. un. de renunc. CANISIUS summa I. Can. I, 15, 4.*

§. CCCLXX.

ex causa, Ex secundo axioma (§. CCCLXVII, 2.) consequitur (1) ut, qui *citra iustam causam*, multo magis (2) qui *ex illicita causa* renunciauit muneri, ad illud ut redeat, cogi possit *k*). Sunt autem causæ, ex quibus facta renunciatio debet admitti, sequentes *l*): (*a*) *debilitas corporis seniumque*, (*b*) *conscientia criminis occulti*, (*c*) *defectus scientiæ ad officium peragendum necessariæ*, (*d*) *malitia plebis*, (*e*) *scandalum graue, quod dedit populo*, (*f*) *irregularitas*. Contra iniustæ habentur (*g*) *persecutio populo imminens*, (*b*) *grauitas laboris*, (*i*) *prætectus uoluntatis diuinæ renuncianti cognitiæ m*) &c. præsertim in eo, qui necessarius est aut saltem utilis ecclesiæ *n*).

§. CCCLXXI.

k) c. 1. X. h. c. 21. X. de elect. c. 19. 23. C. 7. q. 1.

l) c. 10. X. h.

m) c. eod. §. 7. seq.

n) c. 1. X. h.

§. CCCLXXI.

Renunciatio, quippe quam firmat superioris * auctoritas (§. CCCLXVII, 3.), (1) ualet demum a die admissionis o); (2) irrita est & inualida, ubi eam clericus citra episcopi p), aut episcopus uel abbas exemtus q) ** citra pontificis, auctoritatem fecit; qua de re (3) is, qui sic renunciavit, cogi potest, ut munus suum subeat in posterum r); (4) a pontifice facta citra alterius auctoritatem ualet s).

* Non in manus patroni uel principis, c. 19. C. 7. q. 1. c. 8. X. h. sed illius, cui ius confirmandi uel instituendi competit c. f. X. h. fieri debet renunciatio.

** Alii abbates renunciant in manus istius provincialis aut generalis, cui immediate subunt. TAMBRINIUS de iure abbat. To. I. disp. 13. q. 1. nr. 3.

§. CCCLXXII.

Ut uero causas, ex quibus muneri ecclesiastico renunciare tibi sumis, cognoscere possit superior, eas omnes & singulas in scriptis recitare teneris t).

§. CCCLXXIII.

Ex quarto (§. CCCLXVII, 4.) pronouit alueo (1) renunciantem literis dimitti, titulo & munere.

P 2

- | | |
|----------------------------|------------------------|
| o) LYNCKER Resp. 34. | s) c. 1. h. in VIto. |
| p) c. 4. X. h. | ZIEGLER de episc. III, |
| q) c. f. X. h. | 13, 13. seq. |
| r) c. 19. C. 7. q. 1. EN- | t) GREGOR. lib. VII. |
| GEL Coll. I. Can. 1, 9, 4. | ep. 51. |

mitti, & (2) ad *cedendum* compelli posse u), (3) eique, qui iam cessit, ad munus renunciatum *reuertere* non licere x) sine noua electione, collatione y) &c. &, (4) hac facta, reuerso non nisi *ultimum** *locum* in collegio competere; (5) renunciationem muneris non priuare statu clericali foroque priuilegiato, licet insignibus. Hinc A. Ep., postquam renunciauit, pallio nequit uti (§.CCCXLVIII, 3.).

* Qui uero *ex capite iustitiae* restituitur, uel quod sine iure priuatus fuerit munere suo, uel quod ex temporaria tantum causa renunciauerit, locum & omnia iura pristina recuperat.

§. CCCLXXIV.

Denique uelim notes: renunciationses *spe commodi* aut *in fauorem tertii* sine fraude z) factas, in quas papa, &, ecclesiae patronatae intuitu, patronus consenserunt, ualere, & resignatario locum tribuere resignantis, si hic nullum muneris socium habeat; sin habeat, locum in collegio *ultimum*, huiusque iura; dummodo, qui canonicatui renunciauit, *ante XX. diem*, a resignationis tempore computandum, non deceffit a).

§.CCCLXXV.

- u) c. 8. C. 7. q. 1. c. 12. *quest. canon. II, 5, 32. 43.*
 X. h. 52. LEVREN. *for. benef.*
 x) c. 3. 6. X. h. p. I. q. 325.
 y) c. 2. 11. X. h. a) Reg. Cancell. de in-
 z) GVTIERREZ *firm. resign. reg. 19.*

§. CCCLXXV.

In Germania prout episcopatus *b)* aut *Ufus in*
alii clericali muneri renunciare uis, uel *Germania*
pontificis uel dicecesani consensu indiges. &

§. CCCLXXVI.

Euangelici (1) easdem renunciationis *in foris*
causas approbant, si irregularitatem exce- *euangelico-*
peris; (2) statuunt, renunciationem tam *rum.*
pure quam sub conditione immo etiam
sub pensionis reservatione posse, semper
tamen (3) eo, cui ius in sacra competit,
consentiente, debere fieri; (4) eum, qui
citra causam renunciat, honestatis qui-
dem, non tamen iustitiæ, regulas lædere
c) putant.

§. CCCLXXVII.

De *renouatione uocationis resignatæ* hæc *Renouatio*
notanda erunt: (1) quod ea sit actus, *uocationis*
quo ius renunciatione amissum conserua- *resignatæ.*
tum esse fingitur *d)*, &, (2) ubi in detri-
mentum tendit tertii, non nisi ab eo fieri
possit, cuius est leges ferre, atque da-
mnum inferre & non inferre. Qua de re
ius renouandi uocationem resignatam
cum iure uocandi semper coniunctum
est minime *e)*.

P 3

TIT.

b) LINCK *comment.*
in X. I, 9, 6.

c) THOMASII *d. de*
desert. ord. eccles. §. 26.
FLEISCHER *Einleit.*
zum G. R. I, 32, 18. *seq.*

d) v. Acta Hamburgensia.

e) Ill. BOEHMER *d.*
de renouat. uocat. resign.
FLEISCHER *c. l.* §. 28.
seq.

TIT. XXXIX.

DE

TRANSLATIONE.

§. CCCLXXVIII.

Translatio **T**ranslatio est personæ ecclesiasticæ ab una ecclesia ad aliam transpositio.

§. CCCLXXIX.

ex iusta cau-
sa &

Quia inuoluit desertionem tituli, non nisi (1) ex iusta causa & (2) superiore consentiente fieri potest. Sunt autem *causæ iustæ*: (a) euidens necessitas, uel (b) utilitas ecclesiæ f), (c) aeris temperies saluti translationem petentis admodum noxia g).

§. CCCLXXX.

superioris
consensu
facta

Fieri debet *consensu superioris* (§. pr.) i. e. papæ, ubi episcopus; dicecesani, ubi alius clericus transferendus est. Quod ad eo uerum, ut (1) consuetudo, uel cuius abbas exemptus sine permisso pontificis transire potest, corruptela audiat b), (2) isque clericorum, qui propria auctoritate dolo malo transiit, utramque perdat ecclesiam i).

§. CCCLXXXI.

quid effi-
ciat ?

Translatio (§. CCCLXXVIII.) ex iusta cau-

f) c. II. C. 7. q. I.

LEZ To. I. p. 193. n. 6. seq.

g) PIGNATELLI To.

i) c. 31. C. 7. q. I. PIR-

IV. consult. 137. n. 19.

HINGL, 7. §. 2. q. I.

b) GONZALEZ TEL.

causa (§. CCCLXXIX.) facta, a superiore, cuius consensu opus est (§. CCCLXXX.), repudiari nequit. Admissa hæc operatur: (1) ut translato dentur *literæ dimissoriae*, eique (2) nihil iuris superfit in prior ecclesia *k*), proptereaue (3) ad eam *redire* nequeat; (4) ut prior ecclesia habeatur *uidua*, statim atque translatio probata est *l*); (5) ut translatus adquirat dignitatem & insignia illius ecclesiæ, ad quam transiit, sicque (6) pallium redimere debeat, si archiepiscopalem uel exemtam consecutus sit.

§. CCCLXXXII.

Translatio *per modum permutationis* fieri nequit, nisi consentientibus iis, penes quos in una uel altera ecclesia, quarum ministri sunt permutandi, ius conferendi est uel instituendi.

Translatio
per mo-
dum per-
mutationis.

§. CCCLXXXIII

In Germania (1) episcopi non transferuntur. Si quis uero transferendus esset, tantum abest, ut imperatoris, metropolitani aut nuntii apostolici auctoritas sufficeret, ut potius ipse pontifex transferre deberet, qui quoque (2) sibi tribuit ius

Ufus in
Germania
&

P 4

pro-

k) c. 3. C. 21. q. 2.

BOSA collect. To. I. p. 133.

l) LEVREN. *for. benef.* p. III. q. 160. BAR-

n. 5. & I. *Eccl.* I, 19, 37.

providendi fedi, a qua prælatum in aliam transtulit.

§. CCCLXXXIV.

in foris
eangelico-
rum.

Euangelici (1) *translationes episcoporum* ignorant, & (2) non nisi ex iusta causa, a consistorio cognita, dant locum *translationi ministrorum ecclesiæ*. Idem (3) *uocationem diuinam* in hypothese illiquidam esse nulli negant, & (4) discussuri quæstionem: *num ab hac ecclesia ad aliam uocato, dimissio danda sit necessario?* disquirunt (a) num transferendus istius territorii, unde iam uocatur alio, cuius fuerit tempore, quo munus iam resignandum suscepit? (b) num resignatio pacto aut lege sit restricta?

§. CCCLXXXV.

De *renunciatione ordinis*, quæ in apostasiam degenerat, itidem de priuatione muneris uel ordinis in pœnam facta, scilicet de *depositione & degradatione*, infra dicendi locus erit.

TIT. XL.

DE

MAIORITATE ET OBEDIEN-
TIA.

§. CCCLXXXVI.

Quis maior fit inter prælatos, **P**ersonas ecclesiasticas cuiuscunque generis sibi inuicem subordinatas esse, ex

ex supra dictis patebit cuilibet. Scilicet prælati hoc ordine sunt positi *m*): (1) pontifex, (2) cardinales, (3) legati, (4) patriarchæ, (5) primates, (6) archiepiscopi, (7) episcopi, (8) prælati seu abbates & abbatissæ, (9) canonici cathedralium & (10) collegiatarum ecclesiarum. Ubi concurrunt duo uel tres unius eiusdemque status, ille maior habetur, qui senior; nisi consuetudo aut priuilegium illius sedi prærogatiuam dederit.

§. CCCLXXXVII.

Inter canonicos ille maior est, qui prior receptionis & apprehendendæ possessionis tempore. Qui canonicatum, cui renuntiauerat, ex gratia aut per uiam nouæ collationis recuperauit, inter canonicos istius ecclesiæ erit ultimus (§. CCCLXXXIII, 4.) *n*). Quis maior inter eos, quorum unus prouisione, alter possessione, prior est? disquirat W I E S T N E R o).

§. CCCLXXXVIII.

Inter reliquos clericos maioritas ex præstantia ordinis æstimator, & ubi concurrunt clerici unius eiusdemque ordinis, mox ætas, mox consuetudo, mox collatoris dignitas attenditur.

§. CCCLXXXIX.

m) Dd. ad. tit. X. de *stir.* Canon. I, 33, 12. seq. maior. & obed. o) c. l. n. 8.

n) W I E S N E R In-

§. CCCLXXXIX.

religiosos?

De religiosis hæc notanda erunt: (1) quod canonici regulares maiores monachis, & (2) inter hos minores sint mendicantes; (3) quod inter diuersos mendicantium ordines ille maior sit, qui institutione approbationeque prior & antiquior; (4) quod inter plures eiusdem ordinis familias in eadem ciuitate existentes illa maior sit, cuius fundatio & introductio antiquior; (5) quod, ubi monachi unius eiusdemque monasterii concurrunt, ille maior, qui prior professione.

§. CCCXC

Quis debeat obedientiam?

Proximo iurisdictionis intuitu maiori debetur *obedientia* *, quæ nulli præscriptioni obnoxia *p*), sed quouis tempore sub pœna excommunicationis *q*) præstanda est, dummodo non exigatur in rebus illicitis *r*), scandalum parantibus *s*), uel ad maiorem plane non pertinentibus.

* Diuidebatur olim in *manualem* & *iuratum*; CIRONIVS ad X. Honorii p. 226. quarum hanc præstabant administratores clerici; illam uero reliqui, dum dextram dabant, aut altari imponebant. CIRONIVS *paravit.* p. 217.

CCCXCI.

p) c. 12. X. de præscr. r) BARBOSA collect.
GONZALEZ TELLEZ To. I. p. 588. n. 3.
To. II. p. 696. n. 3. s) BRUNNEMANN
q) c. 2. X. h. FIRHING ad reg. I. Can. p. 23. seq.
h. t. §. 2. q. 6. n. 27. seq. n. 42. 44.

§. CCCXCI.

Archiepiscopi, Episcopi & Abbates ^{Usus in} Germania, sint cuius uelint ætatis, in co- ^{Germania} mitiis & alibi certa sede sedent, quæ non [&] mutatur, licet unus & alter cardinalitiam dignitatem consequeretur aliudue priuilegium.

§. CCCXCII.

In ecclesiis euangelicis occurrunt ma- ^{apud euang-} iores & minores *dignitatis*, non autem ^{gelicos.} *u-* ^{risdictionis,} *intuitu.*

TIT. XLI.

DE

PAROCHIANIS.

§. CCCXCIII.

Dioeceses in parochias distinctas, & ha- ^{Parochiani,} rum cuique populum datum esse, ^{qui} supra, diximus, iam illud addituri, quod, qui parochialem aliquem districtum inhabitant, *parochiani* audiant, quorum onera, non autem iura, tradit ius canonico-pontificium.

§. CCCXCIV.

Hic sequentia uelim notes:

I. Parochiani est, sacris in ecclesia parochiali peragendis interesse *t*).

II. Quis

t) ESPEN I. Eccl. p. I. tit. 3. c. 10.

II. Quis sit parochianus? ex domicilio dignoscitur *u*).

§. CCCXCV.

facris in ecclesia parochiali peragendis interesse debent, Ex primo (§. pr. i.) colligendum puto, parochianum ibi (1) uerbum dei & sacramenta percipere, pœnitentiam subire, missam diebus dominicis audire, benedictionem petere debere *x*), propterea que (2) subsellia prætereundum esse.

§. CCCXCVI.

ex domicilio dignoscuntur, Secundum (§. CCCXCIV, 2.) docet (1) uxorem *y*), liberosque, in potestate adhuc existentes, sequi parochiam mariti parentumque; (2) carentem domicilio, nullibi, & (3) neminem istius ecclesiæ, in cuius districtu studiorum, militiæ aut recreationis causâ ad breue tempus commoratur, parochianum esse *z*); (4) mutato domicilio sæpe mutari parochiam *a*); (5) fieri posse, ut quis parochianus sit duarum ecclesiarum *b*).

§. CCCXCVII.

Ufus inter euangelicos & Euangelici plerumque (1) *bannum* defendunt *c*), nec (2) ab eo immunem habent

u) c. 2. de sepult. in 6to.

a) c. f. X. de paroch.

x) GONZALEZ TEL-

b) SPERELLVS decis.

LEZ To. III. p. 574. n. 2.

for. eccl. 87. n. 10.

y) c. 7. X. de sepult.

c) BRVNNE MANN

z) c. 3. de sepult. in 6to.

I. Eccl. lib. II. c. 1. m. 1.

ENGEL Colleg. 1. Canon.

n. 7.

III, 29, 23.

bent *principem*. Ast sic læditur libertas religionis & conscientiæ: sic princeps suis ipsius subiicitur legibus *d*).

§. CCCXCVIII.

In Germania ut cui quisque parochiæ in Germania adscribendus sit, satis constat, illius religionis. æque ac domicilium debet attendi *e*). Hinc u. c. uxor tunc demum sequitur parochiam mariti, ubi cum hoc eandem religionem profitetur, aut eiusmodi actus ministeriales sunt peragendi, qui illius conscientiam & confessionem plane non tangunt *f*).

d) III. BOEHMER *iure paroch.* sect. III. c. 2. §. 31. *e*) I. P. art. V. §. 34. *f*) FLEISCHER c. I. V. C. FLEISCHER *Einl.* §. 7. III. BOEHMER *zum geistl. X. I.* 34, 10. c. I. §. 27.



LIB. II.

TIT. I.

DE

REBUS ECCLESIASTICIS
IN GENERE.

§. I.

Res eccle-
siasticæ sunt **Q**uæcunque res ecclesiæ salutis seruiunt,
ecclesiasticæ * dicuntur esse.

* Quæ a secularibus in eo differunt, quod commercio exemptæ sint, nec quouis modo in quemuis transferri queant; quodque his, si qua de iis orta, in iudicio ecclesiastico, secundum leges ecclesiasticas, dirimi debeat.

§. II.

uel spiri-
tuales

Et, quia salus ecclesiæ, cui seruiunt, uel æterna, uel temporaria: in *spirituales & temporales* diuiduntur. Ad *illos* iure meritoque referuntur uerbum dei & sacramenta.

§. III.

uel tempo-
rales, qua-
rum aliæ
sunt

Temporalium uero rerum (§. pr.) non est una eademque conditio. Aliæ enim consecrantur, aliæ benedicuntur, aliæ ad id dedicantur, ut sumtus in ecclesia faciendos suppeditarent. *His SACRA-
RVM, illis SANCTARVM* rerum nomen tri-

tribuitur; hæc uero BONORVM ECCLESIASTICORVM ueniunt nomine.

§. IV.

Oleum oliuarum, prout solum, aut balsamo mixtum a), ab episcopo benedicitur, uel oleum catechumenorum, uel *chrismate* *& quando-*
que *chrisma* dicitur. Hoc, feria quinta hebdomadis sanctæ b) benedictum c), est in rebus sanctis d), siue illis, pro quibus nihil potest exigi e).

§. V.

Quotquot, quia uitam egerunt inter sanctorum gram, & certa ediderunt miracula f), pontifex iudicauit dignos, qui religione colerentur, dicuntur *sancti*.

§. VI.

Eum autem, in cuius uitam, res gestas g), solemniter & miracula in uita & post mortem facta inquisuerunt, atque istam sanctam, illas encomio dignas, hæcque uera, contra exceptiones ab *aduocato diaboli* prolatas, nullo

a) c. un. §. 2. X. de sacr. unct. SANNIG Scho-
la canon. I, 15, t. nr. 4.

b) c. 12. X. de celebr. missar. GONZALEZ TELLEZ To. III. p. 891. seq.

c) c. 1, 2. C. 26. q. 6.

d) c. 3. X. de consecr. eccles. & alt. KOENIG prin. I. Can. I, 15, 19.

e) c. 36. X. de simonia.

f) c. 52. X. de test. c. 1. X. de reliqu. & uener. sanct.

g) cit. c. 1.

lo ueritatis fundamento nifas deprehenderunt cardinales ad hoc cognoscendum delegati *b*), pontifex *i*) uariis sub solemnitatibus magna cum pompa *k*) in sanctorum (§. pr.) refert numerum. Qui actus *canonizatio* dicitur.

* Olim quilibet episcopus *sanctos* pronuntiabat sine ullis ceremoniis. MARTENE *de antiq. eccles. rit.* To. III. lib. 3. c. 8. hodie uero non nisi *beatos* declarare potest. Differunt autem *canonizatio & beatificatio*, quod hæc permittat, illa præcipiat cultum.

§. VII.

probatorum

In sanctorum numerum solemniter relati (§. pr.) *facie* ad instar solis *radiante* pingendi sunt *l*). Eorum *nomina* in martyrologio inscribuntur, *natales dies* celebrantur, *patrocinium* quaritur *m*) &c.

§. VIII.

reliquiis

Sic quoque eorum *reliquiæ*, ubi a pontifice probatæ sunt *, habentur *sanctæ*, proptereaque (*a*) cultu religioso dignæ *n*), quæ

b) D. nr. *de honorificis sanctorum iuribus* §. 5. seq.

i) PAPEBROCH *de solemn. canoniz. init. & progr.* PROSPER *de Lambertinis de seruatorum dei beatificatione & beatorum canonizatione*, D. nr. c. §. 3. sq.

k) *Ceremon. Ro.* lib. I. sect. 6.

l) DURANTVS *de ritibus eccles. cathol.* I, 5, 5. PIGNATELLI *To. IV.* consult. 47. & *To. V.* consult. 25.

m) D. nr. cit. §. 11. seq.

n) D. nr. c. §. 17. seq.

quaque, (b) licet affirmari & uenales exponi nequeant o), tamen (c) ab infidelibus redimi, aut iisdem absque furti uitio subtrahi possunt p).

* Olim igne probabantur. MARTENE c. I. GONZALEZ TELLEZ To. III. p. 942. Nihilominus minus fuerunt & adhuc hodie sunt non temere suspectæ. MULLERI Staats=Cab. 7. Desit. c. 9. EVSEE. ROMANI (IO. MABILLONII) ep. de cultu sanctor. ignor.

§. IX.

Consecratio, quam peragit episcopus *consecratae, (lib. I. §. XXXV, 1.), fieri debet chrismate ad præscriptum pontificalis Ro. applicato q). Sic facta (1) characterem imprimit, proptereaque reiterari nequit r); (2) impedit, quo minus res consecratas ad humanos usus applicent s) uel tangant laici, aut uilipendant demones. Illud simul quin annotem, nequeo, quod (3) sacrilegii reus esse uideatur, qui impediuit, quo minus consecrarentur res consecratione indigentes t); (4) quod locus, adhibitis sanctorum (§. VII.) reliquiis (§. VIII.) consecratus, iure asyli munitus sit.

Engau ius eccles.

Q

* Suo

- | | |
|--|---|
| o) c. 2. X. de reliq. & uener. sanct. | consecr. D. I. PIRHING c. l. III, 40. §. 4. nr. 22. fq. |
| p) GONZALEZ TELLEZ To. II. p. 944. n. 7. | s) c. 4. X. de relig. dom. c. 3. X. de rer. permur. |
| q) c. 31. de consecr. D. I. | t) c. 125. C. I. q. I. |
| r) c. 3. D. 68. c. 20. de | |

* Suo etiam modo consecrare potest abbas infusus (lib. I. §. CXIX.).

§. X.

alix aqua benedicta Aqua, ubi sal ei immittitur, sanctificatur *u*), sanctificata vero puram, quam tangit, iterum sanctificat *x*). Aqua cum cinere mixta nonnisi ab episcopo benedicitur *y*).

§. XI.

sanctificata, Res, cui aqua benedicta (§. pr.)* adspargitur iunctis precibus, efficitur sancta (§. III.), & quandoque sacra. Tam aqua benedicta quam res, cui ea est adspersa, (1) commercio hominum exenta esse, & (2) immundos spiritus fugare dicitur *z*).

* Quandoque sanctitatem rei, cuiusdam tribuit sola legis dispositio, aut externam tantum, eamque nonnisi ad tempus. Sic (a) locus priuatus sanctus est, quandiu cultus diuinus in eo peragitur c. 9. X. de immun. eccles. (b) res, neque consecrata neque benedicta, in sanctis esse dicitur, per illud tempus, quo inseruit cultui ecclesiastico.

§. XII.

alix dedicata. *Dedicatio* est actus, quo res aliqua profana usui cuidam sacro uel religioso destinata in actum deducitur, nulla consecratione aut benedictione prauia.

§. XIII.

u) c. 20. D. 3. de consecr. LYZ To. III. p. 854.

x) BARBOSA collect. To. II. p. 393. n. 5. seq. *z*) BARBOSA I. Eccl. III, d. 55.

y) GONZALEZ TEL-

§. XIII.

In rebus sacris sunt: I. *altaria*, seu mensæ, in quibus sacrificium peragitur.

In rebus sacris sunt I. altaria

§. XIV.

Altaria unius eiusdemque ecclesiæ in quæcumque maius & minora diuiduntur. Illud (1) hæc ornatu superans (2) in choro ponitur, ita, ut (3) orientis plagam spectet a), & (4) ad illius marginem per tres gradus ascendendum sit.

§. XV.

Unumquodque altare (1) *ex lapide* * b) solemniter (2) *episcopo* consentiente c), ita extruendum est, ut (3) in illius facie *fenestra* aperiatur. Sic extructum (4) satisque *dotatum* ** consecrat episcopus d), (5) *chrisma* (§. IV.) e) & sanctorum *reliquias* (§. VIII.) f) adhibens, (6) hasque *sigillo* tegens g).

extructa &

* *Altaria lignea*, quæ olim dabantur, hodie sunt prohibita. VOIGT *de altar. vet. christian.* c. 6.

** Super *dote* altari data sæpe instrumentum conficitur. ZIEGLER *tr. de dote eccles.* c. V. §. 19. seq.

§. XVI.

Sic extructa & consecrata altaria (1) consecrata. ha-

Q 2

- | | |
|---|---|
| a) DURANTVS <i>de ritib. eccles. cathol.</i> I, 15, 10. | e) c. 32. ead. |
| b) c. 31. D. I. <i>de consecr.</i> | f) VOIGT <i>de altar. vet. christ.</i> c. XI. §. 15. seq. |
| c) Nou. LXXVII. c. 1. | g) MARTENE c. I. |
| d) c. 23. <i>de consecr.</i> D. I. | I, 13. seq. |

habentur *sancta* (§.IX.), eaque, (2) quibus honor tam uerbis quam factis exhiberi debeat; (3) *cancellis* circumdantur; (4) gaudent *iure asyli b*) (§.IX, 8.); (5) respuunt iteratam consecrationem (§.eod. 3.), si casum exceperis, quo sunt exsecrata *i*). Ea uero, in quibus exstruendis & consecrandis solemnitas neglecta est, destrui iubentur *k*).

§. XVII.

Altaria portatilia.

Hæc maximam partem cessant in altari-
bus *portatilibus l*), quouis in loco poni,
& in quemuis transferri solitis. Horum
usus, prædicatoribus & fratribus minori-
bus olim datus, in C. Tr. *m*) reuocatus,
& solis episcopis *n*) relictus dicitur *o*).

§. XVIII.

Ad res sacras pertinent II. *baptisteria**,
quæ ex lapide duro confecta *p*), uariis pi-
cturis

b) VOIGT c. l. c. XVII.

i) c. 1. de consecr. eccl. FIRHING III, 40. §. 4. n. 23. VOIGT c. l. c. XI. §. 32. seq.

k) c. 25. 26. de consecr. D. I. GONZALEZ TELLEZ To, III p. 832. n. 1.

l) VOIGT c. l. c. IX. SCHMID d. de altar. portat.

m) sess. XXII. de celebr. miss.

n) c. 12. de priuil. in 6to.

o) FIRHING c. l. V, 3. n. 87. seq. ESPEN I. Eccl. p. II. tit. 5. c. 8. n. 10. seq. PIGNATELLI To. VI. conf. 12.

p) c. 106. de consecr. D. 4.

Eturis exornari q) & ab episcopo consecrari r) solent.

* Baptisteria ueterum, certis conclauibus distincta, CALVOER rit. eccl. p. II. sect. I. c. XI §. 7. ab initio seorsim, post in quibusdam ecclesiis, quæ propterea baptismales audiebant, extruebantur. BINGHAM Origin. Eccles. VIII, 7, 1. seq. Vol. III. p. 252. seq. WEDDERKAMP de baptisteriis ueterum.

§. XIX.

Rebus sacris accensentur etiam III. pa-3. uasa & tina & IV. calix ministerialis, qui ex auro, argento aut saltem stanno confectus esse debet s). Hic & illa (a) chrismate unguuntur, hocque facto, (b) a laicis & mulieribus t) tangi nequeunt, (c) prius, quam ex iustis causis alienantur, confringi & conflari debent u).

§. XX.

Primum locum inter res sacras tenent V. ecclesie, i. e. domus, altaribus, baptisterio, & rebus sacris instructæ, ut totus cultus diuinus in iis queat, debeatque peragi. Notes hic, quod (1) in rebus odiosis nomine ecclesiarum ciuitatis non ueniat cathedralis x); (2) ecclesia

Q 3

q) SCHMID d. de columb. in ecclesia usitatis. III, 40. nr. 5. seq. p. 882. t) c. 25. D. 23.
 p. 8. seq. u) c. 70. C. 12. q. 2.
 r) IVO decr. p. I. c. 110. x) BARBOSA collect.
 s) c. 45. de consecr. Te. III. p. 540. n. 3.
 D. I. ENGEL coll. I. Com.

(2) ecclesia *matrix* mox *cathedralem* mox *parochialem* mox *aliam* denotet; (3) *baptismales* regulariter sint curatae.

§. XXI.

6. oratoria publica, non autem *Ad res sacras porro pertinent VI. oratoria publica, siue auctoritate episcopi exstructa, & ab eodem consecrata. Gaudent propterea (1) sanctitate, (2) immunitate, (3) altari, sanctorum reliquiis instructo (§. XV. seq-), (4) campana, (5) aditu ad uiam publicam &c.*

§. XXII.

priuata, Econtrario *priuata* i. e. spreta auctoritate episcopi exstructa, nec ab eo consecrata, sanctitate destituuntur ac altari stabili. Hinc (1) in fundatoris dominio dicuntur esse, atque (2) alienationi & diuisioni hereditariae subiacent; (3) campanis *y*) & (4) dote destituuntur; (5) in iis sanctorum reliquia poni *z*), (6) missae celebrari *a*), aut (7) alia sacramenta administrari, nequeunt. Quodsi uero Ep. grauibus causis motus celebrationem missae speciatim permiserit *b*), ea fieri potest certis diebus *c*), ita tamen semper, ut ne quid prauiudicii creetur ecclesiae parochiali *d*).

§. XXIII.

y) c. 10. X. de priuil.

z) IVO decret. p. III. cap. 78.

a) IDEM c. l. c. 76. c. 33. D. I. de consecr.

b) c. 34. de consecr. D. I.

c) ESPEN I. Eccl. p. II. tit. 5. c. 8.

d) IDEM c. l. nr. 16. 17.

§. XXIII.

VII. *Capella*, siue oratoria publica (§. 7. *capella*, XVIII.) aut principum priuata, siue ecclesias parochiales monasteriis iunctas denotent, sunt instructæ populo, nec priuata auctoritate aut in præiudicium matris ecclesiæ e) aut citra consensum episcopi f) queunt fundari. Statim atque ab episcopo sunt consecratæ, rebus sacris annumerantur.

§. XXIV

Sic quoque rebus sacris annumerari debet VIII. *capellania*, i. e. oratorium intra ecclesiam fundatum g).

§. XXV.

Denique, licet benedicantur tantum, tamen rebus sacris annumerari solent IX. *corporale b)*, reliquaue linteamina & palia, quibus altare ornatur sacrificii peragendi tempore (§. XI. *). Hæc ubi uetustate sunt consumpta, comburuntur, eorumque cineres in baptisterium inferuntur i); sin scateant sordibus, intra sanctuarium a diaconis eluuntur k) X. *uestes*, quibus

Q 4

e) c. I. X. de N. O. N. pag. 109.
 f) c. 5. de priuil. in 6to. i) c. 39. D. I. de consecr. IVO decr. p. II. c. 66. & p. III. c. 266.
 g) HOFFMANN ad CHASSANÆVM pag. 249. k) c. 40. D. I. DARTIS in Decr. Grat. p. 433. c.
 h) SLEVOGT vom X. der Altäre c. 3. §. 6.

quibus nemo clericorum uti potest, nisi in ecclesia suscepturus actum, cui ea inferuiunt.

§. XXVI.

In rebus
benedictis
sunt
1. signa
crucis,

In rebus benedictis sunt I. *signa crucis*, quæ ubique * collocari posse, & quouis tempore adorari debere, statuunt. Tribuunt illis uim res mirandas efficiendi, dæmones propellendi, & quæ sunt alia l). Quod eadem in processionibus deferant **, & in sepulturis erigant, omnibus omnino notum est.

* Tamen in pauimento signum crucis pingere prohibitum est. *L. un. C. Nemini licere signum saluat.*
ESPEN Oper. p. V, p. 122.

** Crucis signum, in publicis processionibus alicui prælatum, huius eminentiam denotat. FIVIZANI comment. de ritu sanctissimæ crucis Ro. Pont. proferendæ.

§. XXVII.

2. imagines
sanctorum,

II. *Imagines* sanctorum, a quibus omnis lasciuia & leuis ornatus abesse debet, benedicit episcopus m), ac benedictas ueneratur, non autem adorat populus n).

§. XXVIII.

3. cerei,

III. *Cerei* benedicti rebus sanctis an-
nume-

l) WILDVOGEL de ue-
nerab. signo cruc. c. 2. nr. 8.

m) PIGNATELLI To.
IX. consult. 186, n 3. sq.

n) c. 27. D. 3. de con-
secr. VIVIANVS ration.
iur. pontif. lib. I. p. 250.

numerantur. Iis accensis ad lætitiã, religionem & celebritatem utuntur o).

§. XXIX.

IV. Campanas, quibus ad sacra uoca-^{4. campa-} tur populus, benedicturus episcopus p) ^{næ,} uel abbas infulatus q), dum eas, præsentibus patrinis r), quos rogarunt patronus & altarisfæ, nomine insignit, oleo ungit, cruce signat, ficque exorcizat, baptizare quibusdam uidetur s).

§. XXX.

Unde intelligere potes causam (1) cur campana benedicta diabolum pellere dicantur t), nec (2) queant esse in oratoriis priuatis (§. XIX, 3.), si uel maxime hæc ad religiosos exemptos spectent u); (3) cur in ecclesiis diuersi generis sint campana diuersi numeri x); (4) cur campana

Q 5

næ

o) c. I. §. 17. D. 21. GONZALEZ TELLEZ Tom. III, p. 900. seq.

p) BARBOSA I. Eccl. III, 3, 67. p. 122. DVRANDVS rariõ. diuin. offic. I, 4.

q) TAMBVRINIVS de iure abbat. To. I. disp. XXIII. q. 12.

r) MONTANI Nachricht von den Glocken p. 123.

s) THOMAS. ad LAN- CELLOTVM p. 621. GOETZ. eclog. de baptismo campanar.

t) IO. de SELVA tr. de benefic. p. I. q. 5.

u) c. 10. X. de priuileg. & excess. præl. ibique VIVIANVS. FIRHING V, 33. sect. V. §. 2. n. 137.

x) BARBOSA collectan. To. IV. p. 227.

næ quibusdam dicantur signum parochialis ecclesiæ y).

§. XXXI.

5. coemeteria.

De V. *coemeteriis*, quæ huc omnino pertinent, infra dicendi locus erit.

§. XXXII.

Ufus inter euangelicos.

Euangelici (1) *oleo* & (2) *aqua piaculari* non utuntur, (3) *canonizationem* rident, atque (4) *sanctis*, eorumque (5) *reliquiis* nullum cultum exhibent; (6) *altaribus portatilibus* plane destituuntur, & (7) *fixorum*, quorum nonnisi unum in unaquaque ecclesia exstruunt, dotem, itidem fenestram, superhabent sigillumque. Nullam itaque (8) rem ecclesiasticam *consecrant, benedicunt*, aut pollutam *reconciliant*. (9) *Oratoria publica*, quæ a parochialibus, iisque ecclesiis, quæ actibus academicis, catechesationibus aut funeralibus pompis sunt destinata, differrent, non exstruunt, & (10) *privatis* tunc demum dant locum, ubi diuersitas sacrorum, & religio pactorum ea exigunt; (11) *ornamenta altaris* habent adiaphora, & (12) agnoscunt *superstitionem*, qua capiuntur pontificii, linteamina purgaturi & remoturi; (13) *uestes*, quibus induuntur sacra administraturi, mutationi subiectas habere nulli dubitant.

§. XXXIII.

y) CIRONIVS paratitl. p. 254.

§. XXXIII.

Nihilo tamen minus dantur, qui (1) *Epicurifis*, his & illis rebus iura ex consecratione aut benedictione promanantia, speciatim (2) *ecclesiasteriis*, iis quoque, in quibus deus non amplius colitur, sanctitatem internam z) & ius asyli tribuunt; (3) *altaria* ex lapidibus extruenda, (4) extructisque honorem exhibendum esse iudicant a); (5) de his & illis *imaginibus* in æde sacra collocandis cogitant b); (6) *luminaribus* nuntium mittere dubitant; (7) sonitu *campanarum* deo honorem exhiberi statuunt c). Sic quoque sunt (8) qui argumenta collegerunt, ut quorum *signa crucis* nunquam ex ecclesiis nostris eliminari queant d).

TIT. II.

DE

VERBO DIVINO ET VARIIS MODIS
ILLVD ANNUNTI-
ANDI.

§. XXXIV.

Verbum dei, quod in rebus spiritualibus esse diximus (§. II.), annuntiatur uel Verbum
dei annun-
tiatur

z) STRYK *de iur. fab-
bat. c. IV. nr. 78. seq. Ill.
BOEHMER d. de sancti-
tate ecclesiarum.*

a) STRYK c. l. n. 194. seq.

b) IDEM c. l. nr. 87. seq.

c) IDEM c. l. n. 102. seq.

d) ZEIBICH d. de signa
crucis ex templis nostris
non eliminando.

uel concionibus, uel CONCIONIBVS, uti loquuntur, uel CATECHESATIONIBVS, uel LECTI-
ONIBVS. Ista, si minus *solemnes & casua-*
les e) exceperis, ad populum habentur de
re, quam loquuntur pericopæ*.

* *Pericopa* dicuntur themata illa, quæ antiqui-
tus dominicis festisque diebus sunt prælegen-
da & explicanda publice. De earum ætate
non leuis est inter Dd. contentio, ut pluribus
docuit THAMERVS sched. *de origine & di-*
gnitate pericoparum, quæ euangelia & epistolæ
uulgo dicuntur c. 1.

§. XXXV.

quas paro-
chus habet Sermonem de re sacra ad populum ha-
bent (1) sacerdotes, speciatim (2) *paro-*
chi f), & (3) quibus ius concionandi pri-
uilegio datum est*; neutiquam uero (4)
laici g), (5) mulieres b), (6) monachi i).

* Qui tamen parochis, ad sermonem de Deo in
ecclesia parochiali habendum paratis, quouis
tempore cedere tenentur. ESPEN I. *eccl. p. I.*
tit. 3. c. 8.

§. XXXVI.

parochia-
nis, Unusquisque suo prædicare debet po-
pulo. Itaque (1) parochus parochianum
non arceat ab auditu uerbi diuini k), nec
(2)

e) WILDVOGEL d.
de eo quod iustum est circa
conciones funebres.

f) GONZALEZ TEL-
LEZ To. V. p. 207. n. 10.
ESPEN I. *Eccles. p. I. tit. 3.*
c. 4. seq.

g) c. 12. 14. X. *de hæres.*

b) c. 29. D. 23. c. 20. *de*
consecr. D. 4. c. 10. X. de
pænit. & remiss.

i) c. 1. X. *de capell. mo-*
nach.

k) c. 67. D. 1. *de con-*
secr.

(2) in aliena parochia, huius rectore infcio & inuito, concionetur.

§. XXXVII.

Institutio *catechetica* *, siue ratio rudes uel institu-
docendi prima principia religionis christi-
stianæ, antiquitate & utilitate præstare ui-
detur concionibus 1). Cognatio, quæ o-
lim inter catechisantem & catechisatum
contrahebatur, cessat hodie m).

- Olim *catechumeni* in audientes & competentes di-
uidebantur. PFANNER de *catechumenis*, & pro
eorum captu docebantur. SCHVMANN de *se-*
minario catechet. uet. & recent. c. V. §. 9. sq.
Nullus eorum in fidelium numero, & sub legi-
bus ecclesiasticis erat. BARBOSA collect. To. V.
p. 366. n. 4. seq. Hinc ad priorem sectam re-
deuntés, uix dicebantur apostata.

§. XXXVIII.

Concionibus (§. XXXIV.) & institutio- uel lectio-
nibus catecheticis (§. XXXVII.) inferio- nibus.
res sunt *lectiones*, quæ plerumque in lin-
gua populo ignota solent fieri.

§. XXXIX.

In ecclesiis euangelicis (1) conciones Quid euan-
examiniatis & ordinatis V. D. M. uindi gelici de
cantur, adeo, ut hi studioso cuidam theo conciona-
logiæ suggestum aperire nequeant, nisi hoc toribus.
iusta

1) ROTH de institutione m) Conc. Trident. sess.
catechetica concionibus sa- XXIV. de ref. matr. c. 2.
cris præstantiore.

iusta causa suadeat, & consenserit superior *n*). Proh! tamen dolor hoc multis in locis non seruant parochi, idque impune.

§. XL.

pericopis,

Pericopas, quæ, sæpe a contextu male disiunctæ, historiæ sacræ ordinem lædere, nec diebus, quibus explicantur, satis conuenire, aut omnia ad salutem æternam consequendam necessaria continere uidentur *o*), impugnant reformati, attendunt euangelici *p*). Horum tamen unus & alter principi ius eas abrogandi tribuit *q*).

§. XII.

methodo
concionan-
di itidem

Omnes autem, dum de re diuina habent sermonem publicum, (1) fidem, conscientiam, grauitatem, deuotionem, prudentiam denique & dexteritatem demonstrare *r*), proptereaque (2) a *seditiosis* & (3) *blasphemis* dogmatibus, (4) *facetiis* *s*), (5) sermone *theatrico* & forensi, (6) *pascali*

n) BRVNNEMANN
Iurispr. Eccl. II, 1. m. I. §. 6.
CARPZOV *Iurispr. Eccl.*
lib. II. def. 257. seq.

o) THAMER C. tr. c. 2.
sect. I. §. 2. seq. & sect. 2.

p) LOESCHER d. de
*pericopis euangel. & epi-
stol.*

q) THAMER C. tr. c. 2.
sect. I. §. 21. seq.

r) WEGNERI d. de
*risu paschali oratorem sa-
crum, eiusque auditorem
minime decente* aphor. VII.

s) STRYK ad BRVN-
NEMANNVM I, 6. m. I.
§. 25. p. 115.

schali *t*) alioque *rifu u*) abstinere, nec non
(7) mendacia fugere *x*), debent.

§. XLII.

Eorum porro est (8) methodum concionandi ad captum auditorum accommodare *y*), (9) phalerata & sesquipedalia uerba *z*), itidem (10) themata & similia risu excipienda *a*), superhabere, (11) nullum asylum in *postillis b*), præsertim errores continentibus, quærere, (12) a *libris symbolicis* non aberrare, (13) nullum scandalum suggerere *c*), (14) nullas conciones schematicas & rythmis absurdis plenas habere *d*), aut (15) iustas ultra tempus extendere *e*), (16) finita concione hæc & illa mandata principum populo significare *f*) &c.

§. XLIII.

- r*) WEGNER c. d. *postill. eccl.*
aph. IV. *c*) THOMASIVS d.
u) GOEBEL *Casareop. de iure princ. circa adiaph.*
Ro. p. 784. p. 37.
x) STRYK ad BRVN- *d*) GRAPPI d. *de concionibus artificiosis & alar-*
NEM. I. 6. m. I. §. 23. *modicis* §. 15. seq.
y) NITSCH *myst. simpl.*
p. 206. seq. *e*) HILLIGER *de in-*
z) STRYK c. I. §. 6. seq. *sto dimensioque concionum*
a) NITSCH *myst. simpl.* *pro suggestu habendarum*
p. 118. seq. 148. seq. GRAP. *temporis spatio.*
d. *de concionibus artifi-*
ciosis. *f*) PLATHNER *Oe-*
con. I. Conf. q. 8.
b) WEGNER I d. *de*

§. XLIII.

de lectionibus & catechisationibus sentiant? *Lectioibus* utuntur, & *catechesationes* necessarias habent, euangelici g). Quae de re alicubi lectores & catechetas constituunt.

TIT. III.

DE

SACRAMENTIS IN GENERE.

§. XLIV.

Sacramenta, quorum *Sacramenta* sunt signa, quorum iustus & legitimus usus parit gratiam diuinam eamque iustificantem.

§. XLV.

septem numerantur, Quorum septem numerantur: *baptismus, confirmatio, penitentia, eucharistia, extrema unctio, ordo sacer & matrimonium b).*

§. XLVI.

constant uerbo & elemento, atque Ad unum omnia constant uerbo & elemento. Hinc (1) sacramentum tunc deum fieri dicitur, ubi uerbum accedit ad elementum i); (2) neque uerbum, neque elementum subest mutationi.

§. XLVII.

uariè diuiduntur. Diuiduntur (1) in *necessaria & uoluntaria.*

g) BRÜNNEMANN b) Conc. Trident. sess. Iurisprud. Eccl. 1, 9, m. 5. VII. c. 1. §. 2. i) c. 54. C. I. q. 1.

ria. Illa, quorum defectus damnat, quouis, hæc uero, non nisi stato tempore administrari possunt. Sunt autem uoluntaria: matrimonium & ordo sacer; reliqua uero necessaria. (2) in *characterem imprimientia & non imprimentia*. Illa reiterari nequeunt *k*), nisi (*a*) iure dubitetur, an administrata, aut (*b*) in eorum administratione substantialis solemnitas neglecta fuerit *l*). Characterem uero imprimere dicuntur baptisimus (lib. I. §. CCCV, 4.), confirmatio (lib. I. §. CCCXV.), & ordo sacer (lib. I. §. CCCXXXI, 2.).

§. XLVIII.

Sacramenta administrari debent (1) *n* Ea, ubi solemniter presbyteris, iisque parochis, si exceperis ordinem & confirmationem, quibus singularia dona Spir. S. conferuntur; (2) *cum intentione * m*). Nimirum administrantis est, (*a*) facere, ut uerbum accedat ad elementum, nec (*b*) huic uel illi aliud substituatur (§. XLVI, 2.); (3) obseruatis ritibus, quos recepit & approbavit ecclesia *n*).

* *Actualem* intentionem non requiri, nec tamen *habitualem* sufficere, sed *uirtuali* opus esse, docet BELLARMINVS de *Sacr.* I, 27.

Engau ius eccles.

R

§. XLIX.

k) Conc. Trid. c. l. c. 9.

n) CASALIUS de

l) WIESTNER *Instit. sacr. christian. rit.* p. II. canon. I, 16, 1. seq. c. 4. §. 5.

m) Conc. Trid. c. l. c. 11.

§. XLIX.

dant dei
gratiam.

Sacramenta, solemniter & adhibito crucis signaculo *o*) administrata perceptaque, dant gratiam, per quam omnis iustitia uel incipit, uel cœpta augetur, uel amissa recuperatur. Hinc (*a*) gratis sunt administranda *p*), atque (*b*) eorum uim & efficaciam non alterat uita fidesue sacerdotis administrantis *q*).

§. L.

Quid sacramentalia ?

A sacramentis distinguas uelim sacramentalia, quæ ad id, ut uenialia peccata remittantur, faciunt. Eo referuntur (1) *oratio dominica quotidie recitata r*), (2) *benedictio uestimentorum sacerdotalium*, & (3) *consecratio altarium s*), (4) *confessio generalis t*), (5) *elemosynæ u*) &c. quæ pluribus fiuntur a SVAREZ *x*) & FILIVCCIO *y*).

§. LI.

Epicrisis.

Tantum abest, ut doctrinæ christianæ conueniat septenarius sacramentorum numerus, ut potius quinque illa sacramenta, quæ baptismo & sacræ cœnæ superaddidit Petrus Lombardus uel alius, ad auaritiam exsatiandam sint excogitata *z*).

§. LII.

o) c. 10. D. 5. de consecr.

p) c. 99. C. 1. q. 1.

q) c. 97. ead.

r) c. 20. D. 3. de penit.

s) IANVS A COSTA ad X. p. 112.

t) c. 20. D. 3. de penit.

u) c. 76. D. 1. de penit.

x) sect. II. disp. 12.

y) moral. quest. To. I. tr. 6. c. 5. n. 127. seq.

z) GOEBEL Casareop. Ro. p. 725. seq.

§. LII.

Euangelici (1) sacramentum habent signum, quo utentibus diuinam gratiam promisit Christus, illius autor, qua de re (2) non nisi baptismum sacramque cenam probant. Statuunt porro (3) sacramentum deficere, ubi uel uerbum deficit, uel elementum; (4) illud administrandi potestatem cuilibet ordinato, speciatim parocho competere. Denique (5) intentione in sacramentorum administratoribus opus esse, (6) omissionem sacramentorum perceptionem condemnare, (7) uno uel altero sacramento characterem deleri nescium imprimi, (8) ritus conciliis œcumenicis determinatos mutari posse &c. negant.

Ufus inter euangelicos.

TIT. IV.

DE

SACRAMENTIS QVAE ITERARI NEQVEVNT.

§. LIII.

Baptismus (lib. I. §. CCC. seq.) constat uerbo *a*) & elemento *b*), huiusque uerbo parit diuinam gratiam *c*). Hinc (1) in sacramentis est * (§. XLIV. seq.) & quidem, (2) quia characterem imprimit (lib. I. §. CCCV.), non iterabilibus (§. XLVII.), nec non, (3) quoniam sine eo salus aeterna

Iterationem respiciunt sacramentum baptismi

R 2

na

a) Matth. XXVIII, 19.

c) Marc. XVI, 16. Io.

b) Io. III, 5. Eph. V, 26. III, 5.

na obtineri nequit (lib. I. §. CCCVI.),
necessariis (§. XLVII.).

* Itaque uel uerbo uel elemento deficiente, deficit sacramentum baptismatis. Contra, ubi uerba: *I. N. P. & F. & Spir. S.*, licet barbara, dummodo non mutilata, accedunt ad aquam, efficitur sacramentum baptismatis c. 54. C. I. q. I.

§. LIV.

confirmatio-
 tionis & Sic quoque II. *confirmatio* (lib. I. §. CCCXIII.) dicitur sacramentum (§. XLV.) necessarium (lib. I. §. CCCXIV.). & reiterationem respuens (eod. §. CCCXV. c).

§. LV.

ordinis, In sacramentis, quæ iterari nequeunt (§. XLVII, 2.), est denique III. *ordo*, quem patres Conc. Florentini & Tridentini a Christo, ultimæ cænæ tempore, institutum, & ab apostolo *d*) nobis relatum, putarunt *e*). Non defectum, sed contemptum, huius sacramenti condemnari diximus (§. XLVII.).

§. LVI.

Sententia
 euangelico-
 rum. Euangelici I. *baptismum*, quem ad salutem æternam consequendam habent suo modo necessarium (lib. I. §. CCCX.), annumerant sacramentis, quorum numero eximunt II. *confirmationem*, quia (*a*) huius uerbum & elementum ex sacris literis probari

d) 2. Tim. I, 5.

Canon. I, II, 7.

e) WIESTNER *Inst.*

bari nequeunt, atque (b) tantum decedit
baptismo, quantum tribuitur confirmatio-
ni f). III. *Ordinem* sacramentum esse ne-
gant, quia neque institutionem, neque
formam illius referunt euangelista.

TIT. V.

DE
SACRAMENTO POENI-
TENTIAE.

§. LVII.

Contritio est dolor animi, haustus ex Ad contri-
peccatis commissis. tionem &

§. LVIII.

Confessio est peccatorum sacerdoti facta confessio-
reuelatio. nem

§. LIX.

Debet autem quilibet peccata sua con-legitime
fiteri (1) *parochio*, * cui subest, non (a) alii factam
sacerdoti, nisi quem probauit episcopus, ubi
nec (b) laico, nisi necessitate urgente.

- Qui pluribus subest parochis, ex his unum ab initio eligere potest confessionarium, semel autem electum deserere nequit, nisi ex grauissima & superiori probata causa. V. C. PERTSCHENS *Recht der Reichstühle* 2. Abth. 1stes Hauptst.

§. LX.

Confessio porro (2) a *praesente* facienda
R 3 est,

f) CHEMNIT. exam. p. 341. seq.
Conc. Trid. p. II. loc. 3.

est, lingua cordis & carnis simul, ita ut omnia & singula peccata enarrentur, quorum peccatorem non cepit obliuio g).

§. LXI.

accedit satisfaciendi animus &

Ei, qui hoc modo (§. LIX. seq.) confessus est, *satisfactio* imponitur, in *deprecatoriam* & *compensatoriam* dispesci solita. Illa non contenti, *hanc* exigunt, canones. Unde ad cognoscendum est facile, cur peccator peccata sua non solum integre (§. pr.), sed & additis omnibus circumstantiis, confiteri debeat, aut scilicet iustam satisfactionem imponere possit parochus.

§. LXII.

absolutio,

Peccator contritus (§. LVII.) & confessus (§. LVIII. seq.), ubi satisfactionem sibi impositam (§. LXI.) prestare pollicitus est, peccatorum absoluitur *. Quæ tamen absolutio a parocho facta (1) in casibus episcopo aut pontifici reseruatibus ** nulla est, atque (2) in reliquis, quod ad effectus suspenditur ad illud usque tempus, quo iusta (§. pr.) prestatur satisfactio.

* Parochi reliquique confessionarii dum in eo sunt, ut peccatorum aliquem absoluant, uerbis plane *prætoriiis* utuntur, idque *in dei uicem* facere sibi uidentur.

** Quos

** Quos alibi his uersibus tradere uoluerunt:

*Qui facit incestum, deflorans aut homicida,
sacrilegus, nec non percussor & sodomita,
transgressor uoti, periurus, sortilegusque.
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
oppressor, blasphemus, haereticus omnis, adulter:
ipsum pontificem super his detentus adibit.*

§. LXIII.

Ubi ad contritionem (§. LVII.) & confessionem (§. LVIII. seq.) peccatoris, animam peccata compensandi (§. LXI.) habentis, accedit absolutio, *sacramentum penitentiae* nascitur, quod a Christo *b)* institutum, & ad salutem aeternam consequendam necessarium uidetur pontificiis *i)*. Hinc iniungunt medicis, ut aegrotos, quibus consulunt, inducant *k)* ad medicum animae confestim accersendum.

§. LXIV

Satisfactio peccatoribus imposita (§. LXI.) uel *in natura* praestatur, uel *per surrogatum*. In natura satisfacere olim peccator (1) qui immodicis saepe laborabat *iuniis*, (2) gestabat *circulum ferreum*, (3) suum corpus cruentis *flagris* dilacerari *praestatur* uel in natura, *speciatim*

R 4

tieba-

b) Io. XX, 22.
i) WIESTNER *Instit.*
Jur. Can. V, 38. II.
k) c. 13. X. h. *Illustr.*

BOEHMERI d. *de medicorum animae & corporis in sanandis aegris coniunctione.*

tiebatur, (4) peregrinationes sacras suscipiebat religionis causa *l*) &c.

§. LXV.

ieiuniis,
quæ,

Qui cuiusvis generis cibos fugit usque ad vesperam, *ieiunare* * dicitur.

* Abstinentes, ieiunantes & ieiuni ita differunt, ut *hi* sint, qui cibos nondum ceperunt, *illi*, qui a prandio abstinent, *isti*, qui sibi temperant a certo ciborum genere. Ill. BOEHMER d. de iure circa ieiunantes, ieiunos & abstinentes.

§. LXVI.

sint cuius
uelint ge-
neris,

Ieiunia sunt uel *uoluntaria* *, uel *necessaria*, hæcque iterum uel *stata* **, utpote legalia & consuetudinaria *m*), uel *extraordinaria*, ut uotiuæ & pœnitentiaria.

* Hæc sola olim cognita TERTULL. de ieiun. c. 2. suscipiebantur, ut mens taceret iniquitatibus. Hinc (*a*) nimis uariabant modi, gradus, durationis aliarumque circumstantiarum intuitu. Postea uero inualuerunt *stationes*, PFANNER lib. II. obs. 5. quæ succedente tempore factæ sunt necessarîe. (*b*) improbis prodesse non credebantur c. 12. D. 86. c. 23. D. 5. de consecrat.

** Huc pertinent ieiunium quadragesimale, WILDVOGEL d. de eo quod iustum est circa ieiunium quadragesimale, antipaschale, aduentus, quatuor temporum.

§. LXVII.

opus opera-
tium effi-
ciunt,

De ieiuniis hæc notanda: (1) quod ea ad *cultum diuinum* pertinere, & (2) *meritoria*

1) Ill. BOEHMER *m*) c. II. §. I. D. 12. I. E. P. V, 38. §. 8. seq.

ritoria esse uideantur; (3) quod *bilaritatem n)* respuant, proptereaque (4) dominicis *o)* & pentecostes diebus *p)* seruari nequeant*, & (5) diebus ieiunii nihil eorum fieri debeat, quæ trifsi & penitenti animo obstaculo queunt esse; (6) quod necessaria omnes omnino christiani præstare debeant, ni uelint pœna subiici; (7) quod tempore ieiunii quadragesimalis a lactici- niis cuiusuis generis abstinendum sit *q)*; (8) quod a ieiunio liberet superioris dispen- satio, ob pietatem, ætatem teneram seni- lemque &c. dari solita *r)*.

* Quodsi uero quis citra contumaciam, sola pie- tate ductus, istis diebus ita ieiunare uelit, ut nullius christianum animum offenderet, aliud dicendum esse putat BARBOSA *collect. To. V. p. 347. nr. 2.*

§. LXVIII.

Satisfit per surrogatum, (1) dum pœni- uel per sur- tentia redimitur *elemosynis s)*, quæ tamen rogatum, ex rebus turpiter quaesitist), uluris *u)* & speciatim bonis alienis *x)* præstari nequeunt, (2) dum *a)* elemo- *lynis,* *expeditio in terram sanctam* fuscipitur *y)*.

R 5

§. LXIX.

- n)* LARROQVANI p. 324. seq.
d. de ieiuniis. *s)* c. 76. D. I. de penit.
o) c. 7. D. 30. ibique *t)* c. 27. C. I. q. 1.
 BARBOSA To. V. p. 94. *u)* c. 1. C. 14. q. 1.
p) c. 17. ead. *x)* c. 6. §. 5. X. de ho-
q) c. 6. §. 2. D. 4. mic.
r) KOENIG prin- *y)* Ill. BOEHMER c. I.
 cip. iur. Canon. III, 46, 4. §. 18. seq.

§. LXIX.

b) indulgentiis.
Qu. a quibus,

Itidem satisfit per surrogatum (3) dum quis a pontifice, illiusue legato, cardinalibus, episcopo &c. impetrat, *indulgentias*, seu remissionem satisfactionis, a confessionario sibi impositæ. Indulgentias dare nequeunt (a) coadjutor aut uicarius episcopi, nisi speciali mandato sint muniti; nec (b) parochus, nisi ui priuilegii aut consuetudinis z).

§. LXX.

quanam,

Indulgentiæ diuiduntur (1) in *totales* & *partiales*, siue *plenarias* & *limitatas*; (2) in *personales*, *reales* & *locales*; (3) in *perpetuas* & *temporarias*. Sic quoque dicitur, (4) quod aliæ in *uiuorum*, aliæ in *mortuorum* salutem dentur a).

§. LXXI.

quomodo,

Dari possunt tam gratis quam pro *pecunia*. Iam quum olim pontifex animaduerteteret, satius & commodius esse ditioribus, indulgentiarum diplomata redimere, quam penas canonicas subire: e re sua esse putauit, curare, ut in locis quibusdam publicis sub hasta uenderentur indulgentiarum diplomata, quibus the-
fau-

z) WIESTNER h. art. seq. SANNIG. *schola canon.* h. c. 2. LINCK *de*

a) IDEM c. l. nr. 151. *Jur. episc.* c. XIII. n. 49.

sauros meritorum Christi & sanctorum cum peccatoribus communicaretur.

§. LXXII.

Indulgentiæ (§. LXIX.), quæcunque quibus & sint (§. LXX.) & quibus uelint legibus* datæ (§. LXXI.), non prosunt, nisi (a) baptizatis, (b) contritis & confessis b), (c) quique in Christum reuera credunt, & (d) indulgentiarum auctori subiacent c), nec (e) excommunicatione maiori sunt ligati d).

* Hæc *adimpletæ* habentur, si eas quo minus adimpleret peccator, iure impeditus est.

§. LXXIII.

Vis indulgentiarum cessat (1) præter-quo adus-
lapso tempore, ad quod datæ sunt; (2) que den-
morte illius, ad cuius beneplacitum sunt tur?
concessæ. (3) Simpliciter datæ in per-
petuum durant, uel saltem ad illud usque
tempus, quo res perit, aut destruitur lo-
cus, cui eæ sunt annexæ e).

§. LXXIV.

Per surrogatum satisfacere dicitur 3. c) iubilæi
qui uel in *anno sancto**, uel eo tempore, celebratio-
quo pro salutari uniuersalis ecclesiæ regi-
mine, pro pace inter christianos firman-
da

b) Extrau. I. h.

tem. I. Can. II, 8, 6.

c) c. 4. X. h.

e) WIESTNER c. I.

d) CORVINVS Ero- nr. 172. seq.

da &c. deum rogari, & iubilæum celebra-
ri, iussit pontifex, uisitac ecclesias.

* Hic olim fuit centesimus, *Extrau. comm. 1. h.*
post quinquagesimus, *Extrau. comm. 2. eod.* de-
nique uigesimus quintus *Extrau. comm. 4. eod.*
Vid. LARROQUANVS *aduers. sacr. II, 29.*
MENCKENII d. de eo quod iuris est circa iubi-
lea. §. 16.

§. LXXV.

De quibus peccatis, neque in natura
neque per surrogatum, dum uiuis, satis-
facis, de illis in purgatorio satisfacere de-
bes.

§. LXXVI.

Sigilli con-
fessionis

Denique notandum erit, quod sacer-
dotis sit, peccata sibi a confitente reue-
lata, sint commissa an adhuc committen-
da, sigillo quasi firmare & nullo unquam
tempore alicui proderet* nutu, literis,
characteribus, alioque modo *f*), si uel ma-
xime (*a*) eorum confessus ad patres iue-
rit, aut (*b*) princeps aliusue superior con-
fessionis reuelationem imperauerit *g*).

* Idem dicendum est (1) de laico, cui facta est con-
fessio, & (2) de interprete, quo usus est pater
confessionarius. V. C. PERTSCH im Recht
der Beichtstühle II, 4, 8.

§. LXXVII.

f) c. 2. D. 6. de pœnit. *g*) V. C. PERTSCH c.
c. 12. X. h. c. 2. h. in VIto. I. II, 4, 16. seq.
DARTIS *decr.* p. 374.

§. LXXVII.

Qui secus agit, pro re nata cogitur su-
finere pœnam exilii, depositionis, de-
trusionis in monasterium, & quandoque
capitalem b).

violatio-
nem quæ
pœna ma-
neat &

§. LXXVIII.

A qua immunis est, qui (1) peccata,
quæ commissa esse aliunde quam ex con-
fessione rescivit, pro lubitu, aut (2) ex
confessione cognita, confitentis permis-
su i), uel (3) ut uitam innocentis serua-
ret, (4) damnumue graue ecclesiæ immi-
nens auerteret k) &c. prodidit; (5) qui
peccatum committendum, sibi confessum,
ei, cui inde damnum imminet, reuelauit
tecto peccatoris nomine l).

a quo non
suffinea-
tur ?

§. LXXIX.

Tantum abest, ut euangelici *peniten-
tiam*, uerbo pariter atque elemento desti-
tutam, habeant sacramentum, ut potius
eam in totum reiiciant, quum deo per
modum compensationis satisfieri nequeat.
Hinc inter se non disputant de eo: *an
penitentia priuata elemosynis uel indulgen-
tiis queat redimi?*

Euangeli-
corum fen-
tentia de
penitentiæ

§.LXXX.

b) c. 5. X. ne cler. ad
mon. BEIER *de sigillo con-
fess.* sect. 1. c. 4. §. 20. seq.
i) WIESTNER c. l.
nr. 125. seq.

k) V. C. PERTSCH
c. l. nr. 25.

l) BARBOSA *collect.*
To. III. p. 287. nr. 26.

§. LXXX.

confess.
auric.

Porro negant fieri posse, aut debere, ut quis omnia & singula peccata, quæ commisit, confiteatur *m*). Nihilo tamen minus *confessionem auricularem*, in plerisque ecclesiis retinuerunt parochi faciendam *n*), quam aliqui (*a*) iure diuino fundatam, (*b*) necessariam, & (*c*) ad certa anni tempora adstringendam esse *o*) reputant.

§. LXXXI.

ieiuniis, & *Ieiunia*, quæ a principe indicata seruant *p*), non habent meritoria *q*), aut certam pietatis & deuotionis matrem. Sape dant, ut nuptiæ celebrentur ieiunii quadragesimalis tempore *r*). Eos tantum puniunt, qui his & illis ieiunii diebus comederunt contenturi principem.

§. LXXXII.

sigillo confessionis.

Sigillo confessionis minorem sanctitatem tribuunt atque pontificii. Hinc eos

(1) qui

- m*) BRUNNEMANN *E.P.* III, 46, 38. WOLFF *I. Eccl.* I, 6. m. 1. §. 10. *de diebus penitent. & supplicationum.*
n) CARPZOV *Iurispr. Confist.* lib. I. def. 51. V.C. *q*) A. C. tit. vom Unterscheid der Speisen. CHEMNITIVS *exam. C. Tr.* p. IV. p. 760.
o) CARPZOV lib. II. def. 296. S. R. ZEIBICH *r*) WILDVÖGELII *d. de necessitate retinendæ confessionis priuatæ.* *de eo quod instum est circa tempus quadragesimale c. 2.*
p) III. BOEHMER *I.* §. 12. 13.

(1) qui caute, & tecto confessi nomine, reuelarunt peccata adhuc perpetranda s), aut (2) iam patrata prodiderunt, ut prodessent reip., ecclesiae, pœnitenti, uel seruarent uitam innocentis &c. nulla plane, reliquos uero arbitraria tantum pœna prosequuntur.

§. LXXXIII.

Quo iure (1) *confessio auricularis* dicatur ^{Epicrisis.} Innocentio III. antiquior, & (2) legitima ad sacram cœnam percipiendam preparatio t); (3) parochus peccata remittat *in dei uicem*; (4) quidam deo non pastori fieri confessionem, proptereaque (5) pastorem, de sibi reuelatis in confessione a superiore rogatum, se nihil eorum amplius scire, iureiurando confirmare posse, statuant, equidem non uideo. Sic quoque putarem (6) libertatem peccata priuatim parocho confitendi & non confitendi, itidem (7) *confessionarium* eligendi, electumque mutandi u), doctrinæ Lutheri, librisque symbolicis non contrariari x).

TIT.

- s) V. C. PERTSCHC. I. ap. III. BOEHMERVM
sect. II. c. 4. §. 17. I. E. P. V, 38, 61.
t) CARPZOV c. I. lib. x). LUTHER To. VII.
II. def 275. Ien. f 10. III. BOEHMER
u) Resp. Tubing. cau- c. I. §. 63. seq.
se Hendelie patrocinans

TIT. VI.

DE

SACRAMENTO ALTARIS.

§. LXXXIV.

In missa

Missa est sacrificium, quo panis & uinum deo offeruntur, sicque consecrantur, & statim atque uerba: *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus*, sunt prolata, in substantiam corporis & sanguinis Christi mutantur.

§. LXXXV.

quacun-
que,

Missæ quidem differunt intuitu (*a*) solemnitatatum, sub quibus *y*), (*b*) temporis, quo *z*), (*c*) eorum, pro quibus *a*), aut (*d*) in quorum honorem *b*) celebrantur; tamen in eo conueniunt, quod consent introitu, graduale, offertorio, canone missæ & postcommunione *c*), ac (*e*) ad normam missali Ro. * definitam cantentur.

* Intelligo *missale Ro.*, ex decreto C. Tr. restitutum, Pii V. P. R. iussu editum, & Clementis VIII. auctoritate recognitum. *Const. Clem. VIII.* 108. in *Bullar. M. To. III.* p. 174. Illud, quod gallico idiomate expressum est, sub pena excommunicationis neque legi neque retineri

y) c. 12. X. de celebr. miss.

z) c. 53. de consecr. D. I.

a) c. 72. ead. c. 2. 4. X. de celebr. miss.

b) c. 11. X. de præb.

c) SLEVOGT vom

Recht der Altäre c. 4.

§. 2. seq.

neri potest. *Alexander VII. const. 106. §. 2. Bul- lar. M. To. VI. p. 138.*

§. LXXXVI.

Unde hæc deriuo axiomata:

- I. Missam celebraturus pane & uino instructus esse debet.
- II. Oblationi panis & uini subest sacrificium.
- III. Panis & uinum in substantiam corporis & sanguinis Christi trans- eunt.

§. LXXXVII.

PANIS, sine quo missa celebrari nequit dum panis (§. pr i.), debet esse (1) *azymus**, (2) & *orbicularis*** , (3) ex tritici farina, aqua naturali subacta, & ignis calore tosta d), confectus.

* De cuius necessario usu olim disceptatum est acriter. Unde *azymita* a *fermentariis* sunt distincti. SIRMONTI tr. *an in altaris usu semper fuerit azymus panis?* CIAMPINI tr. *de perpetuo azymorum usu in ecclesia latina.*

** Græcis mox circularis mox quadrangularis forma placuit. ENGELCKEN *de placentis orbicularibus.*

§. LXXXVIII.

Aliquid aquæ VINO miscetur e), ut si uinum significetur, sanguinem & aquam ex Christi latere profluxisse.

Engau ius eccles.

S

§.LXXXIX.

d) WUESTNER *infectu uini c. 4. c. 1. 2. 4. 7. sit. Iur. Can. III, 41, 3. de consecr. D. 2. c. 8. 13. X.*

e) *Miss. Ro. tit. de de- de celebr. miss.*

§. LXXXIX.

offeruntur, fit sacrificium, quod Panis & uini oblationi deo factæ subest sacrificium (§. LXXXVI, 2.). Hinc non nisi sacerdos f) qualificatus g), ubi sacerdotalia uestimenta induit b), accendi fecit lumina i), & confessus est, in altari sacro k) (§. XV. seq.) missam canere potest.

§. XC.

propitiatorium habent & Sacrificium, quod missæ subesse dicunt, habent propitiatorium, idque quod prodest omnibus omnino l), uiuis & defunctis m), pro quorum fit peccatis, pœnis, satisfactionibus &c. quid? quod iis, qui missam audiunt. Hinc ad missam diebus festis & dominicis audiendam ad unum omnes obligantur n).

§. XCI.

quotidianum. Porro illud sacrificium uenditant, quod (1) quotidie (2) hora tertia o) (3) duobus præsentibus sibi que respondentibus p) fieri debeat. En causam, quam plerique iustam habent, cur sacerdotes extra matrimonium uiuere cogantur (lib. I. §. XI.) q).

§. XCII.

f) c. 1. 2. X. de cler. non ordin. ministr.

g) V. C. PERTSCH Elem. I. Can. p. I. §. 668.

h) c. 2. de pœn. in 6to.

i) c. f. X. de celebr. miss.

k) c. 1. 2. 12. 15. de consecr. D. 1.

l) Conc. Trid. sess. XXII. c. 2. 3.

m) c. 2. X. de celebr. miss.

n) c. 1. 2. X. de paroch.

o) c. 12. de consecr. D. 1.

p) c. 61. ead.

q) SAVSSAY panopl. sacerdot. II, 1, 2.

§. XCII.

Ad tertium (§. LXXXVI, 3.) notes (1) ^{Transsub-}transubstantiationem * fieri, dum sacer-^{stantiatio}dos canonem missæ recitans *r*), panem & uinum in uasis sacris *s*) linteo consecrato *t*) superimpositis, signo crucis notat (§. XLIX.), & secrete, distincte attenteque *u*) dicit: *hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Hæc uerba mutare aut mutilare piaculum est *x*).

Hæc doctrina (1) illo demum tempore nata est, quo benedictio panis & uini ad certa uerba restringebatur. Patres enim, quibus preces nunquam sine fructu fundi uidebantur, statuebant, panem, uerbis solemnibus adhibitis benedictum, non amplius communem sed diuina uirtute præditum esse; (2) absoluta uero in Conc. Ro. A. 1099. habito; (3) nomen denique transubstantiationis Innocentii III. tempore adinuentum est. PFAFF *de consecr. uet. euch.*

§. XCIII.

Panem, quippe quem in substantiam ^{uaria efficit.} corporis Christi mutatum habent canones, iubent (1) sollicitè adseruari *y*), (2) deuote adorari *z*), (3) religiosè circum-

S 2 ferri,

r) c. 55. de consecr. D. 2. Missal. Ro. p. 235. seq.

s) c. 44. seq. D. 1.

t) c. 46. ead.

u) BONA-*rer. liturg.* II, 11, 1.

x) c. 69. D. 2. de consecr.

y) PIGNATELLI *To.*

IV. *consuit.* 31. & *conf.* 150.

nr. 8. seq. GONZALEZ

To. III. p. 928. n. 5. 930.

nr. 7. seq.

z) c. 10. X. de celebr. miss.

ferris, (4) reuerenter ad ægrotos deferri a) &c. Idem uolunt porro, ut, statim atque sacerdos super pane pronuntiat uerba solemnia, signo crucis adhibito, (a) pulsatur campana, die Wandel = Glocke dicta, (b) & ipse sacerdos genua coram uenerabili flectat b), (c) illud eleuet c), (d) adorandum exponat d), (e) curetque, ut in facie expositi lampas die nocteque ardeat e).

§. XCIV.

Euchari-
stie

Eucharistia est actus, quo fideles symbola * consecrata (§.LXXXVII. seq.) ** percipiunt.

* Num hæc symbola, eorumque usus, ex ritu & formula Iudæorum paschali repeti debeant? disceptant Dd. Illud enim adfirmant SCALIGER de emend. temp. CALIXTUS harmonia euangel. HILDEBRAND ritual. euchar. p.23. negat contra DEYLING. sched. de S. eucharistia origine ex ritu & formula Iudæorum paschali non repetenda.

** Communio sub una, quam magni æstimat ecclesia pontificia, neque ex illa consuetudine, qua fideles particulam panis eucharistici secum tulerunt, ut eam necessitatis tempore manducarent, neque ex can. 28. Conc. Claramontani A. 1096. h. neque inde, quod uinum hic

a) GONZALEZ c. I. 175. seq.

p. 890. nr. 9.

b) offic. hebdom. sanct. p. 222.

c) CIRONIUS ad

compil. Honorii III. pag.

d) PIGNATELLI To.

IX. conf. 79.

e) ENGEL Colleg. I.

Can. III, 44, 2.

hic & illic defecerit, deriuari potest. Doctrina de substantiatione illius causa mihi uidetur esse. DARTIS tr. de eucharistia c. XVI. p. 475. V.C. PERTSCH Elem. I. Can. p. I. §. 653. ** Introducæ uero iusticiam pontificii ex eo probare uolunt, quod Christus sacramentum quidem eucharistiæ instituerit, modum autem dispensandi reliquerit ecclesiæ.

§. XCV.

Eucharistia in sacramentis est (§. XLV.), sacramentum
iisque necessariis (§. XLVII, 1.). Hinc

(1) illius non usus condemnare dicitur;
(2) episcopi & parochi, qua curatores animarum, fideles sibi subiectos sub pœna f) adigunt ad id, ut sacra cœna utantur frequentissime*; (3) olim non denegabatur in pœnitentiæ gradu & discrimine uitæ politis g).

* *Regulares* singulis mensibus, Clem. 1. de stat. monach. Conc. Trid. sess. XXV. c. 20. laici uero tribus illis feriis maioribus c. 16. 19. de consecrat. D. 2. aut ad minimum tempore paschatos c. 12. X. de pœn. & remiss. C. Tr. sess. XIII. c. 9. sacra cœna uti tenentur, sub pœna communionis ecclesiasticæ illis adimenda. c. 21. de consecr. D. 2.

§. XCVI.

Eucharistia habetur signum communio-quinam &
nis & fraternitatis ecclesiasticæ. Hinc

(1) ad eam non admittuntur, quotquot

S 3

nun-

f) c. 18. de consecr. g) c. 63. D. 25. c. 24.
D. 2. D. 86.

nunquam fuerunt aut esse desierunt membra ecclesiæ *b*), utpote catechumeni, hæretici *i*), apostatæ &c. (2) ad eam admittus habetur membrum ecclesiæ; (3) eucharistia data mortuo, hunc in communione ecclesiastica decessisse, olim denotabat *k*).

§. XCVII.

quando percipiant ² *missus* (§. LVIII. seq.) *l*) proptereaque (2) *maiorennis*, (3) a pollutione nocturna *m*) & *uenere* ante 3. 4. uel 8. dies exercita alienus *n*), (4) *ieiunus* *o*), nisi constitutus sit in mortis periculo *p*). En causam, cur non nisi semel in die (*a*) fidelis eucharistiam percipere *q*) & (*b*) sacerdos missam legere *r*) possit.

* Excipe tamen diem natiuitatis dominicæ, quo quilibet sacerdotum tres missas celebrare potest. c. 53. de consecr. D. I. c. 3. 5. X. de celebr. miss.

§. XCVIII.

Euangelicorum sententia & Euangelici (1) *missam* pontificiam quamcunque repudiant; (2) neque *panem* singulari modo conficiunt, neque aquam *uino* miscent; (3) symbola eucharistica nun-

b) c. 15. de consecr. D. 2.

i) c. 41. seq. C. 24. q. 1.

k) SCHMID d. de eucharistia mortuor.

l) c. 12. X. de poenit.

m) c. 1. 3. D. 6.

n) c. 21. de consecr. D. 2.

o) c. 54. ead.

p) PHOEBEVS *Instit.*
I. Can. II, 5, 9.

q) c. 13. de consecr. D. 1.

r) c. 3. X. de celebr. miss.

nunquam offerunt, multo minus (4) panem in substantiam corporis Christi, oblatione facta, mutatum, proptereaque (5) ad futuros usus adseruandum, (6) exponendum, (7) adorandum, (8) circumferendum &c. iudicant; (9) *communione sub una* institutioni contrariam reputant &c.

§. XCIX.

De hoc autem inter se disputant: (1) *controuer-*
 an *panis orbicularis* sit reiiciendus nec *fix.*
 ne s)? (2) an pastoribus ita competat
 potestas sacram cœnam administrandi, ut
 iis deficientibus, nullus laicorum symbo-
 la benedicere & erogare possit t)? (3)
 iure an iniuria adhibeantur *sacerdotalia*
uestimenta, lumina, altaria, linteum &c.?
 (4) num pastor uocem intendere, & si-
 gnum crucis adhibere, debeat tempore,
 quo pronuntiat uerba: *hoc est corpus me-*
um, hic est sanguis meus u)? (5) qua de
 causa alicubi pulsetur *campana*, quæ dici-
 tur die *Wandel-Stocke x)?* (6) an mini-
 stris V. D. competat potestas eos, quos
impœnitentes habent, a sacra cœna arcen-

S 4

di

s) SCHMID de oblat. GROTIVS de administrat.
 euchar. KORTHOLD de sacr. cœn. ubi pastores non
 hostiis. STRYK de iure sabb. sunt.
 c. IV. nr. 201. seq. u) III. BOEHMER I.
 t) LYNCKER d. de eo E. P. III, 41, 9.
 quod iustum est circa sa- x) STRYK c. l. nr. 217.
 cram cœnam c. 2. §. 2. seq.

di y)? (7) an *non usus sacræ cænæ*, ubi diurnus est, condemnet simpliciter? & (8) priuet sepultura ecclesiastica? (9) an parochus sibi ipse symbola eucharistica porrigere possit? (10) an laicis panem eucharisticum, ubi benedictus est, tangere liceat, nec ne? (11) num eucharistiæ perceptio sub pœna queat iniungi? &c.

§. C.

Communitio priuata. *Communitio priuata*, quam ius diuinum neque præcipit neque prohibet, me quidem iudice, a principe permitti & prohiberi potest, idque eo magis, quod a publica nonnisi temporis, loci & cætus fidelium, circumstantiarum iam olim mutatarum, intuitu differat.

§. CI.

In Germania, & quidem ciuitatibus tam mere pontificiis quam mixtæ religionis, euangelici neque processionum publicarum neque aliis temporibus cogi queunt ad adorandum uenerabile, quod exponitur aut circumfertur z) (Prol. §. LXXI.).

TIT.

y) LYNCKER c. d. c. Lehre vom päpstlichen
2. §. 8. TITII Probe des Mißbrauch des Binde-
geistl. Rechts p. 449. seq. Schlüssels.
& Ausführung seiner z) I. P. art. V. §. 34. 48.

TIT. VII.

DE

EXTREMA VNCTIONE.

§. CII.

Extrema unctio est illinitio partium sensu-Extremæ
sualium corporis morbo grauter cor-unctionis
repti, oleo sanctificato (§. IV.) facta.

§. CIII.

Quum signum in oleo, & rem signatam sacramen-
in remissione peccatorum adinuenisse sibi tum,
uidentur, simulque putant, huius actus
mandatum & exemplum in sacris literis a)
deprehendi: extremam unctionem sacra-
mentis annumerant, eamque non nisi a
parochis * parochianis administrari b) pos-
se statuunt.

- * Hi, prout iis lubet, possunt soli aut alio cle-
rico adistente extremam unctionem peragere.
c. 14. X. de V. S.

§. CIV.

Tempore, quo sacerdos aegroti corpo-ubi solem-
ris partes sensuales ad formam crucis (§. niter per-
XLIX.) inungit oleo, his utitur uerbis: actum est,
*per istam unctionem & piissimam misericor-
diam suam indulgeat tibi deus, quicquid
deliquisti per usum, auditum, odora-
tum*

S 5

a) Iac. V, 14. seq. Marc. b) c. 3. D. 95.
VI, 3.

tum & c. * c). Postea manus imponit, ardentemque tradit cereum.

* Quia neque *formulam* in unctione adhibendam, neque *partes corporis* unguendas, definit Iacobus, ecclesia suæ libertatis memor (a) mox indicativa, mox deprecatoria formula usâ est, *ESPEN I. Eccl. p. II. tit. 8. c. 1. §. 13.* nec (b) eandem semper partes inungi præcepit. *IDEM c. I. §. 19. seq.*

§. CV.

dicitur medicina corporis & animæ.

Extrema unctio dicitur medicina corporis & animæ. Unde (1) iis, quorum uel corpus, uel anima non potest non perire, plane non, & (2) peccatorum pœnitentibus tunc demum, ubi in morbum periculosum inciderunt, administrari potest; (3) legitime administrata, reliquias peccati abstergere, gratiamque operari uidetur d), proptereaque (4) sacramentis necessariis annumeratur.

§. CVI.

Euangelicorum sententia.

Quia (1) Iacobus uirtutem ægros sanandi, non oleo, sed precibus adscribit, (2) Marcus de uirtute quadam miraculosa, quæ solis apostolis competebat, loquitur, (3) unctio pontificia, sec. XII. nata e), ab apostolica admodum differt effectus, nec non personarum administrantium & recipientium.

c) *Rit. Ro. p. 68. seq.* e) *GIBELLINI (GOE-
d) Conc. Trident. sess. BELII) Casareop. Ro. II,
XIV. c. 2. 3. ROYE Instir. 5, 9. p. 267. III, 3, 8. p.
I. Can. II, 8, 8. 444.*

pietium intuitu, & (4) neque exemplum, neque præceptum unctionis extremæ, quam ex iure pontificio stitimus (§. CII. sq.), in sacris literis legitur: tantum abest, ut eam sacramentum habeant, ut potius in totum repudient euangelici.

TIT. VIII.

DE

MATRIMONIO.

§. CVII.

Matrimonium est contractus, quem masculus & femina de sobole procreanda & forte communicanda ineunt. Matrimonium

§. CVIII.

Diuiditur in *legitimum* & *ratum*, prouti tam ratum quam legitimum
ciuilibus aut ecclesiasticis legibus seruatis contractum est.

§. CIX.

Unde seruo sequentes regulas:

- I. Matrimonium in contractibus est.
- II. Finis matrimonii duplex est, scilicet procreatio sobolis sortisque communicatio.
- III. Matrimonium legitimum ad ciuilia, ratum uero ad ecclesiastica negotia pertinet.

MEMBR. I.

DE

CONTRACTV MATRIMONII.

§. CX.

consensus
conficit.

Matrimonium in contractibus est (§. CIX, 1.). Hinc (1) qui consentire nequeunt, plane non, & (2) quorum intellectus immaturus est, aut uoluntas alterius uoluntati subiacet, tunc demum, si legitimo consilio uel consensu suffulcian- tur, matrimonium contrahere possunt; (3) ubi consensus matrimonialis dubius est, imperfectus & nihil certi definiens, uel a iocante simulanteue declaratus, ces- sat matrimonium.

§. CXI.

Quid sta-
tuendum
de matri-
monio eo-
rum, qui
plane non
consense-
runt, aut

Quia matrimonium inire nequeunt, quotquot facultate consentiendi destitu- untur (§. pr. 1.), sequitur (1) ut matri- monium, quod contraxerunt (*a*) *dolo* cir- cumuenti, (*b*) *errore* circa personam aut qualitatem singularem, qua ea adficitur *f*), non autem circa illius nomen *g*), fortu- nam *h*) &c. lapsi, (*c*) summa *ebrietate*, aut (*d*) *ira* correpti, (*e*) in *furorem* acti, (*f*) im-

f) WUESTNER *Inst.*
Can. IV, 1. art. X. nr. 207. sq.
KVGLER *tr. de matri-*
monio p. I. c. 5. q. 13. seq.
p. 809. §12.

g) KVGLER *c. l. c. 2.*
§. 1. p. 499.

h) STEIN *d. de con-*
iugio maris pauperis & fe-
mine locupletis.

importunis precibus moti), (g) metu magna calamitatis* illiusque presentis, nec a causa naturali k) aut iure l), sed ex illicito cuiusdam facto prouenientis m), fracti debilitatique, (b) ea ui, quam leges reprobant n), compulsi &c. non ualeat; (2) conualescere tamen possit, si, postquam dolus nudatus, error cognitus, sanitas integritasque mentis recuperata, ebrietas soluta, ira deflagrata, uis sublata, metus depulsus &c. libere probetur ab eo, cuius consensus ob dolum tertii uel ex alia causa defecit antea o).

* Siue hæc ipsi contrahenti, siue illius cognatis aut amicis imminuerit, perinde est. KVGLER de matrim. p.I. c. 2. §. 3. nr. 103. p. 114.

§. CXII.

Consensus, sine quo illi, quorum intellectus nondum maturus est, aut uoluntas alterius uoluntati subiacet, matrimonium inire nequeunt (§. CX, 2.), uel honestatis est, uel necessitatis. Ille non nisi ex grauibus & ordinario iudici probatis causis denegari potest, *hic* pecunia plerumque redimi-

i) KVGLER c. l. p. I. c. 4. q. 38. p. 336.

k) WIESTNER c. l. art. XI. nr. 222.

l) KVGLER c. l. q. 39. p. 338.

m) WIESTNER c. l. nr. 224. seq.

n) BRVCKNER *decis. matrimon. c. XXI.*

§. 12. sq.

o) WIESTNER c. l. nr. 250. sq. KVGLER c. l. p. I. c. 2. §. 5. p. 118. & c. 4. q. 35. nr. 329.

imitur, &, ubi impetratus non est, matrimonium iam contractum dirimit. Uterque ab imperio liber & immunis esse debet.

§. CXIII.

illegitime. Est autem *honestatis*, ut liberi parentum *q)*, & minores tutorum, aut, ubi hi inter se dissentiunt, magistratus consensus impetrent *qq)*. Contra consensus dominorum & centurionum *necessarius* est hominibus propriis *r)* & militibus * matrimonium inituris *s)*, qui plerumque illum redimere tenentur (§. pr.) *t)*.

* De codicillis indulti connubialis militum v. Trauschein, quos scribit aut saltem subscriptione firmat chiliarcha, præter *BYNEMANNVM* differit *BERTOCH* c. l. c. 5. §. 13.

§. CXIV.

Consensus parentum, quem, ut ne lædatur honestas, liberi requirere tenentur (§. pr.), ex grauibus tantum causis denegari potest (§. CXII.). Huc autem referuntur (1) magna *religionis* & (2) *conditionis* inter matrimonio iungendos disparitas, (3) conclamata spes *finem matrimonialem* obtinendi &c. neutiquam uero (4) spes

q) c. 1. sq. C. 30. q. 5.
Conc. Trid. sess. XXIV. c. 1.
qq) MANTZEL *de re-*
quisitione consensus absque
formidine denegationis.

r) POTGIESER *de sta-*
tu seruorum II, 2.

s) BERTOCHS *Recht*
in Ehe und Schwän-
gerungs = S. der Sol-
daten. c. 1. §. 20. sq. & c. 5.
t) IDEM c. l. c. 2. §. 8.
seq.

spes nobilioris, ditioreis uel formolioris sponsa filio quaerenda, aut (§) quod pater iurauerit, se nunquam in nuptias filii consenturum esse. Huius posterioris generis aliquam ubi parentes laudant, eorum *consensum supplet* magistratus *u)*, qui quoque *parentum* in furorem actorum aut ab hostibus captorum *nomine consentire* solet.

§. CXV.

Ex eo, quod sobolis procreatio sit finitur sobolis procreandae causa. (S. CIX, 2.), facile dignoscitur: (1) cur coniuges ab eo tempore, quo cohabitarunt, una caro dicantur esse *x)*, (2) cur *impotentia coeundi * y)*, (*a*) siue naturali, siue artificiosa, (*b*) siue absoluta, siue secundum quid tali *z)* laborantes a matrimonio excludantur.

- * Num quis coire possit, nec ne, ex illius aetate c. 3. X. de despons. impub. c. 8. 9. X. de sponsal. & externo corporis schemate GVDLING. XXIV, 2. §. 16. neutiquam uero ex inspectione uerendorum diiudicatur. KVGLER. tr. p. II. c. 5. §. 3. nr. 1500. p. 761.

§. CXVI.

Unde matrimonium, si quod femina Hinc ab eo cum

- u)* WILLENBERG d. IV, 15, 25. SIMON de de consensu parentum sup- impotent. coniug. plendo per magistratum in *z)* c. 4. 5. X. de frigid. nuptiis liberorum. & malef. WIESTNER *x)* c. 16. sq. C. 27. q. 2. c. l. nr. 8. seq. 27. *y)* WIESTNER c. l.

excludun-
tur, qui ob
statum cor-
poris

cum *eunucho a)*, *hermaphrodito b)*, *frigiditate c)* &c. aut masculus cum femina *nimis arcta d)*, *contagiosa e)*, *fascino ligata f)* &c. nesciens contraxerit*, subsistit minime, nisi (*a*) potens impotentem retinere uelit, quod potest *g)*, aut (*b*) impotentia ea sit, quæ tolli potest facile** *b)*, uel (*c*) matrimonium iam consummatum subsecuta *i)*.

* Impotens, quocum alter sciens uolensque matrimonium iniit, repudiari nequit. Quia de re subsistunt nuptiæ (*a*) senum, HOFFMANNI tr. de matrim. sexagen. cum quinquagen. nr. I. c. I. §. II. (*b*) iuuenis cum uetula, (*c*) sani cum posita in mortis periculo. SANCHEZ c. I. disp. 105. WIESTNER c. I. IV, 15, 34. KYGLER c. tr. p. II. q. 65. p. 982.

** Quodsi uero nequeat tolli citra uitæ periculum, hocque subire detrectet impotens, datur locus dremtoni. c. 6. f. X. de frigid. WIESTNER c. I. nr. 11. seq.

§. CXVII.

uel ex alia

Sic quoque matrimonium celebrare neque-

a) Bullar. M. To. II. p. 587.

b) KYGLER c. tr. p. II. c. 5. §. 3.

c) tit. X. de frigid.

d) SANCHEZ de sacram. matrim. lib. VII. disp. 93.

e) tit. X. de coniug. le. prof.

f) c. 4. C. 33. q. 1. ANON. de iniuriis, quæ nouis nuptis inferri solent. membr. 3. q. 17.

g) c. 5. X. de frigid.

h) c. 3. eod.

i) c. 25. C. 32. q. 7. SANCHEZ c. I. disp. 102. seq.

queunt II. qui nuncuparunt *uotum casti-* causa ar-
tatis siue minus solemne *k*), siue solemne, centur
 i. e. ex religione publice suscepta fluens *l*). coitu.
 III. qui *sacrum ordinem* susceperunt *m*) li-
 bere *n*). IV. ii, quorum congressum de-
 testantur canones. Hinc nullæ nuptiæ
 (*a*) inter *cognatum cognatamque*, (*b*) inter
adulterum & adulteram, si (*α*) nocens con-
 iux innocentis uitæ struxerit insidias, aut
 (*β*) saltem eo adhuc uiuo, fidem de ma-
 trimonio cum socio criminis adulterii
 contrahendo dederit *o*). Sic quoque (*c*)
 qui *rapuit* alterius sponfam, (*d*) *occidit*
 coniugem, aut (*e*) presbyterum &c. olim
 impediebantur, quo minus ullum contra-
 herent matrimonium *p*).

§. CXVIII.

In quibusdam Germaniæ locis *consen-* Usus in
sus paternus necessarius est; in aliis, illi, Germania
 qui eo non impetrato matrimonium inie- &
 runt, dote & quandoque hereditate pa-
 terna priuantur.

Engau ius eccles. T §.CXIX.

k) c. 6. X. *Qui cler.*
uel nou.

l) c. 3. 7. eod. W I E S T -
 N E R c. l. IV, 6. art. 4.
 nr. 50. seq.

m) K V G L E R c. tr.
 p. II. §. 4. sq. & q. 31. p. 884.
 q. 35. p. 899.

n) W I E S T N E R c. l.
 art. 1. nr. 13. seq.

o) c. 1. seq. C. 31. q. 1.
 K V G L E R c. l. c. 4. §. 5.
 p. 686. & q. 57. p. 964.

W I E S T N E R c. l. IV, 7.
p) W I E S T N E R c. l.
 IV, 16. art. 3.

§. CXIX.

apud
euange-
licos,

Dicta quoque seruant euangelici, si *ordinem sacrum, uotum castitatis solemne, & alia*, præter adulterium, crimina de numero impedimentorum matrimonii contrahendi exemeris.

MEMBR. II.

D E

COGNATIONE.

§. CXX.

Cognatio
carnalis in

Cognatio, quæ est in impedimentis matrimonii contrahendi (§. CXVII, a.), uel *VERA* est, & *carnalis* dicitur, uel *FICTA*, quæ prout legibus ciuilibus aut ecclesiasticis stabilita est, audit *legalis* aut *spiritualis*.

§. CXXI.

consanguini-
tatem &

Cognatio carnalis (§. pr.) ex sanguine orta, *consanguinitas*, ex coitu nata, *adfinitas* dicitur.

§. CXXII.

adfinita-
tem discri-
buitur,

Adfinitas in *legitimam* & *illegitimam* diuiditur, quia coitus, quo ea contrahitur (§. pr.), mox licitus est, mox illicitus q).

§. CXXIII.

q) BECHSTAD *collat. iur. conn.* p. 359.

§. CXXIII.

Stipes est persona, a qua descendunt alii; *stipes communis* uero, persona a qua descendunt, de quorum cognatione quaeritur. Quid stipes,

§. CXXIV.

Relatio personæ generatæ ad generantem, *gradum conficit*. Hinc (1) eorum, qui a se inuicem descendunt, generationes numerans, numerat gradus, & determinat distantiam; (2) in adfinitate gradus proprie sic dictos numerare nequis.

§. CXXV.

Graduum (§. pr.) concatenata series, *linea* & *linea* dicitur. Hæc diuiditur in *rectam* & *collateralem*, prout personæ, quarum generationes sistuntur, sibi inuicem sunt parentum liberorumque loco, aut agnoscunt tantum eundem stipitem. Et, quia hi mox æqualiter, mox inæqualiter distant (§. pr.) a communi stipite (§. CXXIII.), *linea collateralis* in *æqualem* & *inæqualem* subdiuiditur.

§. CXXVI.

Quoto gradu duo cognati a se inuicem distent, significaturus, in *linea recta* ad uenam omnes generationes, in *collaterali* uero eas tantum, quæ sunt inter communem stipitem eosque, de quorum cognatione quaeritur. Quænam in computando seruanda regula?

quaritur*, numerare tenetur. Unde regula:

I. in linea recta:

Quot generationes numerantur, tot sunt gradus.

II. in linea collateralis æquali:

Quoto gradu unusquisque distat a communi stirpe, toto gradu distant inter se.

III. in linea collateralis inæquali:

Quoto gradu remotior distat a communi stirpe, eodem distant inter se.

* Gregorius M. consobrinis secundum gradum tribuit, propterea, ut plerisque visum est, quod fratres truncum habuit. Hoc patres, eum secuti, non attendentes statuerunt, computum a civili diversum a Gregorio excogitatum esse, hunc nimirum, ut gradus unius tantum lateris numerentur, & sic cognatorum distantia a communi stirpe quaratur, dum querenda esset cognatorum distantia a se invicem. Hunc computum, quem prudentes excogitarunt, legitimum fecit Alexander II. Quo autem iure, disquisiuit HOTTOMANN *tr. de grad. consangu.*

§. CXXVII.

Adfinitatis
genera &

Adfinitatis tria dantur genera. Scilicet unus concumbentium cum alterius (a) consanguineis, primum r); (b) adfinibus primi generis, secundum; (c) adfinibus secundi generis, tertium adfinitatis genus con-

r) c. 8. X. de consangu. & affm.

contrahit. Præterea notes (1) quod consanguinei coniugum inter se adfines non sint *s*); (2) quod *persona, personæ, quæ antea ad familiam accessit, addita per carnis copulam, mutet genus t*), (3) quod *ex persona accedente & accessæ qui generantur, non accedentis, sed accessæ personæ genus adfinitatis sortiantur.*

* Adhuc alias de adfinitate regulas tradit BECHSTADIVS c. l, horridas tamen & maximam partem inutiles.

§. CXXVIII.

In adfinitate licet nulli gradus (§. gradus. CXXIV, 2.) & sic nullæ lineæ (§. CXXV.); usû tamen obtinuit regula: *quoto gradu quæue linea consanguinitatis mihi est Titius, eodem gradu eademue linea adfinitatis mihi est illius uxor u), concubina &c.*

§. CXXIX.

Cognatio legalis (§. CXX.), seu propin-^{Cognatio} quitas, quæ ex adoptione prouenisse fin-^{legalis &} gitur *x*), imitatur carnalem (CXXI. seq.). Hinc ea iuncti mox consanguineis mox affinibus æquiparantur *y*), & uel in recta, uel in collateralis linea positi dicuntur.

T 3

§. CXXX.

s) c. 5. eod.

t) *collat. iur. connub.*

p. II. c. 3. p. 161.

u) BECHSTAD c. l.

c. 4. p. 165.

x) IDEM c. l. p. I. c. 4.

KVGLER c. tr. p. II. q. 55.

p. 959.

y) KVGLER c. tr. p. II.

c. 4. §. 4. p. 683.

§. CXXX.

spiritualis. *Cognatio spiritualis* (§. CXX.) est coniunctio personarum, quæ ex baptismo* 2), confirmatione uel confessione auriculari** prouenisse fingitur a).

* Cognatio ex baptismo oriri solita, quæ olim in compaternitatem, paternitatem & fraternitatem diuidebatur, hodie contrahitur nonnisi inter baptizantem, baptizatum huiusque parentes ex una, & paternos ex altera parte. Idem dicendum est de cognatione, quæ ex confirmatione proficiscitur. *Conc. Trid. sess. XXIV. de ref. marrim. c. 2.*

** Hanc cognationis spiritualis causam esse negat KVGLER c. IV. p. II. c. 4. §. 3.

§. CXXXI.

Ufus in Germania & *Cognatio legalis in Germania rarissima est, nec contrahitur, ut quidam putant, per unionem prolium.*

§. CXXXII.

inter euangelicos, Euangelici (1) cognationem *spiritualem* quamcunque repudiant, & (2) *carnalem* eodem considerant modo, quo pontificii. Quid? quod graduum computationis regulas ad unam omnes (§. CXXVI.) seruant, licet earum secunda & tertia a ueritate aberrant quam maxime.

MEMBR.

2) 26. C. de nupt.

To. II. p. 127.

a) FLORENS Oper.

MEMBR. III.

DE

NVPTIIS COGNATORVM
PROHIBITIS.

§. CXXXIII.

Iure canonico - pontificio inter *consanguineos* in linea recta positos, in infinitum * *nuptiæ inter consanguineos*, *b*); inter collaterales uero usque ad quartum gradum *c*) prohibentur nuptiæ. Hinc nemo ducere potest (1) unam ex ascendentibus uel descendentibus, (2) sororem suam consanguineam, uterinam, multominus germanam, (3) amitam aut materterram &c.

* Huius sententiæ fata enarrat SCHRADER *de causis fori eccles.* p. 69.

§. CXXXIV.

Eadem nuptiæ inter *adfinis* primi generis * sunt prohibitiæ. Nam in linea recta simpliciter *d*), in transuersa uero ad gradum usque quartum prohibentur nuptiæ. Iam quum consanguinei coniugum inter se non sint adfinis (§. CXXVII.), sequitur: (1) ut quis noueræ suæ sororem, immo (2) matrem, & (3) pater filiam illius, quam uxorem duxit filius, ducere possit; (4) ut nuptiæ inter filiam meam ex priori matrimonio procreatam & socerum meum posterioris matrimonii uix sint prohibitiæ;

T 4

b) c. 18. C. 35. q. 2.

c) *adfinis*.

c) c. 8. X. *de consangu.*

d) c. 1. X. *eod.*

bita; (§) ut compriugni matrimonio iungi queant, si uel maxime adfit communis frater &c.

* *Secundum tertiumque genus adfinitatis non obfunt contrahendo matrimonio. Itaque defunctæ uxoris fratris niduam ducere potes, quicquid dicat CARPZOV Iurisprud. Conf. def. 102.*

§. CXXXV.

alio modo cognatos sint prohibita?

Qui cognatione *spirituali* iunguntur, ea durante, matrimonio iungi nequeunt. Sic quoque eos, quibuscum tibi intercedit cognatio *legalis*, in matrimonium petere nequis, nisi sint in linea transuersa positi, nec amplius duret adoptio.

§. CXXXVI.

Euangelicorum sententia.

Euangelici (1) *cognitionem spiritualem*, quippe quam ignorant (§. CXXXII, 1.), plane non e), & (2) *legalem* suo tantum modo, impedimentis matrimonii contrahendi annumerant. Quod ad (3) *carnalem*, a pontificiis non eodem ubique modo recedunt, alibi enim (a) non nisi nuptias intra tertium gradum æqualis, & alicubi inæqualis f) lineæ, alibi intra secundum gradum lineæ æqualis contrahendas illicitas reputant, & (b) secundum genus adfinitatis * matrimonio ineundo toties impedimento esse statuunt, quoties subest parentelæ respectus.

MEMBR.

e) CARPZOV *Iurispr. Consist.* lib. II. def. 74.

f) IDEM c. I. def. 77. 79. 84. seq.

MEMBR. IV.

DE

DISPENSATIONE IN NVPTIIS
COGNATORVM PRO-
HIBITIS.

§. CXXXVII.

Dispensatio est gratiosa legis matrimo- Dispensatio
nium prohibentis in singulari aliquo
casu facta relaxatio.

§. CXXXVIII.

Unde regulæ:

I. Non nisi lege prohibitiua superior
dispensare potest.

II. Dispensatio ad exemplum trahi
nequit.

§. CXXXIX.

Ex prima regula (§. pr. 1.) intelligo (1) ^a a superiore
in nuptiis eorum, qui ex adoptione sibi
sunt cognati, principem, (2) in illis au-
tem, quæ Leu. XVIII. & XX. non tamen
I. N. sunt prohibita*, pontificem g) qua
uicarium Christi (lib. I. §. XXIX.), & (3)
episcopos in nuptiis non lege diuina sed
ecclesiastica uniuersali prohibitis, si (a)
speciali sedis apostolicæ priuilegio sint
muniti b), aut (b) extet casus urgentis

T 5

ne-

g) Conc. Trident. sess. XXIV. de matr. c. 3. SAN- IV, 16, 58. seq.
CHEZ, c. l. VII, 51, 52.

necessitatis *i*), aut (*c*) impedimentum dispensatione remouendum, omnibus ferre sit incognitum *k*) &c. dispensare ** posse.

* Quæ uero huc pertineant: est illud, de quo disceptant adhuc hodie. Plerique eo referunt matrimonium cum patruæ uidua, fratris uxore &c.

** Hoc uel illud nuptiis impedimento non esse, ad unum omnes *declarare* possunt episcopi.

§. CXL.

prævia cau-
sæ cogni-
tione

Quia pontifex & episcopi omnia matrimonii impedimenta tollere nequeunt (§. pr. 2. 3.), I. dispensationem quærentium est, laudare (*i*) ea omnia, quæ nuptiis sunt impedimento, speciatim *gradum consanguinitatis*, & qualitatem copulæ, unde nata est *adfinitas l*) &c. (*2*) causas, ex quibus impedimentum remoueri possit, II. pontificis & episcoporum, inquirere (*1*) in impedimentorum qualitatem, & (*2*) causarum petitiæ dispensationis iustitiam ueritatemque.

§. CXLI.

data

Ubi impedimentum dispensabile, & causam dispensationis ueram iustamqueprehendit pontifex, dispensationem largi-

i) IDEM c.l. nr. 64.

k) IDEM c.l. nr. 86.

l) IDEM c.l. nr.

99. seq.

gitur, dans *diploma m)* certo pretio * redimendum.

* Dispensationes gratis dari iusserunt patres *Conc. Trid. sess. XXV. c. 12.* aff. frustraneo ausu. Adhuc enim hodie dispensationum diplomata pretio, eoque magno, redimi debere, nos docent *CORRADVS prax. dispensat. cur. Ro. MULLER StaatsTab. 7. Erfdn. c. 8.*

§. CXLII.

Regula secunda (§. CXXXVIII, 2.) do- ad exem-
cet, dispensationum diplomata strictissim- plum trahi
mā interpretationis esse, nec genti cui- nequit.
dam tribuere potestatem has uel illas nu-
ptias lege prohibitas ineundi n).

§. CXLIII.

In Germania (1) pontifex adhuc ho- Usus in
die dispensat in nuptiis pontificiorum m) Germania.
non autem euangelicorum principum pro-
hibitis; (2) ii, qui, dispensatione petita qui-
dem, nondum tamen impetrata, concu-
buerunt, luere tenentur pœnam pecunia-
riam uel carceris o), quam non absorbet
pecunia pro dispensatione dari solita; (3)
perinde est, sint nupturientes ab uno an
utroque latere cognatione iuncti p).

§. CXLIV.

Ex plerorumque euangelicorum sententia Sententia
(1) lex, euangeli-
corum.

m) AMYDENIVS de matrimoniis principum &
stylo Datarie. statutum imperii.

n) RYMER act. publ. q) CARPZOV Iurispr.
To. VI. p. 457. Conf. lib. II. def. 128.

nn) SCHORCH de singu- p) IDEM c. l. d. 117.
laribus iuribus circa ineunda

(1) lex, quæ Leu. XVIII. legitur, *uniuersalis** est, & (2) de *gradibus* **, quibus describendæ essent personæ ibi enarratæ, sumenda, eaque (3) quam nullus hominum, quia cessat uicariatus, relaxare potest q). Unde principi euangelico potestas *dispensandi* in nuptiis consanguineorum & affinium in gradu secundo lineæ æqualis r), & tertio lineæ inæqualis, si cesset parentelæ respectus s), neutiquam uero secundo lineæ inæqualis t) positorum, competere dicitur.

* De quo tamen dubitant alii, quia (1) lex noua, (2) Iudæis tantum non omnibus hominibus in deserto lata, & (3) non nisi ex nimio zelo a primis christianis probata est. V. C. FLEISCHER *Einleit. zum geistl. R. II*, 9, 6. seq.

** Quia deus (1) hanc legem, qua pristina libertas restringitur, (2) tulit Iudæis, duræ ceruicis hominibus, (3) quos nullibi modum gradus computandi docuit; (4) in eodem gradu diuersa sæpe fieri uoluit, & (5) Leu. XX. dum legem repetiit, non eiusdem gradus alias sed easdem personas nominauit &c. putarem, cum nominasse personas, inter quas nullæ deberent esse nuptiæ. In qua quoque sententia fuerunt Talmudistæ, LUTHERVS To. II. *Oper. Jen.* f. 252. BRVCKNER *decif. marrim.* p. I. c. 6. p. 303. seq. & alii.

§. CXLV.

q) IDEM c. l. d. 109. 115 seq.

r) IDEM c. l. def. 113. sq. r) IDEM c. l. def. 111. sq.

s) IDEM c. l. def.

§. CXLV.

Num princeps euangelicus in nuptiis cum defunctæ uxoris sorore incundis dispensare possit? acriter disputatum est 1595. 1652. 1669. 1706. u). Equidem putarem, has nuptias in sacris literis x), ubi propositio modalis legitur, prohibitas non esse, proptereaque sine causa dubitari de dispensandi potestate principis. Unde intelligere potes, quid statuam de nuptiis, cum uxoris defunctæ fratris aut sororis filia &c. celebrandis.

§. CXLVI.

Pecunia, quam pro dispensatione solui iubent principes, multis in locis ad pios usus conuertitur. Dispensations-Gelder.

MEMBR. V.

DE

SOLEMNITATIBVS ECCLESIASTICIS, QVIBVS CONSVMMARI DEBENT NVPTIAE.

§. CXLVII.

Solemnitas, quas tempore matrimonii ineundi seruari iubet ecclesia, sunt: Proclamationem sequitur
proclamatio & benedictio sacerdotalis. Illa est publica matrimonio iungendorum denun-

u) THOMASII Jus §. 14. seq.
rist. Sand. p. II. cas. 8. x) Leu. XVIII, 13.

nuntiatio y), addita incerti cuiusque contradictoris prouocatione ad impedimentum iusto tempore z) laudandum, ni uelit silentium seruare perpetuum a). Quia regulariter *tribus* * diebus *dominicus* b), in ecclesia cuiusque matrimonio iungendorum *parochiali* fieri debet, non immerito cum citatione edicliali comparatur c).

* Innocentius c. 3. X. de *clandest. despons.* arbitrio parochi reliquerat, semel an scipius matrimonium contrahendum ex suggestu denuntiare uelit, dummodo terminum poneret, intra quem cuique accusare liceret.

§. CXLVIII.

uel impedi-
menti al-
legatio &
probatio,

Impedimenta, quæ contradictor laudare potest (§. pr.), uel *publica* sunt uel *priuata*. Ad illa pertinent: consanguinitas, adfinitas, ordo sacer, uotum &c. ad hæc prioritas sponsalium.

§. CXLIX.

Impedimenta, quæcunque sint, iusto tempore laudari, & postea probari debent. In publicorum probatione hoc singulare est, quod unico testi, etiam propriam .tur-

y) SCHMID d. de de-
nunt. de suggest.

z) c. 3. f. de clandest.
despons. c. 27. X. de spon-
sal. c. 6. X. qui matr. ac-
cus. poss.

a) f. X. qui matrim. ac-

cus. poss.

b) Conc. Trid. sess.
XXIV. de reform. c. 1.

c) STRYK ad BRVN-
NEM. II, 16, 6. HOCH-
MANN de bened. nupt.
c. 3. §. 22.

De solenn.
corporationem
præterea in re

Benedictio
mas, quo ma-
solum matrimo-
nium, præter
prebus e),
fuit, quæ in
cidente f) leg-
que necessitat
aque matrimo-
in ecclesia *

* Præterea
bet fact
actum
Cogn. 12

Non tamen
di potest p
reunius &
qualia sunt
pactum ab

d) HORN
plena per unum
nr. 12.

e) HOCHEM
c. V. §. 22.

f) Nou. 74-
p. 97.

turpitudinem laudanti, fides habeatur *d*), præsertim si res adhuc integra.

§. CL.

Benedictio sacerdotalis (§. CXLVII.) est uel benedictio ritus, quo masculus & femina, ubi consensus matrimoniale declararunt, a parocho, presentibus testibus adhibitisque precibus *e*), iunguntur in perpetuum. Hæc, quæ in occidente primum, dein oriente *f*) legibus publicis firmata, sicque necessitatis facta est, peragitur statim atque matrimonio iungendos parochus *g*) in ecclesia * obtulerunt paranyphi *h*).

- * Prævia dispensatione uel necessitate urgente quilibet sacerdos, etiam in loco priuato, hunc actum peragere potest, CARPZOV *Iurispr. Conf.* II, 143. seq.

§. CLI.

Non tamen ad benedictionem progressi potest parochus (1) intra *clausa*, seu re danda, ieiuniis & pœnitentiis dicata *i*), *tempora*, quæ qualia sunt tempus quadragesimæ *k*) & spatium ab aduentu domini, usque ad diem

d) HORN d. de probat. plena per unum testem. c. 3. nr. 12.

e) HOCHMANN c. I. c. V. §. 22.

f) Nou. 74. Capit. To. I. p. 972.

g) HOCHMANN c. I. c. III. §. 9.

h) c. I. 5. C. 3. q. 5.

i) c. I. seq. C. 33. q. 4.

k) c. 8. seq. ead. c. 16. de

consecr. D. 5. WIESTNER c. I. IV, 16, art. 2.

em epiphania 1); (2) dum durat *interdictum ecclesie m)*, cuius causa est modo lis de sponsalibus mota, modo laudatum consanguinitatis uel adfinitatis impedimentum.

§. CLII.

matrimo-
nium sacra-
mentis an-
numerat.

Benedictione sacerdotali rite & legitime facta, matrimonium in *sacramentum* abiisse dicitur. Iam quum nullius sacramenti capax sit, qui nondum baptizatus: matrimonium, quod *fidelis cum infideli* coram parochio contraxit, sacramentum non habetur, ne quidem *fidelis intuitu n)*.

§. CLIII.

Quid iuris,
si procla-
matio om-
missa, aut

Matrimonium, sine præuia proclamatione, benedictione firmatum, non irritatur o); ii tamen, qui benedictionem sacerdotalem petierunt & dederunt, suis pœnis subiacent, nisi *dispensationem* ab episcopo illiusve uicario p) impetratam fuisse docere uelint. Dispensando autem facile remittitur proclamatio (1) necessitatis tempore, (2) iis *, in quos nulla cadit sponsalium cum aliis celebratorum aut matrimonii clandestini suspicio q).

* Tan-

1) *Conc. Trid. sess. lib. II. disp. 8.*

XXIV. *de reform. matr.*
c. 10.

o) KVGLER c. tr. p. I.

q. 53. p. 377.

m) c. 1. seq. X. *de matr.*
contracto contr. interd. ec-
cles.

p) IDEM c. l. q. 54.
seq. p. 379. seq.

q) MENCKE d. de

n) SANCHEZ c. l.

omissa *proclam. sacerdot.* 7.

- Tantum abest, ut principes solemniter proclamentur, ut potius eorum nomina ne quidem demittentur, nisi hoc petant ipsi **CONRING in bullam Innocentii X. c. 1. seq.** Publicis tantum precibus rogatur deus, ut felix faustumque iubeat esse instans coniugium. **PE. MULLER ad STRUVII Synr. I. Ciu. exerc. XXIX. th. 26.**

§. CLIV.

Matrimonium, quod quis *contra interdictum ecclesie* contraxit, subsistat, necne? ex causa interdicti diiudicare debes. Si ea fuerit impedimentum impediens, sicque dispensabile, subsistit matrimonium; sin impedimentum dirimens, donec huius qualitas satis cognita, separantur coniuges r), & statim atque legitime probata est, dirimitur matrimonium.

§. CLV.

In Germania quidam pontificiorum statuunt, non benedictionem, sed *pre-sentiam* tantum parochi & duorum testium necessariam esse, tempore, quo consensus matrimonialis declaratur s).

§. CLVI.

Euangelici (1) matrimonium benedictione sacerdotali confirmatum in *sacramentum* abire negant; (2) *solemnitates* Engau ius eccles. V las

r) c. f. X. de matr. tract. contr. interd. eccl. SERVM sp. CCXCVIII. m. 10.

s) REMPEN ap. LEY-

las ecclesiasticas habent ceremonias, quæ adesse & abesse possunt salua substantia matrimonii t). Hinc alibi eas superhabent, alibi unam uel alteram requirunt sub clausula cassatoria u); (3) seruant *clausa tempora*, non tamen modo superstitioso x); (4) ius in proclamatione *dispensandi* uindicant principi y). Præterea in quibusdam terris euangelicis (5) nuptiæ *diebus dominicis aut festis* celebrari nequeunt, nisi dispensatione præuia z), (6) *banna* fiant in ista ecclesia, in cuius districtu parochiali nuptiale conuiuium instituitur paraturque a), (7) *unica proclamatio* b) sufficit & c.

§. CLVII.

Conuiuium nuptiale. Matrimonio iuncti possunt quidem *conuiuium* exhibere, non autem *choreas* ducere c), publici luctus tempore.

MEMBR.

z) MULLERI d. de *hierologia* c. 1. th. 6.

u) *Const. El. Sax* 34. p. II. CARPZOV *Jurispr. Conf.* II, 142.

x) CARPZOV c. l. def. 151. seq.

y) IDEM c. l. def. 139.

z) IDEM c. l. def.

154. seq.

a) BORN d. de *bann. nupt.* §. 8.

b) SPEIDEL v. *Ehes. heredung.* BRVNNE-
MANN I. *Eccl.* II, 16, 6.
ibique STRYK.

c) CARPZOV c. l. def. 157.

Lib. II. Tit. VIII. M. V. De solemn. & c.
M
IRE E
M
Matrimoniu
ad nego
CIV & hier
ILV), (4)
sonum & c.
deli (§. CLII
lem aut cat
ce dispensa
(5) legum
Contra m
est nec ratur
tis, & (2) f
foro civil
est a quob
Utrum
cat cum
beris *;
le præhan
um *; (3)
coniuget
CXXVII.
d) c. 3. C.

MEMBR. VI.

DE

IVRE ET EFFECTIBVS
MATRIMONII.

§. CLVIII.

Matrimonium ratum (§. CVIII.), quod ^{Matrimo-} ad negotia ecclesiastica pertinet (§. ^{nii rati &} CIX.) & sacramentis annumeratur (§. XLV.), (1) dicitur *indissolubile*, (2) *sanctum* &c. (3) contrahi nequit ab infideli (§. CLII.), si uel maxime hic fidelem aut catechumenam duxerit, pontifice dispensante; (4) requirit iudicem & (5) legum latorem ecclesiasticum.

§. CLIX.

Contra matrimonium, quod legitimum ^{legitimi} est nec ratum, (1) est in ciuilibus negotiis, & (2) secundum leges ciuiles (3) in foro ciuili diiudicatur; (4) contrahi potest a quolibet, nulla fidei ratione habita.

§. CLX.

Utrumque (1) *sortem mariti* communi-^{effectus,} cat cum uxore, & ex hac procreandis liberis *; (2) obligat ad *debitum coniugale* præstandum *d*), mutuumque adiutorium **; (3) inducit *ad finitatem* inter unum coniugem & alterius consanguineos (§. CXXVII.); (4) *legitimos facit* liberos ante

V 2

d) c. 3. C. 30. q. 1. c. 18. C. 33. q. 5.

tea natos *e****; speciatim (*5*) tribuit (*a*) marito potestatem regendi uxorem, amore tamen & prudentia potius, quam ui & metu, (*b*) uxori uero ius a marito petendi alimenta, suam suorumque bonorum defensionem &c.

• Itaque illius *nomen*, dignitatem, *iura*, *forumque* consequuntur.

** Hinc uxor maritum, qui domicilium transfert de loco in locum, sequi tenetur, dummodo hoc commode fieri queat, saluaque fama. Num uero relegatum, ad triremes uel ergastula condemnatum, fugitium &c. sequi tenatur, disquirat BECK tr. von Leistung der ehelichen Pflicht c. 2. §. 14. seq. p. 67. seq.

*** Hoc iuris est, si uel maxime tempore natiuitatis liberorum nulla nuptiæ inter parentes subsistere potuerint. Sic liberi ex adulterio, incestu, sacrilegio, inæquali, eoue coniugio, quod christianus cum iudæa iniit, procreati fieri queunt legitimi. III. BOEHMER *J. E. P.* IV, 17, 17. seq.

§. CLXI.

Denegatio
debiti con-
iugalis,

Coniux, alteri debitum coniugale sine causa denegans, pœna pecuniaria uel carceris coercetur, atque in denegatione perseverans habetur desertor malitiosus. Qui uero, ut ne damnum fere irreparabile animo, corpori, iuribusue suis adferret, denega-

e) c. I. X. qui filii sint legit.

negavit debitum, neque coerceri, neque malitiosus desertor haberi potest f).

§. CLXII.

In Germania & facto & pacto fieri potest, ut ne fors mariti communicetur cum uxore & liberis ex hac procreandis. Id quod uidere licet in matrimoniis imparibus g) & ad legem Salicam contractis, de quibus disputauimus alibi h).

Ufus in
Germania
&

§. CLXIII.

Euangelici, licet matrimonium in ecclesia contractum non habeant sacramentum (§. CLVI, 1.); tamen (1) utuntur phrasi heilige Ehe; (2) iubent de uinculo & iure matrimonii disceptari in ecclesiastico foro; (3) sustinent matrimonia, citra parentum consensum inita; (4) negant, aliquem contra matrimonium iurare posse; (5) statuunt, testibus matrimonium adfirmantibus maiorem fidem habendam esse, quam illud negantibus; & quæ sunt alia, LVTHERO i) aliisque sanioris doctrinæ uiris displicentia.

in foris
euangelico-
rum.

V 3

MEMBR.

f) BECK tr. von Leistung der ehel. Pflicht c. 2.

g) STRYK d. de singular. iur. connub. in Ger-

man. p. 31.

h) Elem. I. Germ. lib. I. §. 361. seq. §. 405. seq.

i) lib. V. von Ehe-
Sachen.

MEMBR. VII.

DE

VARIIS MATRIMONIORVM
GENERIBVS.

§. CLXIV.

Matr. per
procurato-
rem.

Matrimonium legitimum tam opera *procuratoris* *k*) speciali mandato nondum reuocato *l*) instructi, quam per epistolam contrahi posse, nullum plane dubium est. Num uero matrimonium per procuratorem in ecclesia coram parocho contractum (*a*) sit sacramentum *m*)? (*b*) respuat benedictionis reiterationem *n*)? (*c*) dissolui nequeat, si coitus procuratorius accesserit *o*)? &c. sunt ea, de quibus feram contentionis reciprocant Dd.

§. CLXV.

Connubia
infantum.

Infantes nequeunt quidem contractum matrimonialem inchoare, inchoatumque consummare, possunt tamen, si hoc exigat bonum publicum, per parentes celebrare sponsalia, & his solemniter celebratis, debent, si puberes facti, perficere matrimonium *p*).

§. CLXVI.

k) c. f. de procur. in 6to
SANCHEZ c. l. II, disp. 2.

q. 1. GVTIERREZ, de
matrimon. c. 43.

l) c. c. f. LVDWIG d.
de matrimon. princip. per
procurat. diff. 2.

m) IDEM c. d. differ.
7. c. i.

n) IDEM c. l. c. 2. sq.

o) IDEM c. d. differ. 9.

p) FRID. L. B. a WOL-
ZOGEN de connub. in-
fant.

De
Fogium
celebrari pos
uolentesq
edictorum &
ne non (2) l
gis aut reham
in uorem de
restitu mar

Matrimo
impediment
niter tamen
unius con
tatum d
nuptis et
dicantur, n
Sic quoque
morum non

Societa
& sine ull
imita
tiz x)

q) W. L.
f. 17. sq.
r) IDEM
s) IDEM
t) IDEM

§. CLXVI.

Virgineum matrimonium ex causa iusta ^{Matr. uir-} celebrari potest ^{gineum,} q). Qui illud scientes ^{gineum,} uolentesque celebrarunt, sibi inuicem (1) adiutorium & amorem præstare tenentur, nec non (2) succedere possunt ui paci, legis aut testamenti. Præterea (3) est *mariti*, uxorem defendere; *uxoris* uero, reuerentiam marito exhibere r).

§. CLXVII.

Matrimonium, quod ob hoc uel illud ^{putatiuum,} impedimentum consistere nequit, solemniter tamen & bona utriusque uel saltem unius coniugis fide contractum est s): *putatiuum* dicitur. Huic eadem, quæ ueris nuptiis ex iure communi competunt, uindicantur, saltem b. f. utentis intuitu t). Sic quoque liberi ex eo procreati legitimorum nomen u) & iura fortiuntur.

§. CLXVIII.

Societas coniugalis inter impares clam ^{conscientiæ,} & sine ullis solemnitatibus in perpetuum ^{tiæ,} inita *, dicitur *matrimonium conscientie* x) **. Sola coniugum fide sustinetur,

V 4 nec

q) WILLENBERG BKVCKNER *decif. matrimon. c. IV. trim p. II. c. 30.*
§. 17. seq. u) c. 2. 8. 14. 15. X. qui

r) IDEM c. l. §. 32.

fil. sint legit.

s) HERT d. de *matrim. putat. §. 17. seq.*

x) HERTII d. de *matrim. instaur. & conscient. sect. II.*

t) IDEM c. d. §. 21. sq.

nec gaudet legitimarum nuptiarum iuribus. Vidua neque portionem statutariam, neque ad instar concubinæ una cum liberis sextantem petere potest.

* Sub quibus conditionibus ea iniri solet, nos docet WILLENBERG *select. iur. matrimon. c. V. §. 20.*

** Repugnet iuri diuino, nec ne? disquirat WILLENBERG c. I. §. 22. seq.

§. CLXIX.

ad Thalac,

Matrimonium, quod clam & sine ullis solemnitatibus ad beneplacitum contrahitur, *ad Thalac* dicitur, & a concubinato differt minime *γ*). Illud matrimoniis illegitimis annumerari debere, res per se clara est.

§. CLXX.

simulatum,

Matrimonium *simulatum*, quod singularem matrimonii speciem constituere aliis uidetur, contrariatur legibus. Ex eo procreati liberi habentur illegitimi, & actus, quos gesserunt simulati coniuges, quoad hos subsistunt minime, attamen quoad tertium *z*).

§. CLXXI.

quinquagenariorum coniugum,

Festiuitas illa nuptialis, qua coniuges quinquagenarii quandoque solent uti *a*),
ut

γ) WILLENBERG c. I. §. 13. seq.
§. 46. seq.

a) IDEM c. I. c. IX.

z) IDEM c. I. c. X.

ut ludibrio haberentur, nouum matrimo-
nium uix contrahit.

TIT. IX.

DE

SPONSALIBVS.

§. CLXXII.

Sponsalia* sunt contractus inter mascu- Sponsalia,
lum & feminam de futuro matrimo- quæ sunt
nio** initus.

* Per sponsalia quandoque sponsale conuiuium aut
arrham sponsalitiã intelligi, tratatium est.
BEVST. tr. de sponsal. p. I. p. 32. seq.

** Itaque sponsalia & desponsatio differunt; hæc enim
est consensus priuatiui in futuras nuptias pro-
missio, qua non desponsati, sed desponsantes
seu promittentes obligantur.

§. CLXXIII.

Ex qua definitione aperte fluunt axio-
mata:

- I. Sponsalia ineuntur consensu legi-
time declarato.
- II. Pro obiecto habent futurum ma-
trimonium.

§. CLXXIV.

Ex primo (§. pr. i.) recte colligo, (1) contractus
sicuti matrimonium (§. CX. seq.), ita & sponsalia, in quæ quis uel plane non, uel
illegitime u. c. errans*, ebrius, aut ui, do-

Io ** metuere *** in uirum constantem cadente b) adactus consensit, inita non uideri; (2) celebrari posse (a) & uerbis † & factis, (b) per literas pariter ac per procuratorem speciali mandato instructum, (c) tam pure, quam quibusdam LL. additis, (d) praesentibus aequae ac absentibus *testibus*, nunquam tamen (3) sola mentione, sed demum repromissione ad eam accedente; (4) *uerbum honoris*, siue priuatim, siue publice factum sit, ad sponsalia contrahenda non sufficere c); (5) *sponsalia*, quae pubes cum impubere iniit, *claudicantia* esse, (6) huncque, dum pubes factus est, ea, prout uelit, confirmare aut impugnare d) posse.

* Requiritur tamen, ut *uel* error commissus fuerit circa ea, quae in hoc negotio tacite subintelliguntur *uel* ei causam dederit dolus alterius contrahentis, u. c. integritatem status, uirginitatem illibatam &c. simulantis. c. 4. C. 29. q. 2. c. 2. C. 32. q. 6.

** *Decepto*, non decipienti, patrocinandum est. Per incuriam tamen etiam decipienti exceptionem doli dedit pontifex c. 26. X. h.

*** *Metum* incusserit alter contrahentium, an tertius, non refert c. 11. X. *de despons. imp.* dummodo *sine iure* incussus fuerit metus, qui neque reuerentialis est, neque purgatus c. 28. X. eod.

† Quae

b) c. 6. 13. 14. 15. 21. nr. 17. seq.
28. X. h. d) c. 1. 5. 7. 8. 29. X. h.
c) SCHOEFFFER c. 1. 2. X. *de despons. im-*
de uerbis honoris c. 4. pub.

† Quæ ubi ambigua sunt, in sensu communi c. 7. X. h. & contra illum sumuntur, qui iis, ut captaret alterius simplicitatem, dolo malo usus est. BROUWER *de iure connub.* I, 20. nr. 16.

§. CLXXV.

Ex secundo (§. CLXXIII, 2.) consequitur (1) ut sponsalia perperam diuidantur* de futuro matrimonio initus, in *sponsalia de presenti & de futuro*; (2) ut ualida contrahi nequeant ab iis, qui uel natura, uel lege, uel ex alia causa impediuntur (§. CXV. CXXXIII. sq.), quo minus fiant una caro & finem matrimonii consequantur.

* Hæc diuisio excogitata est ad id, ut patrum quorundam sententiam: *uim matrimonii sponsalibus inesse*, quodammodo tueretur.

§. CLXXVI.

Sponsalia, quia modo nullis, modo diuiduntur quibusdam legibus additis contrahuntur i. in pura & conditionata, (§. CLXXIV, c), sunt I. uel *pura*, uel *conditionata*. De conditione sponsalibus addita hæc uelim notes: (1) quod *impossibilis uitiæ* sponsalia, *turpis* uero uitiætur, nisi coniugii naturæ & substantiæ sit contraria e); (2) quod *conditionis honestæ & possibilis* euentus expectari debeat f), & (3) deficiente conditione, effectu deficiantur, nec futuras nuptias cum con-

e) f. X. de condit. appof. dit. appof.

f) c. 3. 5. 6. X. de con-

sanguinea prioris sponsæ contrahendas, impediunt sponsalia *g*); (4) quod sponsalia conditionata transeant in pura, ubi (*a*) conditio existit uel adimpletur, aut (*b*) remittitur *b*), uel quo minus impleretur, impeditur *i*) ab eo, in cuius fauorem addita.

§. CLXXVII.

Dies, qui quandoque sponsalibus adii-
citur, modo differt *k*), modo finit obli-
gationem matrimonium ineundi. Hoc
casu post, illo autem neque ante, neque
post lapsum statuti diei, penitentia loc-
cus est.

§. CLXXVIII.

Diuiduntur porro II. in *publica & clan-*
destina. Hæc sunt, quæ uel parentibus
aut iis, qui parentum loco sunt, inuitis *l*),
uel remotis testibus contrahuntur.

§. CLXXIX.

Usus diuisionis sponsalium III. in *spon-*
salia de presenti & de futuro * olim uix erat
& de fu- exiguus. Illa enim, quia inducere uide-
turo, bantur matrimonium, (*a*) ob iusiuran-
dum contra ea præstitum *m*), (*b*) trans-
actio-

g) c. l. h. in 6to.

k) c. 22. X. h.

b) c. 1. X. de condit.
appos.

l) LUDWIG de con-
sensu connub. extra patr.

i) L. 161. π. de R. I.

m) c. 34. X. de iureiur.

actionem de illis initam *n*), (*c*) mutuam-
ue dissensum *o*) dissolui non poterant;
(*d*) restitutionem in integrum ex capite
ætatis respuebant *p*); (*e*) sponso impe-
rium, iusque in corpus sponsæ tribue-
bant, (*f*) onusque alendi sponsam in-
iungebant *q*), (*g*) sponsalibus de futu-
ro etiam tempore prioribus præfereban-
tur *r*) &c.

* Quæ quisque sponsalia celebraverit, non solum ex
uerbis præsentis aut futuri temporis, quibus quis
usus est, sed & ex aliis consensum de præsentis
uel de futuro matrimonio declarantibus, colligi
potest.

§. CLXXX.

Denique IV. sunt uel *simplicia* uel *fir-* 4. in simpli-
mata. Hic sequentia notes: (1) quod *cia* & *fir-*
sponsalia arrha *s*), iureiurando, literis *mata*.
sanguine rutilantibus & pœna * in casum
non contrahendi matrimonii soluenda &c.
firmentur, atque (2) coitu transeant in
matrimonium, legitimum scilicet, non
uero ratum; (3) quod arrha, iusiuran-
dum &c. firment quidem, non tamen in-
ducant sponsalia. Hinc (*a*) de honestate
non necessitate adhiberi dicuntur *t*),
(*b*) ad-

n) f. X. de transact.

Sponsal. c. 5.

o) c. 31. X. h. c. 3. X. de
spons. duor.

r) c. 31. X. h.

p) Ill. BOEHMER d.
de restit. in integrum contr.
Sponsal. pura minorum.

s) CYPRAEVS de
Sponsal. c. XI. §. I. BE-
SOLD. *ib. pr. u. Hastz*
Gelt.

q) CYPRAEVS de

t) c. 3. C. 30. q. 5.

(b) adhibita sequuntur uim & iura sponsalium, quibus accesserunt, nec (c) efficere possunt, ut sponsalia clandestina publicis, aut posteriora prioribus præferantur. uel neglecto iure inita reddantur ualida.

* Pœnam adiici posse, sunt qui negant ob c. 29. X. de sponsal. quum tamen hoc caput nonnisi de desponsatione impuberum sub pœna celebrata loquatur.

§. CLXXXI.

Quamnam obligationem producant?

Ex sponsalibus ualidis oritur (1) *obligatio ad consummandum matrimonium u*). Nimirum is, cui fides frangitur, implorat iudicem *x*), ut uel excommunicet *y*), quod quidem diffuadet Lucius III. *z*), uel carcere, multa alioque modo cogat refractarium. Quibus tamen frustra tentatis, contumax non obtorto collo ad copulam sacerdotalem rapitur, sed in pœnam iudici, atque satisfactionem parti innocenti præstandam condemnatur, nisi (a) stuprator stupratam dotare uel nolit uel nequeat, aut (b) sponsalia coitu carnali firmata fuerint.

§. CLXXXII.

Sic quoque (2) ex sponsalibus puris *a*), oritur *iustitia honestatis publicæ*, quæ tamen

u) c. 10. 17. 22. X. h.

x) c. 22. X. h.

y) c. 10. X. h. ibique

BARBOSA.

z) c. 17. X. h.

a) c. un. h. in 6to.

b) C. Tr. in reform. c.

men primum cognationis gradum non excedere dicitur *b*).

§. CLXXXIII.

Ubi concurrunt (1) duo *sponsalia de Concurfus futuro*, tempore priora præferuntur posterioribus, nisi hæc in matrimonium transierint *c*); sin (2) *sponsalia de præfenti & sp. de futuro* concurrant, illa his præferuntur *d*), quum inducant matrimonium; si denique concurrunt (3) *sponsalia pura & conditionata*, priora præferuntur, præsertim si prioribus conditionatis accesserit coitus (§. CLXXX, 2.), aut alia conditionis remissio (§. eod.).

§. CLXXXIV.

Sponsalia inita esse, probatur (1) per probatio *testes fide dignos*. Consanguinei & dosponsalium. mesfici non quidem contractum sponsalium probare, attamen uitium clandestinitatis excludere possunt; (2) per *instrumenta* super negotio sponsalio condita*; (3) per *confessionem* alterius partis seriam, si ea sit, quæ ius tertio quæsitum non adimit; (4) per *indicia proxima*, ad quæ plerumque referuntur (*a*) coitus inter paris conditionis homines, (*b*) appellatio sponsi & sponsæ publica, (*c*) cum fami-

b) C. *Trid.* sess. XXIV, *de reform.* c. 3.

c) c. 30. 31. X. h.

d) c. 31. f. X. h.

familiari conuersatione iuncta annuli datione e).

* An & in quantum literæ amatoriæ probent, sponsalia inita esse, disquisiuit P. E. MULLER d. de literis amator.

§. CLXXXV.

Usus hodiernus.

Hodie uix ullus usus diuisionis sponsalium in sponsalia de præsentibus & de futuro superest. Concil. enim Trident. irritum habet quoduis matrimonium, absente parochio contractum f).

§. CLXXXVI.

Sententia euangelicorum

Euangelici (1) diuisionem sponsalium in sp. de præsentibus & sp. de futuro, quam tradunt iuris pontificii interpretes, ignorant. Aliqui tamen per insulsam metamorphosin in illius locum substituerunt diuisionem sponsalium in pura & conditionata, quum tamen ex mente iuris canonico - pontificii, huiusque interpretum, sponsalia pura non minus atque conditionata sint sponsalia de futuro (§. CLXXIV, c) g).

§. CLXXXVII.

de sponsalibus puris, eorumque

Hinc factum est, ut *pura* (1) haberentur ipsum matrimonium, & (2) ea, quæ transactionem b), iurisiurandi delationem

e) MULLERI d. de annulo pronubo.

g) c. 2. X. h.

b) CARPZOV lib. III.

f) sess. XXIV, de ref. c. 1. R. 57.

nem *i*), restitutionem in integrum &c. sibi contrariam respuant; (3) conditionatis indistincte praeferrentur *k*); (4) tribuerent privilegium dotis, & (5) ut ad ea consummanda refractarii absolute cogentur.

§. CLXXXVIII.

Dum sponsalia *prohibita cum non prohibitis* concurrunt, hæc illis praeferuntur. Quodsi uero ad sponsalia, quæ solo iure humano prohibentur, accesserit coitus, ea praeferuntur sponsalibus non prohibitis, coitu posterioribus.

§. CLXXXIX.

In Germania (1) alicubi duorum uel plurium *testium* præsentia opus est *l*), alicubi uero tunc demum, si sponsalia celebraturi sint parentibus orbat; (2) alicubi non solum parentum, sed & aliorum *consensus* sub pœna nullitatis impetrandus est *m*); (3) alicubi ille tantum sponsalia ualida celebrat, qui familiam alere potest.

Engau ius eccles.

X

TIT. X.

i) IDEM *Iurispr. Conf. E. P.* III, 2, II.
lib. III, def. 44.

k) IDEM c. l. II, 70.

l) III. BOEHMER I.

m) III. LUDWIG *de consens. connub. extra patr.*

TIT. X.

DE

SPONSIONIBVS SPONSALIVM.

SEV

TRACTATIBVS SPON-
SALITIIS.

§. CXC.

Tractatus
sponsalitiis

Qui consensum negotiumue sponsali-
tium quodammodo, non tamen fa-
tis determinarunt, *sponsalia tractasse*, non
autem iniisse, dicuntur.

§. CXCI.

De tractatibus autem sponsalitiis has
uelim notes regulas :

- I. Innuunt sponsalia in posterum
contrahendi animum.
- II. Ibi desinunt, ubi inchoant spon-
salia.

§. CXCII.

non obli-
gant, &

Ex prima (§. pr. i.) sequitur (1) ut ad
matrimonium consummandum non obli-
gent, sed (2) facultatem quouis tempo-
re *penitendi* tribuant; (3) ut in arbitrio
futuri sponsi positum sit, uelit futuram
sponsam, cui stuprum intulit, dotare an
ducere.

§. CXCIII.

§. CXCIII.

Secunda (§ CXCI, 2.) docet, tractatus sponsalitios in sponsalia transire, statim atque masculus & femina consensum satis determinatum declararunt uerbis factisue.

§. CXCIV.

Neque tractatus sponsalitios neque sponsalia præsumo, quum facto nitantur. Quodsi uero de eo, quod inter partes actum, non satis constet, atque, ut controuersia mota componi queat, præsumptione opus sit, præsumerem tractatus, non sponsalia.

§. CXCV.

Num, das Jawort, inuoluat sponsalia, an tractatus tantum sponsalitios? est illud, de quo acriter disputant Dd. Equidem (a) tempus, quo, & (b) circumstantias, sub quibus femina, cui masculus in sponsum se obtulit, adfirmando respondit, attenderem, putans, modo tractatus sponsalitios, modo sponsalia illo uerbo subesse n).

X 2

TIT.

n) THOMASII d. de gatione ex pacto sponsali-
 pactis futuror. sponsal. tio, quod uulgo Jawort
 WERNHERI d. de obli- uocatur.

TIT. XI.

DE

DISSOLVTIONE MATRIMONII
ET SPONSALIVM.

§. CXCVI.

Causæ, ex quibus matrimonium & sponsalia dissoluuntur, in duas classes abeunt. Aut enim contractus ab initio fuit nullus, aut illius finis, rebus mutatis, obtineri nequit. Sit itaque

MEMBR. I.

DE

NULLITATE MATRIMONII
ET SPONSALIVM.

§. CXCVII.

Nullum
est matr. i.
ob defe-
ctum con-
sens. matr.

Nullitate laborat contractus tam sponsalitijs quam matrimonialis, quoties contrahentes in celebrando negotio spreuerunt leges, aut ii sunt, qui celebrati negotii finem consequi nequeunt o). Hinc (1) qui *dolo malo*, *ui iniusta*, *metu summo p)*, *errore inuincibili q)* adacti sunt, ut contractum sponsalitijs aut matrimoniale celebrarent, de illius nullitate

con-

o) OTTO de ratificat.
nullitat. extraiudic. in caus.
matrimon.

c. 4. q. 32. p. 320.

q) NICOLAI de re-
pud. & diuort. p. II. c. 5.

p) KVGLER c. tr. p. I.

nr. 40. seq.

conqueri possunt (§. CXI, 1.). Id quod tamen fallit, si dolum, uim, metum &c. purgauerint (§. eod. 2.).

§. CXCVIII.

Sic quoque querela nullitatis competit ^{2. ob impotentiam coeundi in altero coniuge.} (2) ei, cuius coniux *impotentia coeundi*, eaque perpetua *r*), laborauit ante matrimonium ininitum *s*). Sit impotentia absoluta an respectiua tantum, perinde est *t*) (§. CXV.). De ea constat non ex ipsa coniugum confessione, sed ex inspectione oculari *u*). Masculinum autem corpus medici & chirurgi *x*), femineum uero obfetrices fide dignæ inspiciunt, attenduntque impotentia signa, quæ uel *physica*, uel *moraliter certa*, uel *dubia* *y*). *Ista* semper, *illa* tunc demum, si coniuges, de quorum alterius impedimento agitur, se coire non posse iurauerint, dant dissolutioni locum. Sin denique *signa dubia*, uidendum: neget alter, alter adfirmet, an neget uterque potentiam. Illo casu coniuges per triennium, ab attentata copula computandum *z*), cohabitare tenentur, &, si dubi-

X 3 um

r) c. 3. X. de frig. & malef. WIESTNER c. l. IV, 15. 6. seq.

s) c. 1. X. de coning. leprof. NICOLAI c. l. nr. 6. seq.

t) WIESTNER c. l. nr. 9. seq.

u) c. 6. 7. X. de frigid. BECK von Leistung der Ehel. Pflicht c. 5. §. 13. sq.

x) c. 4. 14. X. de probat. *y*) WIESTNER c. l. nr. 52. seq.

z) IDEM c. l. nr. 56.

um uix tolli potuit, pro matrimonio ferenda est sententia; hoc uero, impotentiam iureiurando probare tenentur.

§. CXCIX.

Quæ tamen nullitatis querela non attenditur, ubi impotentia est (a) temporaria, & mox per ordinaria licitaque media tollenda aut iam sublata a), uel (b) posterior matrimonio (§. CXVI.), aut (c) prior quidem, ast potenti ab initio satis cognita.

§. CC.

3. si alter
coniugum
salua con-
scientia
matr. con-
tinuare ne-
queat.

Porro querelæ nullitatis locus est (3) si quis matrimonium, quod contraxit, *salua conscientia* continuare nequeat, utpote qui (a) ante matrimonium inicum uoto castitatis obstrictus b), aut (b) in ordine sacro constitutus c), aut (c) coniugi suo cognatione, nuptias impediente, omnemque dispensationem respuente, iunctus d) fuit. Potest tamen hoc actori obiici, quod (a) dispensatio interuenerit, (β) adfinitas superuenerit &c.

§. CCI.

An 4. ob
defectum
consensus

Ob defectum consensus parentum uel *centurionis* de nullitate experiri nequeunt (4) liberi

a) c. f. C. 33. q. 1.

c) WIESTNER c. I.

b) KVGLER c. tr. p. II. c. 3. §. 2. p. 547. & q. 22. p. 846.

IV, 6. art. I. nr. 16. seq. d) NICOLAI c. I. nr. 30. seq.

liberi militesue, qui deliquerunt e), atten-
men contemti f). parentum
uel centu-
rionis?

§. CCII.

Liberi, qui ex matrimonio, quod non
potest non nullum declarari, procreati
sunt, habentur *legitimi*, si uel maxime
incestuosi. Liberi ex
matrimo-
nio nullo
procreati.

§. CCIII.

Ex quibus autem causis matrimonium
nullum est (§. CXCVII. seq.), ex illis mul-
to magis nulla erunt sponsalia g). Sic
quoque nulla habentur sponsalia ob oc-
cultam *deformitatem*, quam dissimulauit ea
laborans h). Neutiquam uero ob *libellum
famosum*, in sponsum uel sponsam condi-
tum i).

MEMBR. II.

DE

DIVORTIIS.

§. CCIV.

Diuortium est legitimorum coniugum
ex iusta causa facta separatio. Diuortium

X 4

§. CCV.

e) *Conc. Trident. sess. XXIV. c. I.*

f) *BERTOCH c. tr. c. 7. §. 33. seq.*

g) *STRYK d. de dis- sensu sponsal.*

h) *ARETINVS con- sil. 142.*

i) *THOMASII pr. an ob libellum famosum sint dissoluenda sponsalia?*

§. CCV.

quodcum-
que

Fit uel ad *thorum & mensam*, uel ad *uinculum**. Hæc *diuortium* in specie dicitur. Illa, quia mox fit ad tempus, mox in perpetuum, in *temporariam & perpetuam* diuiditur.

* Hanc diuisionem, quæ natales suos debet Augustino, confirmarunt patres *Conc. Trid.* sess. XXIV. c. 7. Causam, cur hi suæ dispositioni nullum anathema addiderint, tradit THOMASIVS ad LANCELL. not. 520.

§. CCVI.

nonnisi ex
iusta causa
fieri potest.

Quia diuortium nonnisi ex iusta causa fieri potest (§. CCIV.): sequitur (1) ut coniuges non *bona gratia*, sed demum (2) *auctoritate iudicis*, post causam satis cognitam pronuntiantis, interueniente diuertere queant.

§. CCVII.

Separatio-
nis quod ad
thorum &
mensam
tempora-
ria ac

Sunt autem iustæ causæ separationis quod ad *thorum & mensam* temporaria: (1) *seuitia* non minans uitæ periculum, (2) *hæresis* k) &c. alterius coniugum.

§. CCVIII.

perpetua,
quæ causæ
sint legiti-
mæ?

Causæ, ex quibus perpetuæ separationi quod ad *thorum & mensam* datur locus, sunt: (1) *adulterium* l), ab eo commis-

k) c. 7. X. h. KVGLER l) c. 1. 4. 5. C. 32. q. 7.
c. 1. §. 5. seq. p. 578. BARBOSA collect. T. II.
BOSA To. II. collect. p. 598. p. 534. nr. 7.
nr. 3.

missum, qui de compensatione, remissione, defectu animi contra legem matrimonialem agendi &c. excipere nequit *m*); (2) *malitiosa desertio*; (3) *religio*, quam unus coniugum altero consentiente ingressus est *n*); (4) *ordo sacer*, quem petiit & impetrauit maritus uxore non renitente *o*); (5) *insidia*, uitæ structæ, quas cautionem exigens euitare nequit *p*).

§. CCIX.

Vis sacramenti in causa est, quod coniuges, quod ad uinculum non separentur, nisi infidelis deserat fidelem *q*).

Causa separationis
quod ad
uinculum.

§. CCX.

Nullius generis diuortio (§.CCV.) locus est, prius * quam iudex, causa satis cognita *r*), tulit sententiam, qua separantur coniuges.

Sententia
diuortii

* Si qui coniuges priuata auctoritate diuortium fecerint, coguntur ad matrimonium continuandum c. 6. X. de diuort. Si uero matrimonii continuatio tendat in unius uel alterius uitæ præiudicium, sequestro locus est, si periculum imminens cautione adimi nequeat. c. 8. X. de restit. spoliat. COCCEII d. de sequestr. femin.

X 5

§.CCXI.

m) ENGEL Colleg. I. Can. IV, 19. nr. 15. seq. STAFFEL de adulterio matrim. non dissolvente.

n) KVGLER c. l. §. I. GVTIERREZ quest. canon. I, 25. nr. 6. seq.

o) WIESTNER c. l. nr. 20.

p) GVTIERREZ c. l. c. 24. BARBOSA c. l. To. I. p. 438. nr. 8.

q) c. 7. 8. X. de diuort. *r*) c. 10. C. 35. q. 6.

§. CCXI.

quid efficiat?

Separatione quod ad uinculum facta, definiunt esse coniuges, & innocenti datur ius ad secunda uota prouolandi s). Id quod fecus est in separatione quod ad thorum & mensam t). Hæc ubi ex causa adulterii facta est, adultera perdit dotem u), priuatur portione ex statuto uel consuetudine debita &c.

§. CCXII.

Sententia euangelicorum.

Euangelici (1) *separant* quidem coniuges quod ad thorum & mensam x), non tamen nisi ad tempus; (2) *hæresin, religionem, ordinem sacrum* iustas separationis causas esse negant; (3) in enarrandis causis, ex quibus uinculum matrimoniale dissolui queat, discrepant. Alii enim præter (a) *adulterium* * & (b) *malitiosam desertionem* ** nullam aliam admittunt; alii contra, perpendentes *λογον πορνειας*, quo Christus usus est, quamuis turpitudinem denotare y), iustas quoque habent, (c) *insidias uitæ* z) & (d) *uirilitati* a) *structas*, (e) *mo-*

s) c. 21. C. 27. q. 2.

y) SELDEN *uxor. hebr.*

z) c. 4. C. 32. q. 7. c. 5.

III, 23.

X. *de diuort.*z) STRYK d. *de di-*u) c. 4. X. *de donat. int. uir. & uxor.*uortio *ob insid. uitæ struct.*x) WAGNERI tr. *de*

III. BOEHMER I. E. P.

diuortio & *coniuctus coniugalis separatione.*

IV, 19, 31.

a) LYNCKER *decif.*

71.

Lib. II. Tit. XI.
(4) mares in
irreconciliabi
sceleribus con
capitulum* Prejunctum
pica p
post qu
m m l
territori
I. E. P.* Hanc em
conjug
procu
2021R
factaUnde
militates
re: (2) r
caulamSunt
mnes,

b) III, 21

(e) mores intolerabiles, (f) inimicitiam irreconciliabilem, (g) insignem infamiam sceleribus contractam, & (b) perpetuam in ergastulum inclusionem b).

* *Præsumtum* sufficit, multo magis itaque simplex, primum, illudque, de quo innocens post quinquennium conquestus est. Ill. BOEHMER I. E. P. IV, 19, 27. seq. cuiusue ueniam territorialis dedit dominus. BRUNNEM. I. Eccl. II, 17, 23.

** Hanc etiam in præfracta uel peruersa debiti coniugalis denegatione, sterilitatis uel abortus procuratione &c. deprehendere potes. Illustr. BOEHMER c. I. §. 32. seq.

MEMBR. III.

DE

REPUDIIS.

§. CCXIII.

Repudium est ualidorum sponſalium iure Repudium facta dissolutio.

§. CCXIV.

Unde constare puto (1) repudium & fieri nequit nullitatem sponſalium a se inuicem differre; (2) repudio nullum locum esse citra causam legitimam.

§. CCXV.

Sunt autem in causis legitimis (1) ea omnes, quæ locum dant diuortio (§. legitima. CCVII.

b) Ill. BOEHMER c. I. §. 36.

CCVII. seq.) *c*), (2) alterius contrahentium *mentis d*), *corporis e*), *honoris*, *morum*, *honorum &c. mutatio* ita comparata, ut licet nullum odium implacabile pariat *f*), tamen, si ab initio adfuerit, impediuerit sponsalia *g*); (3) adfinitas *b*)* uel perfidia *i*) superueniens &c. (4) *mutuus dissensus k*), si uel maxime iureiurando firmata sint sponsalia; (5) *defectus conditionis* sponsalibus addita; (6) *lapsus triennii l*) uel *temporis* finiendae obligationis causa positi *m*); non autem (7) *disparitas status & conditionis*, de qua constitit sponsalium contractorum tempore *n*).

* Sponsalia coitu firmata ob adfinitatem superuenientem dissoluuntur minime. f. X. de cognat. spirit.

§. CCXVI.

In quonam dissentiant *sponsalia pura* non posse dissolui dissentient euangelici? Euangelicorum pars maxima statuit, non posse dissolui dissentient euangelici?

c) Ill. BOEHMER I. E. P. IV, 1, 163. sq. NICOLAI c. tr. p. I. c. 3.

d) c. 25. seq. C. 37. q. 7. NICOLAI c. tr. c. 2. Ill. BOEHMER I. E. P. c. I. §. 175. seq.

e) c. 3. X. de coniug. leprof. c. 25. X. de iureiur.

f) SPENERI d. de iure repud. ex implacab. odii causa.

g) BROUWER de iure connub. I, 28. V. C.

FLEISCHER Einl. zum geistl. R. II, 7, 74. seq.

b) Ill. BOEHMER c. I. §. 179.

i) IDEM c. I. §. 169. seq.

k) c. 2. X. de sponsal. IDEM c. I. §. 161.

l) CORVINVS Erot. I. Can. II, 12, 26.

m) c. 22. X. de sponsal.

n) WILLENBERG sect. iur. matrim. c. VI. §. 29. p. 358. seq.

su desponsatorum mutuo, sed huic accedere debere sententiam, post causæ cognitionem a iudice ferendam. Ast perperam o).

TIT. XII.

DE

INSTAURATO MATRIMONIO.

§. CCXVII.

Matrimonium, quod inter easdem personas, quæ antea diuortio solutæ erant, contrahitur, *instauratum* dicitur. Matrimonium instauratum, quod

§. CCXVIII.

Vel *necessitatis* p) uel *voluntatis* q) dicitur esse, prout separatio ex errore aut iusta de causâ facta est. Itaque redintegrari debet matrimonium, quod dissolutum est ob unius coniugum impotentiam, quam uel nullam, uel temporariam* fuisse constat r). Sic quoque coniux, qui hominum fide dignorum testimonio ductus alterum habuit mortuum, secundasque contraxit nuptias, posterius matrimonium deferere & prius instaurare tenetur s).

* Si

o) STRYK *de dissens.*
sponsal. sect. III. §. 9. seq.
ill. BOEHMER c. I. §.
162.

q) c. 14. X. *de sponsal.*
r) WIESTNER c. I.
nr. 63.

s) STRYK *de dissens.*
sponsal. sect. V. §. 45.
WIESTNER c. I. IV, 15, 58.

* Si impotentia post nullitatis declarationem sublata fuerit incantatione magica, separatus ut redintegret matrimonium, cogi nequit. W I E S T N E R c. l. nr. 60.

§. CCXIX.

uel uoluntatis,

Matrimonium priuata auctoritate redintegrari nequit, nisi a separatis quod ad thorum & mensam. Quod ad uinculum separati omnibus solemnitatibus ecclesiasticis indigent.

§. CCXX.

quid efficiat?

Restaurato matrimonio (1) *dos* renouata dicitur *t*), (2) iterum incipit & perdurat *communio*, (3) nascuntur *liberi legitimi*, ab iis quoque, qui quoad thorum & mensam in perpetuum erant separati (§. CCVIII.) *u*).

TIT. XIII.

DE

SECUNDIS NVPTIIS.

§. CCXXI.

Nuptiæ secundæ

Nuptias secundas, quas alibi descripsimus *x*), concedit magis, quam probat ecclesia, studio continentiae dedita *y*).

§. CCXXII.

t) HERT. d. de matrimon. instaur. sect. I. §. 12.

u) IDEM c. d. §. 16.

x) Elem. I. Germ. lib. I. §. 423. seq.

y) c. 10. C. 31. q. 1.

a) Cor. c. 16.
 a) Co. c. 5. 603.
 P. 335. m.
 b) c. 1.
 c) c. 3.
 d) c. 4.

§. CCXXII.

Quid? quod ne quidem permittit, ut a quibus & eas celebrent (1) uiduæ ac luthorum, exorcistarum & regumue a); (2) quæ infidias struxerunt uitæ prioris mariti b); (3) masculus, qui ad mortem usque uxoris suæ fuit incestuosus c).

§. CCXXIII.

Non, nisi priore matrimonio legitime quo tempore soluto, celebrari possunt. Intra annum re celebrantur? luctus ad secunda uota prouolans, infamia non notatur d).

§. CCXXIV.

Odium, quod in secundas nuptias habuerunt patres, fecit (1) ut eæ dicerentur honesta fornicatio e), & (2) priuarentur benedictione sacerdotali f) &c. Sic quoque presbyter, qui earum conuiuio interfuit, ab officio suspenditur & beneficio g).

§. CCXXV.

2) Conc. Matifcon. II, c. 16.

a) Conc. Tolet. XIII, c. 5. GONZALEZ T. IV. p. 335. nr. 10.

b) c. 1. X. de diuort.

c) c. 3. C. 35. q. 8.

d) c. 4. 5. X. de sec. nupt.

e) c. 9. C. 31. q. 1.

f) c. 8. ead. Bullar. M. To. I. p. 101.

g) SANNIG schol. canon. IV, 21. §. 6. ZYPAEVS anal. iur. pontif. p. 298. nr. 19.

§. CCXXV.

iura in Ger-
mania ac

Quæ iura secundis nuptiis statuunt, quemque terminum anno luctus ponant germani, tradidimus alibi *b*). Iam illud tantum notemus, quod nemo ad secunda uota prouolare queat, prius quam bona diuisit cum liberis prioris matrimonii.

§. CCXXVI.

terris etan-
gelicorum.

Euangelici (1) præterlapso *anno luctus* (2) dant unicuique, etiam illi, qui defuncto coniugi uiduitatem iurato promisit, facultatem ad secunda uota prouolandi, & (3) ius hierologiam petendi.

TIT. XIV.

DE

LITURGIA.

§. CCXXVII.

Liturgia

Liturgia* est cultus diuini externi ordo determinatus.

* Eam partim ex synagoga iudaica, partim ex sacris gentilium petierunt christiani. FRIDERICI *liturgia uet. & nou.* c. 2. p. 14. BVDDEI *d. de ritibus ecclesie latine iudaicis.* MUSSARDI *Vorstellung der vor Zeiten aus dem Heidenthum in die Kirche eingeführten Gebräuche und Ceremonien.* Midletons *Schreiben aus Rom, darinnen eine genaue Uebereinstimmung des Pabstthums mit dem Heidenthum gezeigt wird.*

§. CCXXVIII.

b) *Elem. I. G. c. 1. §. 425. seq.*

§. CCXXVIII.

Unde fluunt sequentia:

- I. Pro diuersitate religionis differt liturgia.
- II. Reprobanda est liturgia religioni contraria.
- III. Cui ius in sacra competit, ei quoque competit ius adornandi liturgiam.

§. CCXXIX.

Ex primo (§. pr. 1.) intelligitur (1) cur pro diuersitate religionis uariet tot sint liturgiæ, quot fidelium familiæ; (2) cur liturgia ecclesiæ pontificiæ multos ritus & innumeras fere preces determinet, atque (3) pro diuersitate dierum & actuum in ecclesia expediendorum uariet *i*), proptereaque (4) diuidatur (*a*) in *solemnem & non solemnem*, (*b*) *ordinariam & extraordinariam*, (*c*) *publicam, priuatam & domesticam*.

§. CCXXX.

Secundum (§. CCXXVIII, 2.) docet, Ecclesiæ liturgiam, quæ ritus *friuelos, impios, idolatricos, ecclesiæ contrarios* &c. præcipit, deserendam esse *k*).

§. CCXXXI.

Ad tertium (§. CCXXVIII, 3.) uelim *adornare,*
Engau ius eccles. Y *no-* cui ius in

i) *rubr. breuiar. & missal.*

k) VEDELIVS de pruden. V. E. I, 3.

sacra com- notes (1) *pontificis & episcoporum* esse li-
petit. turgiam determinare, (2) determinatam
mutare *l*), & quidem (3) uel expresse uel
tacite; (4) *officium diaceleos* præferendum
esse Romano, exceptis paucis casibus.

§. CCXXXII.

Sententia
euangeli-
corum.

Euangelici (1) de restringendis magis,
quam augendis ritibus solliciti, (2) litur-
giam ecclesiæ Romano-pontificiæ in tan-
tum, minime uero in totum reiiciunt *m*);
(3) ritus libertati religionis contrarios
recipi aut retineri posse negant; (4) ius
liturgiam adornandi cuiusque territorii
domino, non autem patronis, clericis,
aut consistoriis uindicant; (5) diuersita-
te liturgiæ unitatem fidei non tolli sta-
tuunt.

§. CCXXXIII.

Ufus in
Germania.

In Germania nullus principum ciuibus
suis diuersæ religioni addictis liturgiam
obtrudere potest *n*).

TIT.

1) FLEURY *Instit.* I. 10. *Aug. Conf.* art. 21. seq.
Ecccl. II, 2, 6.

n) arg. *I. P.* art. V. §. 31.

m) *Formul. concord.* art.

TIT. XV.

DE

DOMINICO ALIISQVE
DIEBUS FESTIS.

§. CCXXXIV.

Publice deus colitur in diebus sacris, qui ^{Dies domi-} sunt: (1) dies *dominicus*, quem cele-^{nicus.} brari iussit o), non autem in locum sab-
bati iudaici surrogavit, Constantinus M.

§. CCXXXV.

Huc porro pertinent (2) dies *natalis* ^{Festi dies} domini, tres dies *paschatos* p) totidem-
que *pentecostes* q), dies *adventus*, *circum-*
cisionis, *epiphaniæ*, *parasceues* r), *adscen-*
sionis & corporis s) domini; (3) dies, qui-
bus celebratur memoria *natiuitatis*, *an-*
nuntiationis, *purificationis*, *spasmi* t), *adscen-*
sionis, b. Mariæ Virginis; (4) dies *Mi-*
chaeli archangelo sacer; (5) dies *Ioannis*
baptistæ, (6) dies *Ioannis Evangelistæ*,
Philippi & Iacobi, *Bartholomæi*, *Mat-*
thæi, *Simonis Iudæ*, *Andrææ*, *Thomæ*
Y 2 alio-

o) 3. C. de fer. HIL-
DEBRAND de dieb. festis
p. 7.

p) WILDVOGEL de
eo, quod iustum est circa f.
pasch.

q) IDEM d. de eo, quod
iustum est circa f. pentecost.
WINCKLER de iis, quæ

circa festum pentecostes sunt
memorabilia.

r) CLAII d. de die pa-
rasceues.

s) PESAROVII d. de
festis corporis Christi.

t) MITTERNACHT. d.
festum de spasmo Mariæ.

aliorumque *apostolorum*, (7) dies *martyrum* & *sanctorum* memorix dicati, (8) dies *ecclesiarum natales*, qui omnes de uespera in uesperam computantur. Denique sacris quodammodo annumerant (9) dies *cinerum*, *uiridium u*), *rogationum*, *hebdomadis magnæ x*).

§. CCXXXVI.

uarie diuiduntur, &

Dies festi (§. pr.) diuiduntur (1) in *mobiles* & *immobiles*, prout eodem aut diuerso die singulis annis redeunt; (2) in *plenos* & *minus plenos*, prout in iis ad uesperam, aut meridiem tantum feriantur homines.

§. CCXXXVII.

significantur populo.

Festi dies (1) in *calendario y*) describuntur. Hinc, cui ius in illos competit, etiam in hoc competat necesse est; (2) ex suggestu significantur populo z).

§. CCXXXVIII.

Hic notes sequentia:

I. Festis diebus deus colendus est.

II. Ius festos dies adornandi ex iure in sacra fluit.

§. CCXXXIX.

u) ZEVMERI d. de die *uiridium*.

x) MAYERI d. de *hebdomade magna*.

y) LINCK d. de *Calendario*.

z) IVO *decr. p. IV. c. 14. 15.*

§. CCXXXIX.

Ex primo (§. pr.) constabit de causa, ^{Dies, quibus deus colendus est,} cur (1) quæ cultui diuino remoras iniicere possunt, utpote serviles operas a), mercatus, nundinas, comessationes, forensia negotia b) &c. prohibeant, contra ea, quibus pietas uel necessitas subest c), permittant canones; (2) cur diebus dominicis aliisque festis, de *alimentis* d) litigare, *fœdera* inire &c. liceat.

§. CCXL.

Quia ius adornandi ferias a iure in sacra dependet (§. CCXXXVIII), hoc autem pontifici competit & episcopis (lib. I. §. XXXIII. sq.), *uniuersales* pontifex, *particulares* uero diœcesanus adornare, adornatas dirigere, tollere e), & si qua circa eos mutatio facta est, *calendarium*, uel saltem in hoc scriptos *numeros*, mutare & corrigere potest. Quin illud adducam nequeo, quod dies, quos festos pronuntiauit Ep., etiam exenti in illius diœcesi degentes celebrare debeant (lib. I. §. CCCCVII. d.) f).

Y 3

§. CCXLI.

a) c. 1. X. de feriis.

b) c. 5. X. eod.

c) KOENIG princ. I. Can. II, 9. nr. 10. seq. 25. seq.

d) c. 3. X. de fer.

e) c. 1. de consecr. D. 3.

f) C. Trid. sess. XXV.

de regular. c. 12. TAMBURINIUS de iure abbat. To. I. d. 15. q. 7. nr. 18.

§. CCXLI.

Ufus inter-
ris euange-
licorum.

Euangelici (1) dominicum illosque dies, quos (§. CCXXXV, 2. 3. 4. 5.) retuli, si diem *corporis Christi, natiuitatis* itidem *spasmi & adscensionis Mariæ* exceperis, celebrant festos, non tamen iudai-
co uel pontificio more; (2) *dies apostolorum* alicubi habent feriatos, ast minus plenos (§. CCXXXVI.); (3) ius *nouos* adornandi, adornatos tollendi & *calendarium* corrigendi uindicant soli principi *g*); (4) sacrorum dierum *profanatores* puniunt *b*).

§. CCXLII.

Quid in
Germania
obtineat
usu?

Calendarium *Iulianum*, quod Teutonibus debet Carolus M., corrigi iusserunt patres Conc. Constantiensis, Basileensis & Tridentini, atque correxit Gregorius XIII. Unde calendarii diuisio in *uetus & nouum* nata est. Nouum seu Gregorianum probarunt Imp. & status pontificiæ religioni addicti *i*), uetus uero usque ad finem præteriti seculi retinuerunt, & tunc illius nouam correctionem susceperunt, euangelici.

§. CCXLIII.

Porro in Germania festi dies (2) quod ad

g) III. BOEHMER I. *rispr. Conf.* II, 252.

E. P. II, 9. 8.

i) LINK c. d. c. IV.

b) CARPZOV. *It-*

ad publicum officium, non autem quod ad uacationem ab operibus seruitibus, computantur de uespera in uesperam *k*); (3) aliter adornari nequeunt, quam ciuium uult religio *l*).

TIT. XVI.

DE

ECCLESIIS.

§. CCXLIV.

Ecclesiæ (§.XX.)* aliæ sunt *cathedra-* Ecclesiæ in
les, aliæ *collegiatæ*, aliæ *conuentuales*, *cathedra-*
aliæ *parochiales*. In *cathedrali*, quæ et- *les*,
iam episcopalis dicitur, (1) posita est epi-
scopi cathedra, (2) conseruatur sanctum
oleum, (3) inchoatur & finitur processio,
die festo corporis Christi institui solita *m*),
& quæ sunt alia *n*).

* Hæ primæuorum christianorum tempore fue-
rint, nec ne, disceptant Dd. Equidem puta-
rem, earum natiuitatem Constantini M. tem-
pore querendam esse BOEHMER *d. 2. ad*
Plinium & d. de potestate ciuili in templa.

§. CCXLV.

Ecclesia collegiata est, in qua, nullam ca- *collegiata*
thedram episcopi habente, sacra peragunt
canonici. Clero, eam representanti, com-
petit

Y 4

k) PIRHING II, 9, 6. II, 5.

SANNIG *schol. canon.*

n) MICH. ANT.

II, 9. cap. 3.

FRANC. de VRRV-

l) I. P. art. V. §. 31.

m) BARBOSA I. Eccl.

TIGOXTI *tr. de ecclesiis*

cathedralibus.

petit (a) *ius crucis* in publicis processionibus deferendæ, præsentè etiam cathedralis ecclesiæ capitulo, (b) *ius sigilli*, & (c) *arca*.

§. CCXLVI.

conuen-
tuales &

Post Benedicti tempora ortæ sunt capellæ monasteriis contiguæ, in quibus monachi sine populo congregati sacra faciebant. Earum aliqua succedente tempore parochiales factæ, aut saltem parochialibus iunctæ sunt. Unde diuisio ecclesiarum *conuentualium* in parochiales & non parochiales nata uidetur esse.

§. CCXLVII.

parochiales
distribuuntur.

Parochialibus ecclesiis, de quibus supra dictum est, subiacent *capellæ*, non tamen aulicæ, academicæ, titulatae & commendatæ.

MEMBR. I.

DE

ECCLESIARVM EXSTRUCTIONE
ET REPARATIONE.

§. CCXLVIII.

Ecclesiis
legitime
exstructis

Ecclesiarum exstructio, quia religionis est, quouis modo, ad normam tamen iustitiæ (Prol. §. IV.), promoueri debet. Hinc manus commodare nequis, nisi ei, (1) qui *pietate ductus*, (2) in *loco congruo*, (3) *su-*

*) c. 13. de consecr. D. 1.

(3) superiore consentiente p), (4) ad modum legibus determinatum q), ædem sacram cœpit struere, quæ (5) in nullius * tendit præiudicium r).

* Hinc in ecclesiæ parochialis districtu alia parochialis tunc demum extrui potest, si hoc urgeat necessitas, *ut si ad priorem uel plane non, uel suscepta demum graui molestia, confluere possint parochiani*. c. 3. X. de eccl. ædif. Conc. Trid. sess. XXI. de reform. c. 4.

§. CCXLIX.

Ecclesia, statim atque exstructa est, *dota-* dos *danda* *ri* debet s). Sit autem dos (1) ad clericos est. alendos, luminaria comparanda, reliquaque onera ferenda *sufficiens* * t), atque (2) ex intentione dantis *perpetua*. Hinc illius constitutio antiquitus solemniter facta est u). Mobilia, quibus constituitur, uenum exponuntur, & pretio inde redacto comparantur prædia.

* Olim minimum in dotem dandus erat mansus integer & uestitus. ZIEGLER *de dote ecclesiæ* c. VIII. §. 41.

Y 5

§. CCL.

p) c. 44. C. 16. q. 1. NER c.l. 14. 4.
 GONZALEZ To. III. s) c. 9. de consecr. D. 1.
 p. 787. n. 2. WIESTNER WIESTNER c.l. III,
Instir. Can. III, 38. 37. 38, 39.
 q) WIESTNER c. 1. t) ZIEGLER *de dote*
 III, 48, 21. seq. eccles. c. 7.
 r) c. 43. & 44. c. q. c. 2. u) IDEM c.l. c. 10,
 X. de eccl. ædif. WIEST-

§. CCL.

Collapsæ
quomodo
&

Collapsæ & destructæ, si superfluas x) & ad hæreticos * y) pertinentes exceperis, necessario quidem, sciente tamen uolenteque superiore, ita debent refici z), ut inde nihil præiudicii alicui creetur.

* Synagogarum refectio ex mera gratia permittitur, c. 7. X. de Iudæis.

§. CCLI.

cuius sum-
tibus sint
reficiendæ?

Reficiuntur autem sumtibus illius, cuius iniuria a) damnum perpeffæ sunt, & si uetustate aut casu collapsæ fuerint, ex patrimonio fabricæ dicato b) reliquisque redditibus ecclesiasticis. Quibus deficientibus, uel patronus, uel uniuersitas, prout ecclesia patronata est aut libera, sumtus facere tenetur. Quæ tamen res quorundam locorum consuetudine legibusue particularibus ualde immutata est. Sic scimus, *alibi* cleri esse chorum, plebis uero nauim reficere; *alibi* uero decimis in feudum datis, uel in manibus sæcularium existentibus hoc onus cohærere c).

§. CCLII.

Quodsi summa sit inopia tum ipsius eccle-

x) HOSPINIAN. de PECK de eccles. adif. & templ. c. 6. repar. c. 27.

y) IO. C. de hæret. III. a) arg. c. 3. C. 12. q. 2.
BOEHMER I. E. P. h. t. b) c. 28. seq. C. 12. q. 2.
§. 36. seq. c) ESPEN I. Eccl. II,

z) 14. C. de S. S. Eccles. 16, 5. §. 13.

clesiæ reficiendæ, tum eorum, quibus incumbit onus reficiendi, *unioni* locus est *d*).

§. CCLIII.

Evangelici (1) superiorem, cuius consensu opus est ecclesias exstructuris uel reparaturis, habent principem *; (2) de eorum secundum vires patrimonii, an secundum personarum numerum contribuere teneantur parochiani? disceptant. Illud æquitati conuenire putat Ill. BOEHMERVS e), propterea quod ex singulorum patrimonio hoc onus ferri debeat. Quam tamen rationem concludere, equidem non uideo.

Ufus in terris euangelicorum.

* Hic curam refectionis *consistorio*, itidem *patronis & dominis iurisdictionibus* suo modo relinquere solet.

§. CCLIV.

In Germania (1) adprobata cuidam religioni addicti, in loco, quo religionis, quam profitentur, neque A. 1624. fuit, neque postea iure natum est exercitium publicum priuatumue, ne unicam quidem ecclesiam exstruere possunt f), nisi (a) consentiente domino territoriali, & (b) citra ullum dominantis religionis præiudicium; (2) *numerus ecclesiarum* in ciuitatibus mixtæ

Pacis Guesph. dispositio &

d) c. 49. C. 16. q. 1. SLEVOGT de union. eccles. d. I. c. 2. §. 12.

e) I. E. P. III, 48, 74. f) I. D. E. M. c. I. III, 36, 8. seq.

tæ religionis adaugeri nequit *g*); (3) inhabitans domum, sitam in districtu parochiali ecclesiæ, a sua religione diuersæ, ad huius refectionem aliquid contribuere non tenetur; (4) huius uel illius religionis adprobata socii, ecclesiasteria, quæ 1624. possederunt, possunt, si uelint *b*), reficere *i*).

§. CCLV.

super ea
nata con-
trouersia.

Sic quoque idem modus in ecclesia reparanda, ac ea ædificanda, seruandus est (§. CCL. & §. pr.). Itaque, me quidem iudice, (*a*) ii, quibus religionem suam exercere licet priuatis in ædibus, harum formam ita mutare nequeunt, ut faciem templi induant; (*b*) ordo Teutonicus, quum curiam illam, quæ dicitur *Casten Haus*, Nordlingæ repararet, causam præbuit nuntiationi legitimæ *k*).

§. CCLVI.

III. BOEHMERVS *l*), qui templum, quod ab omni religionis exercitio uacuum est, fuitque 1624., liberæ domini territorialis dispositioni subiicit, uel casum non recte formare, uel de non dabili loqui

g) HENNIGES ad
I. P. art. V. §. 29. p. 460.

b) I. P. art. V. §. 33.

i) III. BOEHMER c. I.

III, 48, 38.

k) FABRI Staats-
Canzl. To. XXXI. c. 1.

l) Schilter. illustr. II, 7.

§. 5.

qui uidetur mihi. Id quod tamen pace Summi Viri scripserim.

MEMBR. II.

DE

ECCLESIARVM CONSECRATIONE
ET RECONCILIATIONE.

§. CCLVII.

Ecclesiam nouiter exstructam suaque do-^{Ecclesia consecrata}
te munitam consecrat *m*) * episcopus
aut abbas infultatus competens**, non ue-
ro presbyter *n*), nisi ex mandato aposto-
lico. Potest autem consecratio quouis
die *o*) peragi, dummodo seruentur ritus
pontificali Ro. *p*) determinati.

* Consecratione opus est, quia in ecclesia non-
dum consecrata sacra fieri, praesertim missa ce-
lebrari, baptismus & eucharistia administrari,
horae canonicæ celebrari, chrisma, uenerabi-
le, sanctorum reliquiæ &c. adseruari neque-
unt.

** Qui ubi ecclesiam sua dote non instructam
consecrauit, ipse dotem constituere tenetur.
c. 8. X. de consecr. eccles.

§. CCLVIII.

Sic consecrata (1) sacra est, & (2) ea, quæ gaudet
uenerationem exigit, atque (3) ab omni ^{sanctitate,}
com-

m) c. 3. de consecr. D. I.

o) c. 2. X. eod. ALTE-

n) c. 9. X. de consecr.

SERRA ad X. INNO;

eccles. I v o decr. p. VI.

CENT. p. 482.

c. 102. seq.

p) p. 497. seq.

commercio humano *q*) exempta. Itaque in ea (*a*) iudicium criminale agere, (*b*) contractus celebrare, (*c*) conuentus seculares habere &c. nequis *r*), ne quidem prae-textu consuetudinis *s*).

§. CCLIX.

iure asyli & Et, quia consecratur adhibitum sanctorum reliquiis, gaudet (*r*) *iure asyli t*) (§. IX, 8.)*. Hinc ad eam tuto confugere possunt fideles, (*a*) si uel maxime sint interdicti, excommunicati, proscripti, ad mortem condemnati *u*); non autem (*b*) latrones uel graffatores uiarum publici, agrorum depopulatores *x*), rei criminis haereses *y*), apostasiae, laesae maiestatis uel homicidii qualificati *z*), itidem qui in ipsis ecclesiis aut coemeteriis spe impunitatis deliquerunt *a*). *Hi*, auxiliantibus ecclesiarum defensoribus, extrahi queunt, ubi hoc sine tumultu, scandalo & turbatione sacrorum fieri potest *b*). *Illorum* aliquis, si ad ecclesiam fugerit, neque ui extrahi *c*), aut ad egrediendum graui metu coactus capi, neque rebus

q) HOSPINIANSVS de
templ. IV, II.

r) BARBOSA I. Eccl.
II, 3, 13.

s) c. 12. X. de uir. & bo-
nest. cler.

t) WIESTNER Inst.
Canon. III, 49, 45.

u) IDEM c. l. art. I, 5.

x) BARBOSA c. I.

nr. 78. seq.

y) IDEM c. l. nr. 45.

z) WIESTNER c. l.
art. 3. 6.

a) c. 6. 10. X. de immu-
nit. eccles.

b) Nou. 117.

c) c. 9. 20. 35. C. 17. q. 4.
c. 6. X. de immu. eccles.

bus secum eo allatis priuari potest, sed in subsidium ab ecclesia alendus est *d*).

* Hoc in ecclesiis maioribus ad XL. in minoribus uero ad XXX. passus extenditur. ORTH *d*, de eo quod iustum est circa locum sacrum c. 2. §. 6. si exceperis ecclesias, intra castellorum ambitum fundatas. BARBOSA *I. Eccl. II, 3, 42.*

§. CCLX.

Gaudet quoque (3) immunitate (*a*) ab immunitate hospitaliis *e*), (*b*) excubiis, quas tamen necessitate urgente ipsi clerici peragere tenentur *f*), (*c*) tributis cuiuscunque generis *g*).

§. CCLXI.

Ecclesia semel consecrata iterum consecrari nequit (§. IX, 3.) *b*), nisi (1) consecratio negligenter facta, aut (2) an unquam facta *i*)? dubitetur.

§. CCLXII.

Ecclesia consecrata polluitur (1) sepultura infidelis *k*) uel excommunicati, (2) notabili humani sanguinis effusione, (3)

d) WIESTNER c. 1. art. 7.

e) c. 1. X. de immunitate ecclesiarum.

f) c. 2. X. eod.

g) WIESTNER c. 1. art. 10, nr. 202, seq.

b) c. 3. D. 68. c. 20. de consecr. D. 1.

i) WIESTNER c. 1. III, 40, 16, seq.

k) c. 27. seq. de consecr. D. 1.

uoluntaria feminis effusione intra ecclesiam notorie facta *l*), & (4) cultu impio.

§. CCLXIII.

reconcilia-
tur.

Polluta indiget *reconciliatione*, quam (1) episcopus *m*) (lib. I. §. XXXV.), non simplex sacerdos, nisi ex privilegio apostolico *n*), peragit, & quidem (2) non sola missæ celebratione *o*), sed aquæ cum uino & cinere benedictæ adspersione *p*).

§. CCLXIV.

Encania.

Denique notes uelim, quod memoriam consecrationis singulis annis recolere, & diem *encaniorum* celebrare soleant *q*), ut imitarentur Christum *r*). *sub ca. 17. diff. 1. de consecratione*

§. CCLXV.

Euangelici
ecclesiis,
quas dedi-
cant tan-
tum,

Euangelici ecclesias dedicant tantum. Absoluitur autem *ritus dedicationis* actibus, quibus ecclesiarum quæque destinatur, quos quilibet pastor ex mandato principis peragere potest *s*).

§. CCLXVI.

l) W I E S T N E R c. l. nr. 31. seq. & III, 49. art. 2. G O N Z A L E Z To. III. p. 845. nr. 6. seq. *m*) c. 9, X. de consecr. eccles.

n) W I E S T N E R c. l. III, 40, 27. seq. BARBOSA I. E. II, 4, 16. seq.

o) W I E S T N E R c. l. nr. 30.

p) c. 4. 7. X. de consecr. eccles. Pontif. Ro. p. 474.

q) L I N C K de encanias templor.

r) lo. c. 10.

s) L I N C K de iur. templ. c. VI, nr. 21. SIBEXI ritus templorum condendor. ac dedicandorum.

§. CCLXVI.

Quia ecclesias dedicant tantum (§. pr.) non con-
neutiquam uero consecrant, nec pollutas ^{secrant,}
reconciliant (§. XXXII, 8.), (1) de conse-
crationis modo, ministro, effectibus, reite-
ratione prohibita, causa pollutionis &c.
nihil plane differunt; (2) ecclesiis *exter-*
nam tantum *sanctitatem* tribuunt *t*), nec
(3) quid sancti ruderibus adhuc cohærere
statuunt.

§. CCLXVII.

Sic quoque ecclesiis (4) eam tantum *im-*
munitatem uindicant, quæ ex beneficio ^{num im-}
principis uenit *u*), sicque potest adimi; ^{munitatem}
(5) nullum *ius asyli* tribuunt *x*), licet ue- ^{tribuant}
lint, ut iudex, qui in eo est, ut reum ad ^{iusque asy-}
ecclesiam profugum inde retraheret, impe- ^{li?}
tret consensum consistorii *y*). Non itaque
mirum, quod (6) nesciant *ditionem* eccle-
siae *iuridicam*. Denique (7) *encæniorum*
festiuitates, si quas habent, ciuiles *z*) repu-
tant. easque in multis prouinciis per om-
nes & singulos pagos celebrant uno e-
demque die.

Engau ius eccles.

Z §. CCLXVIII.

z) Ill. BOEHMERI d.
de sanctitate eccles.

u) E. I. d. de potestate ci-
uili in templa.

x) ENGELBRECHT
d. de iniusta asylorum im-

munitatisque ecclesiarum ad
crimina dolosa extensione.

y) CARPZOV Iuris-
prud. Conf. lib. II. def. 224.

z) FRITSCH de statu
pagorum. c. 21.

§. CCLXVIII.

Ufus in
Germania.

In Germania (1) euangelici, in terris pontificiorum degentes, qui A. 1624. subfuerunt Episcopo, ecclesiarum, quas exstruxerunt, consecrationem neque petere, neque admittere tenentur (Prol §. LXVIII, 5.); (2) quibusdam ecclesiis & monasteriis *ius asyli*, limitatum tamen, competit, ex imperatorum priuilegio a); (3) *encenia* alicubi solemniter proclamantur b) ab eo, cui *ius ea protegendi* competit c), qui est uogteix dominus *, nisi consuetudine uel obseruantia aliud introductum fuerit.

* Magnus hic est Dd. dissensus. Alii enim uogteix, alii centenæ, alii territorii domino uindicant ius encenia protegendi. VENNE d. *de iure circa encen. templ. c. 2. §. 2.* Alii inter causas ciuiles & criminales distinguere uolunt, ut HILDEBRAND *iurisd. uniu. c. 6. pos. 11.*

MEMBR. III.

DE

SVBSELLIIS.

§. CCLXIX.

Subsellia
uel publi-
ca sunt,

Vt parochianis commodior sit occasio uerbum dei in ecclesia percipiendi, exstruuntur *subsellia*, quæ in *publica & priuata* diuiduntur. Illa iterum sunt uel *officia-*

a) RITTERSHVS. *de iure asyli p. 23.*

u. Kirchweih.

c) DEDELL d. *de pro*

b) WEHNER *obs. pr. rectione enceniorum.*

ficialia Amts = Stühle d), uel certo cuidam hominum generi, aut omnibus omnino *communia e)*.

§. CCLXX.

Priuata nummis comparantur, atque uel pri-
nomine & iure uariant, pro diuersitate le-
uata.
gum, istorum usui positarum. Sic (1) oc-
currunt *Personen = Häuser = Familien = und*
Erb = Stühle f), quorum (2) *hæc* pro lu-
bitu, *illa* suo modo, & *ista* una cum ædi-
bus alienari queunt; contra, qui (3) sub-
felliâ suâ tantum personæ comparauit, ea
neque contractu, neque ultima uoluntate
in aliquem transferre potest *g)*; (4) illius
tamen heredes *, ubi parochiani sunt *b)*,
ad certum usque tempus *i)* iure prælatio-
nis gaudent *k)*.

- * Heres, qui subfellium sibi adscribi petiit, ante
illius tamen adscriptionem mortuus est, nihil
iuris protimiseos in heredes suos transtulit.
STRVV *introd. ad prax. I. Canon. p. II.*
caf. 12.

Z 2

§. CCLXXI.

- | | |
|---------------------------------------|-----------------------------|
| d) CARPZOV c. l. | b) TITIVS c. l. §. 27. |
| def. 370. | i) CARPZOV c. l. |
| e) TITII Probe des | def. 368. |
| geistl. X. II, 3, 4. | k) IDEM c. l. def. 365. sq. |
| f) PHILIPPI de sub- | TITIVS c. l. §. 29. seq. |
| fell. <i>templ. c. l. §. 10. seq.</i> | PHILIPPI c. d. c. IV. |
| g) CARPZOV c. l. | §. 7. seq. |
| def. 362. seq. | |

§. CCLXXI.

Quibus
modis hæc
amittan-
tur?

Templo iterum cedunt subsellia priua-
(1) usu, ad quem sunt concessa, finito;
(2) cessante causa concessionis; (3) acqui-
sito subsellio publico; (4) cessione libere ac
sponte facta l).

TIT. XVII.

DE

COEMETERIIS.

§. CCLXXII.

Cœmeteria Cœmeteria sunt loca* publica sepelien-
dis christianorum corporibus, medi-
ante benedictione, dicata.

* Sepulchrum, quod olim quilibet sibi faciebat
extra urbem in suo fundo, superstitione na-
ta, plerique in atrio uel porticu, uel exedris
ecclesiæ quæsiuerunt sibi. Quod fecit, ut suc-
cedente tempore atria ecclesiarum, & iis non
sufficientibus, alia loca publica sepulchris de-
stinarentur, atque nemini liceret sibi suisque
sepulchrum aliquo in fundo priuato facere.
BOEHMER orig. præcip. mater. iur. eccles. c. 22.

§. CCLXXIII.

ubicunque
fita

Ea, quæ intra ditionem iuridicam alicu-
ius ecclesiæ fita sunt, (1) huius iura se-
quuntur m), atque (2) una cum ea conse-
cra-

l) CARPZOV c. l. m) CANISIUS ad
def. 364. PHILIPPI c. d. X. III, 49, 14.
c. 5.

crata *n*), polluta *o*) & reconciliata dicuntur esse. Eorum uero, quæ in loco ab ecclesia distante sunt extructa, iura nimis uariant.

§. CCLXXIV.

Sepulchra, quæ in cæmeteriis deprehenduntur, uel *communia* sunt, uel *privata*, hæcque iterum uel *hereditaria*, uel ad familiam restricta *m*), quorum illa his patent latius, & ad quosuis heredes transferri possunt.

§. CCLXXV.

Unde hæc axiomata:

- I. Cæmeteria sunt loca publica.
- II. Indigent benedictione.
- III. Sunt destinata sepulturæ fide-
lium.

§. CCLXXVI.

Quia cæmeteria sunt loca publica (§. sunt loca pr.), constabit de causâ (1) cur ea sine epi-publica scopi auctoritate nequeant erigi; (2) cur hic & ille locus, quo quædam corpora sepulta deprehenduntur, propterea cæmeterium dici nequeat *oo*).

Z 3

§. CCLXXVII.

n) BARBOSA I. Eccl. *funerandi* c. 2. §. 3. seq. II, 9, 8.
oo) Clem. I. *de sepult.*
o) c. un. *de consecr. eccl.* MASCARDVS *de probat.* concl. 289.
m) STRYK d. *de iure*

§. CCLXXVII.

mediante
benedictio-
ne,

Cœmeteria, quippe quæ benedicit episcopus (§. CCLXXV.), ab imperio & commercio civili exempta, atque sanctitate munita uidentur. Unde (1) ad profanum uel alienæ conuersationis usum, uti loquuntur, distrahi nequeunt *p*); (2) sepulcris ibi exstructis pretium facere * *q*) aut (3) cadauer ibi sepultum, effodere **, exornare, mutilare &c. piaculum habetur.

* *Priuatorum* (§. CCLXXIV.) tamen usus pretio æstimari, immo eorum proprietates uendi potest, ad soluendum æs alienum, dummodo expensarum in iis ædificandis factarum unica habeatur ratio. BARBOSA *collectan.* To. II. p. 230. nr. 3. 7.

** Quodsi tamen sepultura contra canones facta, datur locus eiectioni. c. 12. X. h. LANCELLOTVS *Instit.* II, 24, 10.

§. CCLXXVIII.

fidelium se-
pulturæ de-
stinata.

In cœmeteriis, quippe quæ fidelium sepulturæ sunt destinata (§. CCLXXV, 3.), ii, qui nunquam fuerunt aut esse desierunt fideles, sepeliri nequeunt *r*), atque, si de facto ibi sepulti fuerint, sunt exhumandi *s*), purgandumque cœmeterium *t*).

§. CCLXXIX.

p) c. 5. X. de *immun.*
eccl. c. 2. eod. in 6.

q) c. 13. X. de *sepult.*
PIRHING III, 28, 35. seq.
STRYK c. d. c. 2. §. 10. sq.

r) SAHME de *sepultura*
deneg. c. 3. §. 4. seq.

s) c. 12. X. de *sepult.*
t) PASSERINVS de
pollut. eccles. d. VIII. c. 1. 2.

§. CCLXXIX.

Euangelici (1) *cœmeteria dedicant* tantum, & (2) prout *ecclesiasteriis contigua* sunt nec ne, rebus uel *ecclesiasticis annu-* tentia.
merant, uel *uniuersitatis u*); (3) cuiusuis generis *sepulchra æstimant pretio x*); (4) nullius generis *cœmeterio ius asyli tribu-*
unt, nec (5) in iis *iurisdictionem crimina-* lem uindicant *consistoriis y*).

§. CCLXXX.

Prout *cœmeteria* (1) uel euangelicis aut *Praxis Ger-* catholicis *propria*, uel utrisque communia, mania.
fuerunt 1624., ita in posterum debent esse
(2) a *communibus* infantes, ab euangelicis nati & ante baptismum mortui, excludi nequeunt; (3) euangelici, pontificio principi parentes, qui 1624. subfuerunt *iuris-* dictioni cuiusdam *episcopi*, sine huius consensu antiqua quidem *cœmeteria* dilatare, non tamen noua erigere possunt. Ad id uero cogi nequeunt, ut in his admittant benedictionem *episcopi*, cuius consensu ea exstruxerunt a).

Z 4

TIT.

a) STRYK ad BRVN-
NEM. I. Eccl. II, 2, 12.
Fleischers Einl. zum geistl.
Recht II, 12, 8.

x) III. BOEHMER
I. paroch. suppl. p. 524.

y) HORN d. de iurisdic-

tionem criminali exale in iudic. eccles.

z) a. I. P. art. V. §. 31.
& ad h. HENNIGES
p. 581. not. aa).

a) a. I. P. art. V. §. 48.

TIT. XVIII.

DE

SEPULTURA ECCLESIASTICA.

§. CCLXXXI.

Sepultura
eccles.

Fideles, dum eorum corpora in cœmet-
rio humantur *, seruatīs ritibus litur-
gicis, more ecclesiastico sepeliri dicun-
tur.

* Cadauer, ut ne illius putredo damnum ferat
uiuis hominibus, sine mora sepeliri debet, nec
arresto retineri potest, si uel maxime defun-
ctus hanc potestatem creditori suo dederit. PE-
REZ de LARA de anniuersariis & capellaniis l.
25, 20.

§. CCLXXXII.

adhibitis
ritibus li-
turgicis

Vult autem liturgia, ut ubi (1) concen-
tu campanarum conuenit clerus cum ple-
be, (2) adhibeantur thus, aqua benedicta,
lumina, signumque crucis, (3) de rebus sa-
cris sermo habeatur *b*), & (4) oblatio pro
defuncto facta recipiatur *c*).

§. CCLXXXIII.

in cœmete-
rio ecclesiæ
parochialis
facienda
est,

Volunt porro leges ecclesiasticæ, ut,
qui ex uita exceſſerunt, sepeliantur (5) in
cœmeterio istius ecclesiæ parochialis *, in
qua quisque habitauit, aut saltem sacra-
menta percipere consueuit *d*), & mortuus
est.

* Paro-

b) c. 28. C. 13. q. 2.*d*) c. 1. X. h.*c*) c. 12. C. 23. q. 5.

* Parochus, qui alienum parochianum in suæ ecclesie cœmeterium recepit, corpus restituere compellitur. c. 5. X. h.

§. CCLXXXIV.

Id quod tamen fallit (a) in episcopis, canonicis, reliquisque clericis; (b) in abbatibus & monachis, (c) patronis aliisque proprio sepulchro instructis. *Isti enim in ecclesia, cui præfuerunt e), illi in monasterio, quo tria uota f) sunt professi, h) uero in sepulcris propriis sepeliuntur g), dummodo demortuorum corporum translatio * facilis.*

* Cadaver eo translaturus, intentionem suam significare tenetur (a) magistratui, cui ius in corpus sepeliendum competit, itidem (b) ei, per cuius bannum facienda est translatio. CRELL. d. de translatione mortuorum per territorium alienum. nr. 12.

§. CCLXXXV.

Fallit etiam (d) in iis, qui uel ipsi, uel per alium sepulturam libere sibi elegerunt alibi. Hoc quilibet, is etiam, qui de non eligenda sepultura iurauit h), quid? quod pater nomine filii familias i) facere potest. Sine episcopi tamen consensu inualida est

Z 5

ele-

- e) c. 18. C. 13. q. 2. patr. II, 3. p. 50.
 BÖCKHN comment. in b) LANCELLOTVS
 ius canon. h. nr. 33. Instit. II, 24, 7.
 f) BARBOSA I. Eccl. i) BARBOSA collect.
 II, 10, 30. c. f. h. in 6to. To. II. p. 228. nr. 2.
 g) FR. de ROY de iur.

electio, quæ cum scandalo coniuncta videtur, utpote quam fecerunt *masculi* in monasteriis mulierum, *femine* in claustris uirorum *k*), *laici* in locis non religiosis *l*).

§. CCLXXXVI.

Honor sepul-
turae.

Denique ad honorem sepulchuræ hæc pertinent: quod ad funus cohonestandum (6) collegæ, socii, commilitones, famulique defuncti *conueniant*, ac eo ordine & modo, quem leges, statuta pactaque determinant, conducant ad sepulchrum usque; (7) amici *carmina funebria* canant, & (8) si defunctus fuerit uir summæ dignitatis, illius heredes curent *epitaphia* poni *m*), (9) *exequiasque** haberi.

* Hæc autem in ecclesia parochiali fieri debent, licet sepultura facta sit alibi. *ESPEN I. Eccl. p. II. tit. 38. c. 5. nr. 6.*

§. CCLXXXVII.

Sepulturae
honestæ
opponitur

Sepultura ecclesiastica (§. CCLXXXII. seq.), cui *honestæ* nomen est, in *solemnem* & *minus solemnem* diuiditur. Hanc imperat & concedit ille, cui ius in sacra competit.

§. CCLXXXVIII.

inhonestæ,
quæ in

Sepultura inhonestæ in ignominiosam abit &

k) GONZALEZ TO. II, 24, 2.

III. p. 26. 27. nr. 6.

m) PRAGEMANNI d.

l) c. 3. X. h. ZIEG. *de iure epitaphiorum.*

LER ad LANCELLOT.

& *afininam*. Illa est, dum quis ritibus lignominis turgicis (§ CCLXXXII.) omiffis *n*), & honore sepulturæ (§ CCLXXXVI.) negato *o*), humatur uel extra locum, sepulturæ hominum sui generis destinatum, uel ad illius fines. Hæc ignominia manet eos, qui (*a*) in hæresi *p*), excommunicatione *q*), uel interdicto *r*) mortui sunt; (*b*) qui in duellis perierunt *s*) aut torneamentis *t*); (*c*) qui per risum atque iocum contempserunt deum *u*); (*d*) qui legitimo tempore neque peccata sua confessi, neque sacra cœna usi sunt *x*); (*e*) qui decimas redde- re noluerunt *y*), quique (*f*) usurariæ prauitatis rei facti sunt *z*). Manet etiam (*g*) clericos, quorum concubinatus multis innotuit *a*), (*b*) monachos, qui moniti a uitio peculiaritatis non abstinerunt *b*), & alios *c*).

§. CCLXXXIX.

n) Extrau. comm. I. de priuil.

o) PRAGEMANN c. d. §. 21. seq.

p) c. 8. X. de hæret. c. 2. eod. in 6to.

q) c. 14. X. h. GONZALEZ To. III. p. 559. nr. 2.

r) Clem. I. de sepult.

s) Conc. Trident. sess. XXV. de ref. c. 19.

t) c. 1. X. de torneam.

u) c. 2. X. de maled.

x) c. 12. X. h.

y) c. 19. X. de decim.

z) c. 3. X. de usur.

SAHMS d. de sepultureæ deneg. c. 3. §. 11.

a) c. 6. D. 32.

b) c. 2. 4. X. de star. monach.

c) WIESTNER Inst.

Can. III, 28. art. 1. BAR-

BOSA I. Eccl. II, 10. 40. sq.

SAHME c. l. §. 13. seq.

§. CCLXXXIX.

asininam.

Sepultura asini sepultus dicitur, quem in famoso quodam loco humavit carnis. Contingit ea (1) in reatu mortuis *d*), iisque (2) qui sibi manus uolentia dolo malo intulerunt *e*).

§. CCXC.

Sepulturam asininam imperat iudex secularis, ignominiosam uero ecclesiasticus. Hic, de causa ignominiosa non fat certus, dat locum minus solemnem.

§. CCXCI.

Portio canonica.

Qui sibi sepulturam elegit in aliena ecclesia (§. CCLXXXV.), huic aliquid plerumque legat. Ex hoc legato ecclesie parochiali pars aliqua debetur *f*), quae *portio canonica parochialis* dicitur *g*). Haec (1) quantitate admodum uariat; (2) cessat (*a*) si funus temporarium, (*b*) legatum pro ornamentis, fabrica, uel anniuersario factum &c. *b*).

§. CCXCII.

Ufus in terris euangelico- rum &

Euangelici (1) corpus demortuum sepulturi, thus aquamque piacularem non adhibent; (2) pro defunctis offerendum esse

d) c. 12. X. h.

e) c. 12. C. 23. q. 2.
 SAHME c. l. §. 2. seq.
 BOCRISII d. de eo quod
 iustum est circa sepulturam

*propriidarum.**f*) Clem. 2. h.*g*) c. 2. de sepult. in 6to.

h) WIESTNER c. l.
 art. V. p. 543.

esse negant *i*); (3) corpus contra canones sepultum non restitunt; (4) infantes ante baptismum mortuos, hæreticos *k*) &c. minus solemniter, non tamen cum ignominia sepeliunt; (5) portionem canonicam nesciunt. Cæteroquin (6) sepulturam ad iura parochialia referunt; (7) ritus sepulchrales habent iuris publici, eosque, qui nonnisi dispensatione impetrata repudiari queunt *l*).

§. CCXCIII.

In Germania iis, qui unam ex religionibus approbatis profitentur, nullibi (1) locus in cæmeterio aut honor sepulturæ denegari, uel, (2) si suorum corpora ad socios sacrorum transferre uelint, iniungi potest, ut pro corporum exhibitione aliquid soluant, præter sumtus funeris, ecclesiæ parochiali debitos, definitosque *m*).

TIT. XIX.

DE
RELIGIOSIS DOMIBVS.

§. CCXCIV.

Domus piis usibus addictæ, *religiose* audiunt, atque in *laicales* uel *ecclesiasticas* Domus religioſæ

i) HILDEBRAND *iure circa hæreticos* §. 33. *offert. pro def.* c. 2. 3. CHEMNITIVS *exam. Conc. Trid.* p. III. lib. 3. c. 7. §. 7.

k) COCCII *d. de*

l) THOMASII *d. de iure princ. circa solemn sepult.* CARPZOV *iurisprud. Confist.* lib. I. def. 10.

m) I. P. art. V. §. 35. 56.

sticus diuiduntur *n*), prout earum dedicatio uel impetrata uel spreta Episcopi auctoritate facta est.

- * Auctoritas episcopi interposita non praesumitur. Hinc religiosa domus in dubio profana non ecclesiastica uidetur esse. BARBOSA I, *Ecles.* II, 11. nr. 17.

§. CCXCV.

ecclesia-
stica

Ecclesiastica (1) gaudent immunitate, (2) iuribusque minorum; (3) in usus alios pios conuerti nequeunt, nisi (*a*) dedicationis causa cessante *o*), (*b*) in conuersionem consenserit superior.

§. CCXCVI.

subiunt
dicece-
sano

Easdem conseruandas curare debet (lib. I. §. XL.), proptereaue (1) *inspectores*, *prouisores*, *administratores* constituere, & (2) a constitutis rationes* exigere *p*), item (3) abusus, quos uisitans notauit, tollere, (4) defectus supplere *q*), & (5) ut paucis multa dicam, ea omnia, quae lex fundationis exigit, facere potest dioecesanus *r*).

- * Haec potest, si uel maxime lex aut priuilegium nominet, quibus reddenda esset ratio.

§. CCXCVII.

n) c. 4. X. h.

o) c. 5. X. h.

p) *Conc. Trid.* sess. VII,
de reform. c. f.

q) *Clem. 2. h. P I R.*
HING III, 36. §. 2. nr. II.
seq.

r) *IDEM c. l. nr. 19. sq.*

§. CCXCVII.

Exemptio a iurisdictione episcopali, usque dum
quam quædam ex religiosis domibus ec- exemptio.
clesiasticis iactitant, (1) neque præsumi nem pro-
tur, neque (2) probata extendi s), aut (3) bent.
impedire potest, quo minus episcopus re-
ctores negligentes corrigat, & sacra in ora-
torio peragenda dirigat t). Impetrata pri-
uilegio, præscriptione u), an fundatio-
nis lege, perinde est.

§. CCXCVIII.

Domus laicales (1) sunt profanæ, & (2) Domus
a fundatore suo destrui, (3) in aliumque laicales.
usum conuerti queunt x); (4) usû sacro-
rum & (5) immunitate destituuntur; (6)
seculari potestati subsunt y), & (7) a diœ-
cesano uisitari nequeunt, nisi (a) gerant
formam ecclesiæ z), aut (b) earum funda-
tor mortuus sit, huiusque heredes funda-
tionis legem superhabeant a).

§. CCXCIX.

Monasteria auctoritate * diœcesani b) uel Monaste-
pon-ria.

s) c. 7. 8. X. h.

ratih. h. p. 259.

z) Conc. Trident. sess.

a) BARBOSA I. Eccl.

XXIV. de reform. c. 4.

II, 11, 49.

u) c. 17. C. 18. q. 2.

b) c. 10. 12. C. 18. q. 2.

c. 8. X. h.

c. 4. de priu. in dno Conc.

x) c. 4. X. h.

Trid. sess. XXV. de regul.

y) Clem. 2. h.

c. 3.

z) CIRONIVS pa-

pontificis exstructa (a) immunitate ecclesiastica gaudent c), (b) diocesano sub-sunt d), donec probantur exempta **, (c) neque in se, neque in religiosis mutari queunt, nisi superiore ex iusta causa e), u. c. quod ordo perierit &c. consentiente (§. CCXCV.) f).

* Quæ interponi nequit, nisi constet, monasteria in loco congruo ita exstruenda esse, ut neque duplicia sint, neque in præiudicium tendant tertii c. 21. C. 18. q. 2. BARBOSA c. l. II, 12, 7. TAMBRINIVS de iur. abbat. To. III, d. 5. q. 1. nr. 7.

** Hæc uisitat qua delegatus sedis apostolicæ. ESPEN I. Eccl. p. III. tit. 12. c. 6.

§. CCC.

Hospitalia

Ædes in usus miserabilium personarum exstructæ, *hospitales* audiunt, atque, pro diuersitate personarum, quibus seruiunt, dicuntur *brepho-orphano-ptocho-trophia*, *nosocomia*, *xenodochia*, *leproforia*, *gerontocomia* g) &c.

§. CCCI.

quoecunque ueniant nomine, Sunt uel *ecclesiastica*, uel *laicales* (§. CCXCV.) quarum illæ, non uero hæ, (1) immunitate b) & priuilegiis bonorum

c) ENGEL tr. de III, 36, 21.
priuil. & iurib. monast. f) c. 41. C. 16. q. 7.

pr. 2. 8.

g) BARBOSA c. l. II,

d) c. 7. 8. X. h. c. 12. 19. II, 2. seq.

X. de offic. iud. ordin.

b) PIGNATELLI

e) WIESTNER c. l. To. VI. conf. 40.

rum ecclesiasticorum gaudent, (2) episcopali inspectioni *i*) subsunt (§. CCXCV. CCXCVIII.), nisi speciatim exemptæ fuerint (§. CCXCVII.), ut *hospitalia ordinum militarium k*), eaque, quæ sub auspiciis regum aliorumque principum erecta sunt *l*).

§. CCCII.

In terris euangelicorum domus religio-^{Quid in}sa, a priuatis fundata, ad immunitatem^{terris eu-} ecclesiasticam consequendam indigent au-^{angelico-}ctoritate territorialis domini, qui quoque^{rum &} extructas curat *m*), ut olim fecerunt re-^{ges n}).

§. CCCIII.

Ad cuius religionis socios religiosæ do-^{inter di-}mus uel in totum, uel in tantum perti-^{uerfarum} nuerunt d. r. Ian. A. 1624., iis eodem^{religio-} modo relinquendæ sunt in posterum (Prol.^{num so-} §. LXVI. seq.) *o*), ita tamen, ut, quæ in ter-^{cios obti-}ris principum euangelicorum iacent, siue^{neat?} ad pontificios, siue ad euangelicos * spe-
ctent, non pontifici, episcopo aut pro-
Engau ius eccles. Aa uin-

i) BRUNNEMANN
I. Eccl. I, 6. m. 12. §. 19.

k) Clem. 2. f. de relig.
dom.

l) WIESTNER c. I.
nr. 13. seq.

m) LINCK de iure e-
pisc. c. 10. nr. 43.

n) REINHARD de
iure princ. circa sacra c. 4.

§. 7.

o) I. P. art. V. §. 25. 26.

uinciali *p*), sed territoriali subsint domino *q*), &, quod ad *monasteria* attinet, ea (1) ius asyli, quod glorianur, probare debeant *r*). Sic quoque (2) pontificii in locis, ubi uel utraque, uel euangelica tantum uiget religio, noua monasteria exstruere *s*), aut (3) in antiqua novos ordines introducere, nequeunt. Si tamen ordo, qui An. 1624. ibi uiguit, plane interierit, nouus introduci potest, ille tamen, qui ante dissidia religionis natus est *t*). Et denique quod *ades hospitalis* mixtæ religionis concernit, nemo adprobata cuidam religioni addictus ab iis arceri *u*), aut euangelicus iuribus, quæ in eas decretorio anno exercuit, priuari *x*) potest.

* Quæ ad hos spectant, partim seculo addicta sunt, partim bonorum ecclesiasticorum qualitatem retinuerunt.

TIT. XX.

DE

PIIS CORPORIBVS.

§. CCCIV.

Piis corporibus annumerantur **I**nter alia, piis corporibus annumerantur *confraternitates, scholæ & academiæ. Quibus*

-
- p*) I. P. art. V. §. 48. de iure asyli p. 23.
 Ill. BOEHMER Conf. *s*) I. P. §. 29. 31. Ill.
 To. I. p. l. a. XV. app. BOEHMER c. l. §. 8. seq.
 p. 175. & I. E. P. III, 36, *r*) IBID. §. 25. 26.
 19. seq. 27. seq. *u*) IBID. §. 35.
q) I. P. c. a. §. 25. 29. 48. *x*) IBID. §. 26. u. quod-
r) RITTERSHVS, si quoque.

bus omnibus, ut sacris queant uti, auctoritate superioris opus est y). Hic pia corpora curat, uisitatur, flatuta ab eorum membris condita pro re nata uel probat uel corrigit.

§. CCCV.

Confraternitas est multitudo hominum ad religionem pietatemque colendam sociata. Itaque potest & solet esse uaria, quum uariant pietatis opera z).

§. CCCVI.

*Scholæ**, quæ ad instituendam iuuentutem fundantur, uel *privatæ* sunt uel *publicæ*, hæque iterum in *triuiales* & *gymnasia* diuiduntur.

* Harum prima initia in monasteriis ALTESERRA *ascet.* I, 10. incrementa uero in ecclesiis collegiatis querere debes. IO. LAVNOIVS *de scholis celebrioribus siue a Carolo M. siue post eundem per occidentem instauratis.* CONRING *de antiq. acad.* diff. 3. p. 61. sq.

§. CCCVII.

*Academia** est pia societas, ad colendas artes inita, regisque & pontificis priuilegiis munita.

* Quandoque dicitur *uniuersitas, studium.*

§. CCCVIII.

Itaque *doctoribus* constat & *auditoribus.*

A a 2

III

y) ESPEN I. *Eccl.* p. SA c. l. nr. 76. seq. p. 87.
II. tit. 37. nr. 22. BARBO- z) ESPEN c. l. nr. 17. seq.

Illi sunt uel *publici*, qui professores audiunt, uel *priuati*. Professores, qui ab academiarum nutritoribus constituuntur, & suis honoribus a quolibet prosequendi, suisque priuilegiis *a*) a nemine priuandi sunt, in 4. *facultates* abeunt, quarum quilibet subest *Decano*, a se ipsa plerumque ad tempus electo.

§. CCCIX.

auditori-
bus.

Studiorum causa aduentantes tempore, quo matriculae inseruntur, *iurant*, uel dextra promittunt, se obedientiam Rectori praestituros, reuerentiam cuique professorum exhibituros, statuta & statuenda seruatueros, iniuriam sibi illatam non uindicatueros esse.

* Olim depositioni ante omnia subiiciebantur.
SENFFT *de ritu depositionis academicae*. TIT.
TII Probe des geistl. R. IV, 6, 23. seq.

§. CCCX.

Academia-
rum iura.

Quae societates, ubi initae sunt regis & pontificis auctoritate, non solum (1) *syndicum*, *secretarium*, *actuarium*, *depositorem*, *bidellum*, *famulum communem* aliosque ministros assumere, sed & (2) *singulare regimen*, (3) *iurisdictionem disciplinariam* * *b*), eamque priuilegiatam, *forum* priuilegiatum, ac (4) ad unum omnia iura *piorum corporum* sibi uindicare possunt.

*Omni-

a) ZAVNSCHLIFFER
de priuileg. profess.

b) SMALCALDER
d. de iurisd. acad. priuileg.

* Omnimodam iurisdictionem sibi vindicans academia, illius titulum docere tenetur.

§. CCCXI.

Rektor, cui ad unum omnes academici *Rektor* ciues subsunt, *Praelatis* annumeratur *c*). Hinc (1) senatu instructus est (lib. I. §. CCIV.), (2) a quo ad ordinem in statutis determinatum *d*) eligitur (lib. I. §. CCLI. seq.); (3) electus *sceptris* utitur & peculiari amictu. Præterea (4) seruat *claves e*), (5) ciues, statutorum uiolatores reposcit ad poenam pecuniariam, carceris, relegationis. Hæc non infamat, nisi (a) illius causa sit delictum infamans, nec (b) famam seruauerit * academia.

* Quid significet clausula: *non sine macula, docet F. I. L. ap. STRECKER de relegar. acad. c. 2. §. 7.*

§. CCCXII.

Salutem academicam curat, *brabeutisque* *Cancellaria* facultatem gradus conferendi concedit *rius*. *Cancellarius*, qui plerumque *diocesanus* solet esse (lib. I. §. LI, 3.) *f*).

§. CCCXIII.

Sunt autem gradus academici * (1) *Gradu* *academic* *baccalaureatus*, quo præditi in *bibli-* *cos* seu *currentes*, & *formatos* seu *sen-*

A a 3

ten-

c) SCHILTER *Institut. vermisch. Anmerk.* p. I. I. *Can.* 13, 12, 6. nr. 5. CONRING c. I.

d) TITIVS c. I. IV, diff. V. p. 159.

6, 37.

f) CONRING c. I. p.

e) Ill. HEINECCIUS 360.

tentiarum a quibusdam diuiduntur, (2) *magisterium*, (3) *licentia*, (4) *doctoratus*. Nonnisi probis, iisque, qui in examine, lectione & disputatione steterunt, prout decet, conferantur **, & quidem h. m. ut iis (a) publice (b) figatur osculum, (c) proponantur libri aperti mox claudendi, (d) tradatur birretum cum annulo, (e) detur facultas superiorem cathedram ascendendi (g).

* Hoc post sec. XIII. in academia Bononiensi, auctore pontifice, inualuisse putant CONRING c. l. p. 134. BVLAEVS To. II. disp. 7. p. 674. seq.

** Quem in finem conferantur, disquirit TITIVS c. l. IV, 7, 34.

§. CCCXIV.

decorato-
rum iura.

Sic promoti gaudent (1) potestate docendi, disputandi; (2) ab aliis uestibus (b) & titulis (i) se distinguendi; gaudent (3) iure insignium (k), (4) immunitate reali (l) & personali (m), nec non (5) praecedentia praebullatis (n)*. Quae tamen iura omnia cessant (a) si promotus iis renuntiauerit, aut (b) famosum crimen commiserit (o).

* De

g) LIMNAEVS *iur. publ.* VIII, 8.

b) TITIVS c. l. c. 7. §. 44. seq.

i) ITTER *de grad. academ.* c. XI. §. 28. seq.

k) IDEM c. l. §. 14. seq.

l) IDEM c. l. c. XII.

m) IDEM c. l. c. XI. §.

10. seq.

n) SIMONIS d. *de doctoribus bullaris.*

o) TITIVS c. l. §. 51.

seq.

* De eo: an *Dd. nobilibus maiores sint, nec ne?*
post alios disputavit TITIVS c. l. p. 40. seq.

§. CCCXV.

In Germania (1) principes academias in suis territoriis erecturi non nisi ex rationibus politicis ab imperatore petunt consensum & privilegia; (2) non omnes academiae iisdem gaudent privilegiis. Aliae enim (a) possunt, aliae nequeunt poetas creare, notarios, comitesque palatinos; (b) aliae disciplinaria tantum, aliae criminali etiam iurisdictione gaudent p).

§. CCCXVI.

In terris euangelicorum (1) si qua academia erigenda, superhabetur pontificis auctoritas, & (2) in fundatis cancellarium constituit, constitutique potestatem & dignitatem determinat territorialis dominus academiae cuiusque fundator. Unde pro uarietate academiarum uariat cancellarii dignitas & potestas. In quibus nullus cancellarius solet constitui, procancellarium agit q) decanus istius facultatis, quae gradus collatura est; (3) alibi manu regia r), alibi ad nominationem academiae s), constituantur professores.

Aa 4

TIT.

p) ZIEGLER *de iur. Conf.* lib. II. def. 403. TITIVS c. l. c. 6. §. 20.

q) ITTER c. l. c. 5. §. 6. s) CARPZOV c. l. def.

r) CARPZOV *Iurispr.* 399. seq. 404.

TIT. XXI.

DE

BONIS ECCLESIASTICIS.

§. CCCXVII.

Bona eccle-
siastica,

Bona ecclesiastica dicuntur, quæ ad id destinata sunt, ut ecclesiasticæ necessitudini inseruiant*.

* Olim ex oblationibus fidelium ferebantur onera. Ex quo uero ecclesiam tutam honoratamque fecit Constantinus M., ei uariis titulis cesserunt multa prædia. *сводокъ de bonis eccles.*

§. CCCXVIII.

quæcumque
sint,

Et quia destinatio mox generalis est, mox specialis: bona ecclesiastica in *communia & particularia*, seu, quod eodem fere recidit, in *dotalia, mensalia t)* & *piis usibus destinata*, diuiduntur.

§. CCCXIX.

De quibus omnibus hæc notanda erunt:

- I. Sequuntur iura ecclesiarum, quarum necessitudini inseruiunt.
- II. Cura & administratione indigent.

§. CCCXX.

ab imperio
ciuili &

Quia bona ecclesiastica sequuntur ecclesiarum iura (§. pr. i.): constabit de causa (1) cur ab imperio ciuili dicantur exempta u), &

z) 8. 10. X. de rebus eccles. alien. uel non.

u), & propterea neque legibus civilibus ligentur x), neque ferant civilia onera y). Ex illis tamen, quæ sorte temporali ab ecclesia possidentur z), debentur onera (a) quæ certa & perpetua prædiis inhæserunt acquisitionis tempore a), & (β) ad quæ ferenda tempore necessitatis communis laicorum facultates uix suppetunt b).

§. CCCXXI.

Ex eodem (§. CCCXIX, 1.) causam in-
telligere potes (2) cur b. e. ad sanctum
domini pertinere dicantur c), (3) ab omni
commercio exempta uideantur, & (4) ei,
cui subest ecclesia, ad quam pertinent,
subiiciantur.

§. CCCXXII.

Curam & administrationem bonorum
ecclesiasticorum (§. CCCXIX, 2.) gerere
debent, qui unicuique ecclesiæ sunt præ-
positi, ideoque (a) in Prælaturis episcopus
& capitulum d), abbas & conuentus, (b)

Aa 5

in

u) PIGNATELLI To. *fundo coherente SPEREL-
I. consult. 49. nr. 1.* LVVS decif. for. eccl. 35. nr.

x) IDEM c. l. conf. 166. 3. 4.
nr. 15. seq.

y) BARBOSA I. Eccl. c. 3. eod. in 6to.
I. 39. §. 5. nr. 54. p. 494.

z) PIGNATELLI To. c) 14. C. de SS. Eccl.
III. consult. 2. nr. 55. seq. d) c. f. X. de his que fi-
unt a maiori parte capitu-
li.

a) RHETIVS de censu

in parochialibus uero ecclesiis parochus & patronus, aut parochus & inspectores, prout ecclesia, de cuius bonorum administratione quaritur, patronata est aut libera.

§. CCCXXIII.

quomodo suscipiatur? Rarissime autem eam gerunt ipsi *, sed plerumque per *oeconomos*, tutoribus & curatoribus non absimiles. Hi debent (1) inuentarium summa cura & (2) librum rationum iusto ordine conficere, (3) bona ecclesiastica, suorum administrationi credita, adaugere, (4) nomina iusto tempore exigere, (5) templum & curias, inspectores tamen contententibus, reficere, (6) quotannis rationes reddere, (7) damna data resarcire, & quæ sunt alia.

* Episcopi, qui olim administrabant bona ecclesiæ, Ill. BOEHMER *I. E. A.* diff. VII. §. 23. seq. ubi aliis negotiis sunt obstricti, & uita communis cessauit, MATTHÆI *de nobil.* II, 49. THOMASSINVS *de V. & N. E. D.* p. III. lib. 2. c. 35. reseruata sibi suprema inspectione constituerunt *oeconomos* seu Vice-dominos mox laicos mox clericos. Hos sæpe uiricos ecclesiæ factos esse, singulari dissertatione docuit SCHYRZFLEISCHIVS.

§. CCCXXIV.

Alienatio prohibita est.

Quia bona ecclesiastica sunt commercio exenta (§. CCCXXI, 3.): sequitur (1) ut uenditionis, donationis & permutationis obiectum esse, itidem (2) in *feudum*, *emphyteusim*,

teusin, iure uillicationis aut pignori dari e), & ut paucis multa dicam, (3) ullo modo alienari nequeant f). Sciendum est etiam, quod, si de rebus immobilibus aut iuribus sermo sit, neglecta acquisitio & suscepta alienatio pari passu ambulent g).

§. CCCXXV.

Possunt tamen ex iusta causa alienari (a) res mobiles non pretiosæ, & quæ ser- uando seruari nequeunt; (b) res immobiles ^{quando tamen fieri potest} exigui ualoris b). Possunt & reliqua bona, si res sacras, bona dotalia & mensalia * exceperis, ex iusta causa alienari, dummodo solemnitates adhibeantur canonicæ.

* Hæc etiam ex quorundam Dd. sententia alienari queunt sub solemnitate legali & impetrato pontificis regisque consensu. Ill. BOEHMER I. E. P. III, 13. 12.

§. CCCXXVI.

Sunt autem causæ iustæ, ex quibus fieri ^{ex iusta} potest bonorum ecclesiasticorum alienatio, sequentes: (1) urgens necessitas ecclesiæ, ad quam religio pietasque pertinent; (2) euidens utilitas i). Illa rerum sacrarum, hæc uero reliquarum rerum ecclesiasticarum alienationem reddit legitimam.

§. CCCXXVII.

e) Ill. BOEHMER iur. practico - consiliaria conf. paroch. sect. VI. c. 2. §. 7. seq. 83. nr. 33.

f) tit. X. de reb. eccl. alien. uel non. b) WUESTNER Instit. Canon. III, 13. art. 3.

g) SCHMIER Iurispr. i) IDEM c.l. art. 4.

§. CCCXXVII.

feruatis-
que sole-
mnitatibus.

Solemnitates in alienandis rebus ecclesiasticis obseruari debita, hæ sunt: (1) ut, *causa alienationis* satis *k*) & (2) solemniter i. e. in capitulo *l*) cognita, (3) *decretum alienationis* conficiatur, (4) confectumque singulorum capitularium subscriptione firmetur *m*). Præterea (5) consensus superioris * accedere debet *n*), si alienatio rei alienandæ statui ** uel superioritati sacrae aduersaretur. Sat denique, non autem necessarium est, (6) ut super causa cognita *protocollum* conficiatur *o*), resque (7) *sub hasta* alienetur.

* In prælaturis mediatis, episcopi, in immediatis uero & exemptis nec non ordinibus militaribus pontificis consensu opus est, c. 12. X. *de reb. eccl. alien.* c. f. *cod.* in 6. si uel maxime episcopus cum capitulo, aut abbas cum conuentu, in alienationem consenserit. *Clem. 2. de reb. relig.*

** Id quod fieri solet u. c. *secularisatione*, quæ iam ante sacra reformata fuit cognita.

§. CCCXXVIII.

Quid facta
operetur?

Solemniter facta (§. pr.) alienatio subsistit, ecclesiæ tamen, probata læsione, datur restitutio in integrum *p*). Aliter facta,

k) SCHMIER c. l. *consult.* 37. nr. 113.

l) c. f. X. *de his que fiunt a mai. part. capit.* c. 1. *de reb. eccl. alien.* in 670.

m) c. 8. X. *de his que fiunt a præl.* c. 52. C. 12. q. 2.

n) WIESTNER c. l. art. V. nr. 68. seq.

o) LYNCKER R. II. n. 41.

p) c. 10. X. *de reb. eccl. alien.*

Sta, nulla est q), suscepta fuerit, ex qua uelit causa. Hinc bona alienata una cum fructibus a quolibet possessore actione populari reuocari queunt r).

§. CCCXXIX.

In Germania, bona ecclesiastica, quæ ^{Quid sentiant germani &} cunctaque sint, (1) a *collectis ad expeditionem turcicam* ferendis, uix sunt immunia s), & (2) alienari queunt consensu pontificis neglecto t); (3) *decretum alienationis* firmat subscriptio capitularium collectiua, cum sigillo iuncta; (4) bona iuraque ecclesiarum parochialium, citra consensum episcopi, in aliam ecclesiam eiusdem dioceseos transferri queunt (§. CCCXXVII, 5). u); (5) lex generalis quidem non impedit x), multi tamen status ui priuilegii impedire queunt, quo minus bona immobilia in ecclesiam transferantur y).

§. CCCXXX.

Euangelici, (1) bona ecclesiastica magis ^{euangelici.} quam

q) c. 1. X. eod. WIESTNER c. l. art. VII. *Schulzens d. de alienat. bonor. eccles.*

r) c. 6. X. eod. VILLAGVT *de rebus ecclesie non rite alienatis recuperandis.*

s) R.I. Spir. 1555. §. und nemlich sollen §. und diez weil nur MVLLER I d. *de immunitate præd. eccles.*

a muneribus.

t) WIESTNER c. l. art. VI. nr. 114. Ill. BOEHMER I. E. P. III, 13, 26.

u) SCHMIER c. l. conf. 39 nr 318. conf 60. nr. 1083.

x) *Epstein de bonis immobilibus in manum mortuam non transferendis c. 4.*

y) IDEM c. 3. th. 12. seq.

quam alia ad sanctum domini pertinere negantes, (2) ea *uniuersitatis* esse, (3) supremæ curæ principis subiicere z), (4) ex iusta causâ, uel clero renitente, alienari, &, (5) ubi superflua sunt, sæculo addici posse a) statuunt; (6) eorum immunitatem ex beneficio principis deriuant; (7) ius *amortizationis* probant, & denique (8) illud, quod in administrandis & alienandis bonis ecclesiasticis constituerunt canones, sequuntur b), salua tamen superioritate sacra.

§. CCCXXXI.

Dispositio
pacis Osna-
brugensis.

Pax Osnabrugensis (1) iubet bona ecclesiastica, quæ euangelici possederunt 1624., retinere qualitatem, qua tunc sunt possessa, &, (2) quæ in territoriis principum euangelicorum sita ad pontificios spectarunt, illorum inspectioni subesse, nulla ratione habita exemptionis aliorumque priuilegiorum, ecclesiis earumque bonis a pontifice datorum c); (3) negat principi euangelico, cui *episcopatus secularisatus* datus est, (a) potestatem bona mensalia, olim sine pontificis consensu alienata, reuo-

z) III. BOEHMER *iur. paroch. sect. VI. c. I. §. 18.*

a) MAVRITII & RHETII d. *de secularisatione bonor. eccles.* STRYK d. *de execrationibus ultimar. uolunt. Böttcher de secu-*

larisatione.

b) CARPEOV. lib. V. R. 52. LINCK *de iure episc.* c. X. nr. 35. seq.

c) I. P. art. XVII. §. 3. LYNCKER R. 98.

uocandi, aut (b) præbendas aliaque bona ecclesiastica extinguendi.

* Num bona secularisata allodialia sint an feudalia? ex uerbis, quibus iecularisans & concedens usus est, colligere debes. THOMASII d. de natura bonorum secular.

§. CCCXXXII.

Quæ de bonis ecclesiarum diximus, suo quoque modo dici possunt de bonis monasteriorum, reliquarumque domuum religiosarum, nec non ordinum militarium, omniumque piorum corporum.

TIT. XXII.

DE

DECIMIS.

§. CCCXXXIII.

Decimæ* sunt certa quota fructuum & Decimæ
redituum deo debita, ac ab hoc sacerdotibus & Leuitis** cessa d). ^{sunt}

* Decimæ, quæ ad instar tributi soluuntur temporalibus dominis, eæque, quas tempore necessitatis sibi aliisue ad tempus præstari iubet pontifex, huc non pertinent. LOELIUS ad WERNDLE vom Zehend. p. 13.

** Decimæ, quas episcopi ab initio sibi uindicarunt, post distribuerunt, succedente tempore cessarunt parochis.

§. CCCXXXIV.

Decimarum alia sunt reales, alia per- uel perso-
sonales. ^{nales}

d) Ill. BOEHMER Inst. I. Can. p. 465.

sonales. Has (1) ex lucro *e*), (2) omnibus expensis deductis *f*), (3) parochio, a quo sacramenta ministrantur tibi *g*), præstare debes (4) in fine cuiuslibet anni *b*).

§. CCCXXXV.

uel reales, Decimæ reales (§. pr.) diuiduntur (1) quarum hæc in maiores * & minores, prout frugibus constant aut fructibus; (2) in ueteres & nouales, prout ex prædiis antiquitus cultis, aut iam demum ad culturam redactis præstantur.

* His decimas pecorum Blut & Zehenden quin annumerem, nullus dubito.

§. CCCXXXVI.

Unde de realibus hæc notes axiomata:

- I. Iure diuino debentur *a*).
- II. Debentur ex parochis.
- III. Sunt onus fructuum.
- IV. Gaudent rerum ecclesiasticarum iuribus.

§. CCCXXXVII.

Ex primo (§. pr. i.) sequitur (1) ut princeps secularis ciues suos a soluendis decimis immunes reddere *k*), aut (2) ciuis decimas,

e) WERNDE tr. vom Zehend & N. lib. II. c. 1. p. 45.
f) c. 28. X. h.
g) c. 20. X. h.
b) WIESTNER c. 1. III, 30. nr. 19. seq.
i) c. 14. X. h.
k) c. 25. X. h.

cimas, quas adhuc possedit, retinere nequeat *l*), ni uelit in peccatum mortale incurrere.

§. CCCXXXVIII.

Ad secundum (§. CCCXXXVI, 2.) non- & parochis
 tes, quod eas quilibet, qui immunitatem soluuntur,
 lege*, speciali pontificis priuilegio**, con-
 fuetudine aut præscriptione*** quæsitam
 probare nequit *m*)****, soluere debeat pa-
 rocho, & quidem illi, in cuius parochia fi-
 ta sunt prædia decimarum oneri obno-
 xia**** *n*).

* Eius causam, cur clerici, quod ad noualia, itidem quod ad hortos & animalium nutrimenta, nullas præstent decimas. HORN d. de clerico clericum non decimante.

** Sic decimas non soluunt Cistercienses, hospitalarii & multi alii ordines, c. 10. X. h. Illud uero prius scias uelim, generalem concessionem priuilegiorum ad exemptos spectantium uix sufficere, WIESTNER *Instit. Canon. h. nr. 49. seq.*

*** Quæ uero tunc demum procedit, si decimas exactas denegaueris, & in denegatione tua per tempus lege definitum acquirerit creditor.

**** Transactio de non petendis decimis cum parochio quodam inita, hunc tantum, non autem illius successores obligat. IDEM c. 1. nr. 60.

Engau ius eccles.

B b

l) c. 19. X. h.

n), c. 18. X. eod. mo-

m) WIESTNER c. 1. NETA tr. de decimis c. 50.

III, 30. nr. 27. sq. nr. 43. seq. ibique de NICOLLIS.

**** Sit prædium uetus an nouale, perinde est. Quodsi uero hoc in nulla parochia limitata iaceat, inde diocesano debentur decimæ. WERNDELE c. tr. lib. II. c. 5. p. 116. nisi quis alius omne ius decimandi in isto districtu præscripserit. c. 29. X. h.

§. CCCXXXIX.

fructus
fructuum
&

Tertium (§. CCCXXXVI, 3.) docet, (1) decimas solui debere toties, quoties fructus percipiuntur *o*), & quidem (2) tempore, quo colliguntur, nisi in mensura facienda sit præstatio *p*); (3) decimas ad instar tributorum non esse *q*), sicque (4) quas debitas uenditor non soluit, ab emtore nullo iure peti.

§. CCCXL.

in rebus
ecclesiasti-
cis.

Quia decimæ gaudent rerum ecclesiasticarum iuribus (§. CCCXXXVI, 4.): consequens est, (1) ut uix sint in commercio, nec (2) alienari queant (§. CCCXXIV.), nisi ex iusta causa & seruatis solemnitatibus (§. CCCXXVI. seq.); (3) ut in laicos modo, quo licet, alienatæ qualitate ecclesiastica non amplius gaudeant.

§. CCCXLI.

Decimæ se-
culares.

Decimæ, quæ ad laicos transferre*, *secularium*

o) c. 21. X. h. ibique TANORMITANVS. MERVIVS p. IX. dec. 68. MONETA c. l. c. 4. nr. 12. *p*) c. 7. X. h. MONE-
TAS c. l. c. 6. nr. 2. BLVM vom Zehend. X. c. 10. *q*) WLESTNER c. l. III. 37.

larium nomen sortitæ sunt. Hæ (1) in commercio sunt r), & quouis modo in quemuis transferri possunt; (2) morosis debitoribus ciuilibus mediis extorquentur; (3) litigiosæ in foro seculari cognoscuntur s).

- * Causæ, ex quibus laici decimas sunt consecuti, uariant. Eas enim alii tempore, quo capellas uel ecclesias fundarunt, reseruarunt sibi MEINDERS de origine decimarum in ueteri Guesstphalia, alii in feudum acceperunt a regibus; alii a prælatis coemerunt &c. Patres, ægreferentes: decimas hic & illic in laicorum manibus esse, c. 19. X. h. eas, quas post concilium Lateranense acquisiuerant laici, repetierunt, ast frustraneo ausu, quum inter perceptionem decimarum & ius decimandi distingueretur. CIRONIVS Paratiz. X. h.

§. CCCXLII.

Hæc etiam notanda erunt: (1) quod ager, cuius forma mutata est, maneat decimalis aut a decimis exemptus, qualis fuit antea t); (2) quod *damnum* a furibus aut tempestate illatum decimis, harum debitor sentiat, si in offerendo aut præstando aut aduehendo moras nexerit; (3) quod nulla lex iubeat debitorem in decimas *expensas* facere; (4) quod decimæ in dubio præsumantur ecclesiasticæ u).

Bb 2

§. CCCXLIII.

r) ESPEN I. Eccles. 10. sq. WEHNER *obs. pr.*
p. II. tit. 32. c. 4. §. 38. sq. u. *Noyal = Zehenden.*

s) KLOCK Vol. I. u) WERNDE vom

conf. I. nr. 104. sq. Zehend = R. lib. I. c. 2.

t) WERNDE conf. p. 13.

§. CCCXLIII.

Sententia
euangelico-
rum.

Euangelici (1) decimas iure ecclesiastico natas esse, nec (2) a reliquo ecclesie patrimonio differre statuunt; (3) laicis decimarum possessionem præscriptionemque non denegant; (4) cuiusque territorii domino uindicant ius ferendi leges decimales, *Zehend = Ordnungen x*), minime uero (5) facultatem imperandi ciuibus decimarum secularium possessoribus, ut edant titulum.

§. CCCXLIV.

Praxis in
Germania
inter unius
&

In Germania (1) plane ignorantur *personales decimæ y*), & (2) *realium* usus non ubique idem est, alibi enim (a) nullus, alibi ad certos fructus restrictus est, daß nur daß vierte Band gebräuchlich z), (b) alibi in mensura, alibi in æstimatione a), præstatur, (c) alibi certo pretio æstimantur, alibi plane negliguntur *pecorum decimæ*; (3) decimæ nouales, *Neubruch = Zehenden*, quæ quam maxime differunt von der *Forst = und Stock = Garbe b*), ex quarundam prouinciarum usu, non ad eos, quibus ius decimandi antiquitus competit, sed ad superiorem magistratum pertinent c); (4) *modius,*

x) IDEM c.l. III, 1. p. 172.

y) IDEM c.l. I, 2. p. 10.
LEVREN *for. benef.* p. I.
q. 483. nr 8.z) WERNDELE c. l. II,
l. p. 55.a) MEVIUS p. VIII.
dec. 66.b) BESOLD *thes.*
pract. u. *Ausstocken & u.*
de maieft. f. 176.c) RVLAND *de iure*
controu. q. 19. BESOLD
c.l. u. *Neubruch* STRYK
de agris desert.

dius, quo præstandæ sunt decimæ, æquatus præsumitur; (5) *decimæ metallica* uindicantur principi d).

§. CCCXLV.

Decimas, quas religionis cuiusdam ad probatæ status ob mediatas uel immediatas fundationes in alterius religionis sociorum territorii perceperunt d. 1. Jan. 1624., sine ulla exceptione percipiant in posterum dd). Num in episcopatu secularisato superesse possint *episcopales decimæ*, disquirunt Rhetius e), aliique f).

diuersæ religionis socios.

TIT. XXIII.

DE

PRIMITIIS ET OBLATIONIBVS.

§. CCCXLVI.

Primitiæ*, quas primos fructus terræ uel Primitiæ, pecorum g) nominare potes, illi parochiæ, in qua existunt prædia b), debentur, iure tamen imperfecto i), nisi lege aut consuetudine loci probatæ sint determinatæ-

B b 3

d) WERNDE C. I. II, III, 1, p. 173.

i. p. 48

g) c. 13. X. de V. S.

dd) I. P. art. V. §. 46. sq.

b) BARBOSA I. Eccl.

e) comment. ad I. F. I, III, 25. nr. 8.

6. nr. 21. seq.

i) ENGEL I. Can, III,

f) WERNDE C. II, 30, 62.

nataeque. Solutae inter diaconos aliosque clericos diuiduntur.

* Has in ueteri foedere deus sibi reseruauerat (Prol. §. X. 2.). In N. T. patres sec. IV. eas introduxerunt, clericisque assignarunt. c. 1. 23. 65. C. 16. q. 1. III, BOEHMER I. E. P. h. §. 88. seq.

§. CCCXLVII.

Oblationes sunt uel necessariae, Oblationes, prout ex mera pietate aut ex praeepto ecclesiastico praestantur, in *uoluntarias & necessarias* diuiduntur. Ad *bas* olim pertinebant eucharisticae *k), hodie uero referuntur nummi missales l), Opfer = Geld, vier Zeiten, oder Quartals Pfennige n. m), qui cedunt parochis.

* Offerentes, quorum nomina ex diptychis recitabantur, deo per preces commendabantur. IUSTINVS MARTYR *apol. 2.* Iam quum preces frugiferae dicerentur esse, & ad instar sacrificii: factum est, ut oblationibus adscriberetur potestas remissionem peccatorum operandi. IVO *decr. p. II. c. 34.* PFAFF *de oblat. uer. euchar.*

§. CCCXLVIII.

uel uoluntariae, quae *Voluntariae* ad nullum certum usum factae, cedunt ecclesiae, non parochis n).

§. CCCXLIX.

k) ALBASPINA E- *sular. cler. c. 3. nr. 18. c. 5.*
vs *obsf. 10.* nr. 173. CARPZOV *Iur.*

l) ESPEN I. *Eccl. p. II.* *Conf. def. 105.*
tit. 5. c. 4. nr. 15. & tit. 33. n) BARBOSA *collect.*
c. 10. To. V. p. 223. n. 4. ESPEN

m) STRYFMANN *de* c. 5. 10. nr. 15.

§. CCCXLIX.

De sacco sonante, quo colliguntur eleemosynæ, notes: (1) quod illius portitorem uel mores cuiusque loci, uel arario ecclesiastico præpositi denominent o); (2) quod sæpe disceptetur: quis collectos nummos numerare debeat p), & (3) num in ecclesia non parochiali circumferri queat q)? (4) quod collecta pecunia plerumque cedat ecclesiæ scholæque ministris.

per facculum sonantem colliguntur.

§. CCCL.

In conchis ad ædes templi positis quæ colliguntur, cedunt pauperibus personisque miserabilibus r).

TIT. XXIV.

DE BENEFICIIS SEV PRAEBENDIS.

§. CCCLI.

Reditus, quos clericorum quisque percipit ex bonis ecclesiæ*, qua munus quæ sacrum subit, *beneficii* ueniunt nomine.

* In ecclesiis cathedralibus & collegiatis illo demum tempore nata sunt beneficia, quo uitam

Bb 4

com-

o) HORN de iuribus in ecclesia per sacco sonant. eleemos. p. 16. c. 6. §. 3. seq.

p) STRVV introd. in r) Streders d. de expositione uasum æneorum ad prax. I. Can. cas. 108. p. 415.

q) WILDVOGEL d. de oblationibus quæ fiunt fores templi.

communem deseruerunt canonici. THOMAS-
SINVS de V. & N. E. D. p. III, lib. 2. c.
16. 19.

§. CCCLII.

Unde hæc deriuo axiomata:

- I. De bonis ecclesiasticis prædicata, prædicanda quoque sunt de beneficiis.
- II. Beneficia gaudent iuribus ecclesiarum, ex quarum bonis præstantur.
- III. Beneficia percipiuntur muneris ecclesiastici intuitu.

§. CCCLIII.

ex bonis
ecclesiasti-
cis

Ad primum (§. pr. 1.) notes, beneficia (1) neque *seculari potestati* subiicere (§. CCCXX, 1.), neque (2) *in commercio* esse (§. CCCXXI, 3.), proptereaque (3) æstimari, alienari (§. CCCXXIV.) & supprimi non posse, nisi causa iusta hoc suadeat (§. CCCXXVI.), & solemnitates adhibeantur canonicæ (§. CCCXXVII.); (4) nullo civili *onere*, licet ecclesiastico, grauari posse.

§. CCCLIV.

Secundum (§. CCCLII.) docet, beneficia (1) non immerito diuidi in *mediata* & *imme-*

immediata; (2) subesse ei, cui paret ecclesia, ex cuius bonis præstantur s).

§. CCCLV.

Ex tertio (§. CCCLII, 3.) facile constabit de causa, cur beneficia (1) pro uarietate munerum uariant nomine iuribusque; (2) diuidantur (a) in *secularia & regularia t*), (b) in *simplicia & duplicia u*), (c) in *maiora & minora*, (d) in *nominata & innominata x*) *et c.* (3) cessent cessante munere, atque (4) ei, qui ad munus subeundum siue ex lege foundationis, siue uic canonum * inidoneus est, dari nequeant y); (5) in perpetuum dentur, non tamen ita, ut (6) in heredes transferantur; (7) quædam residendi necessitatem annexam habeant; (8) nulla possint diuidi.

* Quodsi canon, minime uero singularis lex foundationis, qualitates beneficiati determinet, non solum qualificato, sed & qualificando, uti loquuntur, beneficium conferri potest.

§. CCCLVI.

Hæc beneficia ad instar feudorum esse ad instar uidentur Dd., propterea quod (1) pro *seruicio ecclesiastico* dentur, (2) hocque cessante ad ecclesiam redeant (§. CCCLV, 3.);

Bb 5

(3)

s) c. 10. C. 16. q. 7. c. 3. X.

t) ESPEN I. Eccl. p. II. tit. 18. c. 3.

u) IDEM c. l. c. 4.

x) CORVINVS de benef. ecclesiast. lib I. tit. 6. seq.

y) ROY *Instit. I. Can. II, 15, 1. 8. seq.*

(3) eorum possessio mediante *investitura* acquiratur.

§. CCCLVII.

Hic denique notanda erunt: quod beneficiorum (1) *erectio* nulla sit, nisi eam ex iusta causa & in nullius præiudicium suscipiendam cognouerit, permiseritque superior 2), cui fundata parent; (2) *restauratio* ea solemnitate, qua erectio, non indigeat; (3) uel *in deterius immutatio*, non nisi auctoritate pontificis interposita fieri possit a).

§. CCCLVIII.

Ufus in
Germania
&

In Germania (1) beneficiorum æstimatio & alienatio uix est infrequens, atque (2) mediatorum suppressio & in deterius mutatio fieri potest sine consensu pontificis non tamen (3) spreta dispositione pacis Guesphalicæ.

§. CCCLIX.

in terris
euangelico-
rum.

Euangelici eadem, quæ de præbendis disposuerunt canones moresque Germaniæ, seruant usû, nisi quod principi ius in beneficia tribuant.

TIT.

2) LEVRENIUS *for.*
benef. p. I. q. 13.

a) CORVINUS *Erotem.*
I. *Can.* II, 28, 18. sq.

TIT. XXV.

DE

BENEFICIORVM COLLATIONE,
EAQVE LIBERA.

§. CCCLX.

Concessio beneficii uacantis, *collatio*, uacantibus
caturus uero, *expectantia* dicitur. Beneficio-
rum con-
cessio

§. CCCLXI.

Collatio (§. pr.), prout libera est, aut ad
alterius uoluntatem, legitimam tamen,
adstricta, in *uoluntariam* & *necessariam*, seu,
quod eodem recidit, in *collationem* in spe-
cie sic dictam, & *institutionem* diuiditur. uaria.

§. CCCLXII.

Est itaque *collatio* in specie sic dicta be-
neficii uacantis concessio (§. CCCLX.)
libera (§. pr.) ei facta, qui munus ecclesia-
sticum, cui cohæret illud (§. CCCLII, 2,) Collatio
peragere uelle & posse uidetur.

§. CCCLXIII.

Unde fluunt sequentia:

I. Non nisi uacans beneficium con-
ferri potest.

II. Beneficia clericis sunt conferenda.

III. Beneficia confert is, cui ea sub-
sunt.

§. CCCLXIV.

Ex primo (§. pr. 1.) sequitur, ut colla-
tioni uacantis
beneficii

tioni detur locus toties, quoties beneficia uel plane non, uel nullo iure possidentur, ut si uacent *iure & facto simul*, aut *iure tantum* b).

§. CCCLXV.

quibus,

Beneficia conferri nequeunt iis, quos uel lex foundationis uel canones a munere subeundo arcent (§. CCCLV.) c). Sunt enim conferenda clericis (§. CCCLXIII, 2.), intuitu muneris in ecclesia peragendi (§. CCCLII, 3.) d). Hinc (a) *secularibus* prabendæ regularium, (b) *regularibus* beneficia secularium e), (c) *clericis minoribus* redditus maiorum &c. dari & concedi nequeunt.

§. CCCLXVI.

a quibus &

Ad tertium (§. CCCLXIII, 3.) notes (1) a dioecesano secularia (lib. I. §. CCXC.), ab abbate regularia, a pontifice uero utraque beneficia, & quidem nondum uacantia prauentionis, uacantia uero concursus aut deuolutionis iure f) conferri; (2) si quis alius conferre uelit, eius esse ius suum probare; (3) episcopum mox sine mox cum capitulo g), & quan-

b) KOENIG princip. ESPEN I. Eccl. p. II. tit. iur. pont. III, 8, 13. 18. c. 3. §. 14. seq.

c) GVTIERREZ f) WIESTNER c. I. quaest. canon. II, 5. 92. seq. III, 5. art. 3. nr. 42. seq. CORVINVS de B. E. III, CORVINVS de benef. eccl. 2. seq. cles. II, 1.

d) c. 27. X de prabend.

g) c. 1. X. ne fed. uac.

e) c. f. X. de stat. monach.

quandoque capitulum solum * dare beneficia.

* Quo casu uel maioribus capitularium uotis uel tur-
no datur locus. ESPEN c. l. tit. 21. c. 3.

§. CCCLXVII.

Conferat autem beneficium quis uelit, quomodo illud conferre debet (1) *integrum* (§. fieri debeat? CCCLV, 8.), aut pactum collationi additum subtrahitur *b*); (2) *suo tempore* *i*); (3) ei, qui ad subeundum *munus*, cuius intuitu datur, uix est inidoneus (§. CCCLV, 4.), aut ius conferendi pro hac uice in superiorem deuoluitur (lib. I. tit. XXVIII) *k*), (4) *sine spe lucri* *l*), aut qua simoniae reus punitur.

§. CCCLXVIII.

Collatione facta (1) collator *uariare* nequit, nisi beneficium contulerit *absenti*, hicque illud nondum acceptauerit *m*); (2) candidatus possessor est illius beneficii, quod collator determinauit. Sin indeterminate contulerit beneficium istius eccle-

b) BARBOSA *collectan.* 1) LEVRENIVS *for.*
To. IV. p. 37. nr. 4. *benefic.* To. II q. 777. GV-
i) CORVINVS c. l. TIERREZ *question. cauon.*
IV, 3. KOENIG. *princip.* l. 9. 9.
I. *Can.* III, 8, 28. CORVI- *m*) GONZALEZ *com-*
NVS c. l. IV, 4. *ment. in X.* To. I. p. 108.
k) IANVS a COSTA nr. 14.
ad X. p. 491. seq.

ecclesiæ, qua plura uacant, pinguius collatum dicitur *n*).

§. CCCLXIX.

Uſus in
Germania
&

In Germania (1) dantur beneficia cum nullo munere coniuncta, quæ laicis conferuntur; (2) collatio *ſpe lucri* facta fere uirtutis nomen ſortita eſt; (3) ſingularibus qualitatibus præditi debent eſſe, qui præbendam quærunt cathedralis eccleſiæ (lib. I. §. CCXXXIX.).

§. CCCLXX.

Porro (4) neque præuentionis neque concuſſus iure conferre poteſt pontifex *o*), niſi beneficia (*a*) *electiua* illius auctoritate aut apud illius ſedem *p*), (*b*) *collatiua* uero in menſe Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Septembri, aut Nouembri *q*) uacent* Contra pro lubitu confert (*c*) beneficia ad officialem Ro. eccleſiæ pertinentia, deceſſerit hic quo uelit loco aut tempore.

* Ab alternatiua tamen excipiuntur (1) ad nutum reuocabilia, (2) iure extinguenda, (3) ex cauſa permutationis reſignata, (4) monocularia, & (5) quæ ſunt iuris patronatus laicalis uel mixti, LEVRENIUS *for. benef.* p. II. q. 608. neutiſquam uero (6) quæ canonici conferunt per tutum.

§. CCCLXXI.

n) LANCELLOTVS art. IV. nr. 61.
Inſtitut. I, 27, 19. ENGEL *p*) IDEM c. I. art. V.
Colleg. I. Can. III, 5. §. 5, *q*) *Concord. germ.* §. de
 nr. 55. *cæteris.* WIESTNER c. I.
o) WIESTNER c. I. art. VI.

§. CCCLXXI.

In ecclesiis euangelicis (1) libertati no- in eccles.
stræ religionis contraria *lex foundationis* euangeli-
non attenditur; (2) nihil iuris conferendi corum
exercere potest pontifex. r) *iuidem*

§. CCCLXXII.

In ecclesiis mixtæ religionis (1) neque mixtæ aut
lex foundationis neque canones attendun- diuerse
tur, quatenus paci Osnabrugensi repu- religionis.
gnant; (2) ubi *immediatæ* sunt, pon-
tifex illud tantum iuris conferendi bene-
ficia exercere potest, quod exercuit 1624.,
nec restrictum est per pacem Westphali-
cam. s); *sin mediatae*, & in terris euange-
lici principis sitæ, huic idem illud iuris
competit, quod per concordata natio-
nis germanicæ datum est pontifici.

TIT. XXVI.

DE

COLLATIONE BENEFICIORVM
NECESSARIA.

§. CCCLXXIII.

Necessariæ beneficiorum collationis (§.
CCCLXI.) causæ hæ sunt: (1) man-
datum de prouidendo, (2) nominatio
regis, (3) expectatiua & (4) præsentatio a
patrono facta.

MEMBR.

r) I. P. art. V. §. 19.

s) IBIDEM §. 20.

MEMBR. I.

DE

MANDATIS DE PROVIDENDO
ET EXPECTATIVA.

§. CCCLXXIV.

Mandato-
rum de
proui-
dendo

Mandatum de prouidendo est rescriptum pontificis, quo ordinarius collator iubetur designato dare præbendam primum uacaturam.

§. CCCLXXV.

concurfus

Ad quem duo mandata sunt directa, is (1) *speciale* generali *t*), & (2) *purum* conditionato *u*) præferre debet. Sin concurrant duo unius eiusdemque generis, (3) *prius* præferendum est posteriori (Prol. §. XCIX, 2. 3.) *x*), nisi is, in cuius fauorem prius scriptum est, (a) uacantis beneficii sit incapax. aut (b) iuri suo renuntiauerit uel expresse uel tacite *y*).

§. CCCLXXVI.

interpre-
tatio ac

Mandata de prouidendo, quippe quæ contra ius commune dantur, sunt strictissimæ interpretationis (Prol. §. XCIX, 4.). Hinc (1) curata & (2) dignitatem annexam habentia &c. mandans intellexisse non uidetur, nisi eorum expressam mentionem fecerit *z*).

§. CCCLXXVII.

t) c. 15. de præbend. in 6to de benef. sect. VII, c. 2. p. 83.
 u) c. 13. de rescript. in 6to z) c. 8. 16. de præbend. in
 x) c. 7. de præbend. in 6to 6to VIVIANVS ration.
 y) c. 11. eod. DARTIS iur. pontif. lib. III. p. 42.

§. CCCLXXVII.

Denique uelim notes: (1) quod hæc man-iura. data uariis *clausulis* muniri soleant a), & (2) statim, atque fieri potest, *executioni danda* sint, nisi repugnent iustitiæ, aut excitent scandalum aliudue malum b); (3) quod mandatum ad plures collatores directum, prima uacantia uerificetur, &, si plura beneficia uno eodemque tempore uacarent, ordo in scribendo seruatus attendi debeat c).

§. CCCLXXVIII.

Expectatiua est decretum, quo alicui cer-Expectatiua ta præbenda, si uacans erit, promittitur.

§. CCCLXXIX.

De qua hæc notanda esse iudico, quoda quo & (1) pure, die adiecta & sub conditione d) ^{quo modo} (2) a solo *pontifice* * dari, & (3) uariis de ^{detur?} causis reuocari queat e); (4) quod cesset mortuo pontifice, si huius non ecclesiæ Ro. nomine fuerit data.

* Episcopi aliique Prælati non quidem expectatiuum, attamen locum inter canonicos alicui dare possunt, eum in finem, ut præbendam proxime uacaturam accipiat.

§. CCCLXXX.

Neque mandatum de prouidendo, ne-Cuinam *Engau ius eccles.* C c que una uel altera profit?

a) CORVINVS c.l. VI, 4, 26. seq.

d) CORVINVS *Erorem. I. Can. II, 29, 15. seq.*

b) BARBOSA *collect. To. IV. p. 188. f.*

e) HORN *de expectat. eccles. STRYK d. de exp-*

s) c. 10. *de præb. in 6to.*

ctantiis.

que expectatiua, neque receptio in canonicorum numerum prodest ei, qui (a) qualitibus ad beneficium uacans necessariis destituitur f), aut (b) iusto tempore collationem non petiit g). Sin expectatiuius, mandato de prouidendo instructus & in canonicorum numerum receptus concurrant, iste; sin duo candidati sint ad canonicatum recepti, senior praefertur.

§. CCCLXXXI.

Ufus in
Germania.

Mandatum de prouidendo & expectatiua (1) in ecclesiis *pontificiorum* attenduntur, dum uacant beneficia, quae conferre potest pontifex; (2) in ecclesiis *euangelicorum* uero immediatis plane exulant, & in mediatis dantur a territoriali domino (§. CCCLXXVI.) b).

MEMBR. II.

DE

NOMINATIONE REGIA.

§. CCCLXXXII.

Ius primariarum
precum

Pro uarietate regnorum uariant iura regum nominandi praelatos aliosque clericos. Imperatori *ius primariarum precum*, seu mandatum de prouidendo ad ecclesias cathedrales & collegiatas Germaniae dirigendi competit i).

* Hoc

f) STRVV *Introd. ad prax. I. Can. p. II. cas. I. p. 213.*

g) *geistl. R. II, 14, 58. seq.*

b) *IDEM c. l. §. 55. seq.*

i) *MATTHAEI de nobilit. II, 48.*

g) *Gleischer Einleit. zum*

lificatus non est o) &c. dentur, facere nequeant; (7) quod precisa intra mensem a die, quo præbendam uacare cognouit, computandum, receptionem sui petere debeat p).

§. CCCLXXXV.

An ei detur locus in ecclesiis euangelicis? In quibus ecclesiis euangelicorum *immediatis* Cæsar ius primariarum precum olim q), & in quibus *mediatis* d. 1. Ian. 1624. exercuit r), etiam exercere potest in posterum. Nunquam tamen superhabere potest statuta, obseruantiam, statumue anni decretorii.

MEMBR. III.

DE

PRAESENTATIONE A PATRONO FACTA

ET

SINGVLIS PATRONORVM IVRIBVS.

§. CCCLXXXVI.

Ius patronatus pertinet Qui ecclesias fundant, dotant, exstruunt que s)*, ii consequuntur iura honorifica, utilia & onerosa, quorum complexus *ius patronatus* dicitur.

* Præ-

o) WIESTNER c. l. RER c. l. c. 2. §. 8. seq. nr. 169. seq.

p) Conf. AYRER c. l. c. VI. § 9.

q) I. P. art. V. §. 18.

r) IB. §. 26. Ccl. AY-

s) LÉVRENIVS *for. benef.* To II. q. 30. IANVS A COSTA *comment.* p. 549. seq.

De
Hoc (1) præ
(2) cum rebu
(3) in alium ac
ca transferri t
collis subici
numero rerum
Est (1) u
prædis coha
cile vel ecc
spectat aut
corpus 7). E
ctet. mutam
passim, quia
sentandus op
2); (4) vel
quorum illu
* Quo electi
ni

1) seq. nr.
rron. laury. p
seq
a) BARDO
To VI. p. 49.
x) b. 200
& de natio I. P.

- * Præterea ius patronatus acquiri potest (a) *præscriptio*, FLORENS Oper. p. II. p. 287 (b) *privilegio papali*. ARTNER *Instit. I. Can. III.*, 38, 7.
b BRVNNQVELL d. de uariis I. P. *adquirendi modis* c. 2. §. 6. seq.

§. CCCLXXXVII.

Hoc (1) pretio interueniente æstimari, ad res spiri-
(2) cum rebus temporalibus commutari, tualibus an-
(3) in alium atque ciuem reip. ecclesiasti- nexas,
cæ transferri t), (4) cognitioni iudicis se-
cularis subiici u) &c. nequit: est enim in
numero rerum spiritualibus annexarum x).

§. CCCLXXXVIII.

Est (1) uel reale uel personale, prout sit cuius
prædiis cohæret aut personis, (2) uel lai- uelit gene-
cale uel ecclesiasticum, prout ad laicum ris.
spectat aut ad ecclesiam* uel pium aliquod
corpus y). Et si ad utrumque simul spe-
ctet, *mixtum*** dicitur, (3) uel *actiuum* uel
passiuum, quia mox præsentans, mox præ-
sentandus quodammodo determinatus est
z); (4) uel *hereditarium* uel *gentilitium*,
quorum illud in dubio præsumitur a).

- * Quo clericus gaudet, non ecclesiæ, sed patrimo-
nii intuitu, *seculare* dicitur.

C c. 3

**Ne-

- 1) disp. nr. de iure pa- modis c. 1. §. 14. seq.
tron. honorif. primar. §. 27. y) LEVREN. c. l. q. 16.
seq. z) KOENIG princip. I.
u) BARBOSA collect. Can. III, 38, 9.
To. VI. p. 49. nr. 1. a) BARBOSA c. l. To.
x) b. BRVNNQVELL II. p. 340. nr. 6. seq.
d. de uariis I. P. *adquirendi*.

* Neque hoc neque laicale subest reservationibus.
 BARBOSA I. Eccl. III, 12. nr. 18. seq. &
 neutri derogare potest legatus a latere. b.
 BRUNNQUELL de diuerso patr. eccles. & laici
 iure §. 25.

§. CCCLXXXIX.

In iur. ho-
 norificis
 sunt præ-
 ter præ-
 sentatio-
 nem

In iuribus patronorum honorifi-
 cis (§. CCCLXXXVI.) est (1) præ-
 sentatio clerici ab episcopo attendi de-
 bita (§. CCCLXXXIII.). De qua
 quum supra (lib. I. §. CCXCI. seq.)
 quædam dixerimus, iam illud tantum su-
 mus notaturi, quod (1) persona a præsen-
 tante alia b), eaque (2) quam a munere ec-
 clesiastico, cui cohæret beneficium, arcent
 neque canones, neque lex foundationis, ne-
 que aliud c), (3) intra iustum tempus*
 (4) per literas d) nullam collationem in-
 ferentes e), præsentari debeat.

* Menses, intra quos fieri debet præsentatio (lib.
 I. §. CCLXXXIX. *), non nisi negligenti cur-
 runt, nec computatur tempus, per quod discep-
 tatum est: num præsentatus ad beneficium
 consequendum habilis sit nec ne?

§. CCCXC.

Notemus porro (5) quod patronus lai-
 cus

b) BRUNNEMANN 19. 27. 23.
 I. Eccl. II, 8, 17. Diff. nr. d) FINCKELTHAVS
 cit. §. 61. de iur. patron. c. 6. nr.
 c) GVTIERREZ 140.
 quæst. can. lib. II. c. 11. nr. e) c. 31. X. de iur. patr.

cus in præsentando *uariare* possit *f*); (6) quod, si plures sint patroni, uel *pluralitas uotorum* attendatur, uel *fortis iudicium* adhibeatur, uel *per turnum* præsentetur *g*), & quandoque (7) uni ius nominandi, alteri ius nominatum præsentandi uocandique competat *h*); (8) quod patronus rectorem ecclesiæ collegiatæ aut conuentualis præsentare nequeat, nisi hoc ius expresse sibi reseruauerit foundationis tempore, & in istam reseruationem consenserit superior *i*); (9) quod alii patronorum heredes uiritim, alii curiatim uota ferant *k*); (10) quod præsentatio in plus licitantis fauorem facta nulla sit *l*); (11) quod coadiutor, non tamen simplex expectatiuarius, præsentari queat.

§. CCCXCI.

Porro patrono competunt II. *precum* honor præ-publicarum *m*), III. *sedis* in choro *n*), IV. *cum*, *sedis sepul.* &c.;

Cc 4

-
- | | |
|--|---|
| <i>f</i>) b. BRUNNQVELL §. 8. seq. | |
| d. de diuerso patr. eccles. & laic. iure §. 14. seq. | <i>m</i>) ESPEN I. Eccl. p. II. tit. 25. §. 22. BOEHMER d. de iure prec. publ. c. 3. §. 10. seq. |
| <i>g</i>) disp. nr. cit. §. 53. seq. | |
| <i>h</i>) SCHILTER Instit. I. Can. I, 14, 9. seq. | <i>n</i>) ESPEN c. l. §. 26. FINCKELTHAVS c. l. c. 6, nr. 132. MENOCH recup. poss. remed. 15. nr. 47. seq. IANVS a COSTA p. 211. |
| <i>i</i>) BARBOSA collect. To. II. p. 364. nr. 3. seq. | |
| <i>k</i>) de ROYE de I. Parr. prol. c. 29. | |
| <i>l</i>) Celeb. PERTSCH de crim. Simon. sect. I. c. 7. | |

sepulturae in ipso ecclesasterio consequenda o), V. luctus publici p), VI. *processionis* q), VII. *thuris & suffitus* r), VIII. *aquæ benedictæ* s), IX. *panisque consecrati* t) honores.

§. CCCXCII.

Iura patronorum utilia hæc sunt: I. ius in utilibus, ius alimentorum, alimenta u) ex ecclesiæ patronatæ redditibus petendi, si patronus ad inopiam redactus fuerit. Ex quo uero statuerunt patres, nonnisi (1) *alimenta necessaria* x) (2) *fundatoribus*, & qui ab illis descendunt, (3) si *citra culpam suam* ad inopiam redacti fuerint, (4) *ex superfluis* ecclesiæ redditibus præstari debere, hoc ius parum utile cœpit esse y).

§. CCCXCIII.

Huc etiam refero II. ius percipiendi censum & sum, olim quemcunque, post modicum tantum, eumque ueterem, i. e. fundationis tempore consentiente episcopo reseruatam.

- | | |
|---|---|
| o) Stockmann de I. Patr. p. 578. LEVREN. q. 104. | t) Stockmann c. l. p. 607. |
| p) III. BOEHMER d. de luctu publico. | u) FIRHING ad X. III, 38. nr. 36. seq. ESPEN c. l. c. 6. |
| q) ALTESERRA <i>dissert. I. Cau.</i> lib. IV. c. 14. IANVS a COSTA c. l. p. 588. seq. DARTIS de benef. soci. VI. c. 6. p. 68. | x) BARBOSA I. Eccl. III, 12, 217. p. 214. |
| r) ROYE de I. Patr. 1, 5. | y) disp. nr. de utilibus patron. iur. ex corruptio eccl. significatu natis parum uel plane non utilibus §. 44. seq. |
| s) IDEM c. l. l. f. | |

Datum d. III. quod accen un
causa. IV.
causa post
comu content
modica percipi
parum est ab ill
data deo data,
cena uidebant

Denique hu
percipiendi de
ecclesiæ, VII.
VIII. ius part
di. aut IX. ca
ris exsoluend
habendas &c.

In iuribus
CCCLXXX
personarum r
(2) cura h

a) 1210. f.
a) 1210. f.
b) 1210. f.
c) b. n.
que ell. pr.
patronor. utilib

uatum z). III. *ius exigendi laudemium*, quod tamen una cum iure inuestiendi euanuit a). IV. *ius oblationes*, olim quas-
cunque, post foundationis tempore, dio-
cesano consentiente, reseruatas, easque
modicas *percipiendi*. Hoc ius patronis ne-
gatum est ab illo tempore, quo ecclesia
data deo data, sicque a potestate ciuili ex-
empta uidebantur b).

§. CCCXCIV.

Denique huc olim pertinuerunt V. *ius alia*;
percipiendi decimas VI. *fructusque uacantis*
ecclesie, VII. *ius spolii*, neutiquam uero
VIII. *ius partem reddituum sibi uindican-*
di, aut IX. *candidatum ad debita decesso-*
ris exsoluenda, ad conciones domesticas
habendas &c. obligandi c).

§. CCCXCV.

In iuribus patronorum onerosis (§. in onero-
CCCLXXXVI.) sunt sequentia: (1) *defensio* ^{sis defen-}
personarum rerumque ecclesiasticarum d), ^{sio &c.}
(2) *cura bonorum ecclesiasticorum & ratio-*

C c 5 num

z) IBID. §. 31. seq.

a) IBID. §. 58. seq.

b) IBID. §. 23. seq.

c) b. BRVNN-
QV ELL pr. de iuribus
patronor. utilibus spuriiis.d) MAGERVS, &
SCHOENBERG II. de
aduocaria armat. c. II. nr.
263. BALVZ. ad REGI-
NONEM p. 624.

num ab œconomis reddendarum e), (3) *refectio ecclesiæ subsidiaria f).*

§. CCCXCVI.

Iuris patro-
natus

Quia hæc iura, præsertim honorifica & utilia, patronis competunt mox omnia, mox eorum unum tantum & alterum, ius patronatus in *plenum & minus plenum* dividitur.

§. CCCXCVII.

probatio,

Ius patronatus probatur (1) ex authentico *fundationis* aut *dotationis documento g),* (2) *ex insignibus gentilitiis h)* a primâ ecclesiæ fundatione, in illius lapideos parietes incisis, (3) ex antiquis episcoporum sententiis literisque institutionalibus *i),* (4) ex *presentationibus* per immemorabile tempus *multiplicatis k);* neutiquam uero (5) ex *fama leui,* (6) subsidio cuidam ab ecclesiâ præstito, aut (7) *uifitationum libris l).*

§. CCCXCVIII.

translatio
&

Transferri potest (1) lucratiuo titulo, quid? quod (2) oneroso, si una cum prædio

e) LEVREN. *for. benef.* p. II. q. 95. FLORENS *oper.* p. 93. f.

f) LYNCKER *decif.* II 22. MARBACH *d. de subsidiaria eccles. reparatione.*

g) LEVRENIVS *c. I.* q. 80. 82. WIESTNER *h.*

art. IX.

b) PIGNATELLI *To. I. consult. 114. nr. 2. sq.*

i) PIASECIVS *pr. episc.* p. II. c. 5. nr. 22. 19.

k) CHOCKIER *de permut. benef.* p. 74.

l) BARBOSA *I. Eccl.* III, 12, 67. seq.

De
dio
Attam
in qua
zoo
teologic
is tantum
te. ut si
fient. (2)
ex parochiali
CCCX. (3)
ms factus
uel (4) iure
iuris patron
quod crime
fuerit r).
In quibus
ter patronos
rum est ecc
illiusque bon
Evangel
neque ipi

m) CARAL
lep. 3.
n) BARB
To. III. p. 100
o) ROY
iron. prol. c.
p) PIASE

dio alienetur *m*), nec ei singulare pretium statuatur. Translatum ex qualitate illius, in quem translatum est, diiudicatur. Ut itaque a laico ecclesiæ datum, incipiat esse ecclesiasticum *n*).

§. CCCXCIX.

In tantum cessat (1) causâ illius cessante, ut si dos amissa, aut domus destructa fuerit, (2) ecclesiæ qualitate mutata, ut si ex parochiali collegiata facta fuerit (§. CCCXC, 8.) *o*); *in totum* uero (3) si patronus factus sit infidelis, aut hæreticus *p*), uel (4) iure suo abusus, aut (5) dominus iuris patronatus realis *q*), ob graue aliquod crimen, omnibus bonis priuatus fuerit *r*).

§. CCCC.

In quibusdam ecclesiis Germaniæ præ-^{Usus in}ter patronos dantur *aduocati ecclesiæ*, quo-^{Germania}rum est ecclesiam contra uim defendere, & illiusque bona curare *s*) &c.

§. CCCCI.

Euangelici (1) ius patronatus habent ^{in ecclesiis} neque spirituale, neque spirituali anne-^{protestan-}rum, ^{tium.}

m) CABALLINI mille- nr. 39.
log. 3.

n) BARBOSA collect. To. VI. p. 274. nr. 13.
To. III. p. 220. nr. 3.

o) ROYE de iur. pa- pontif. h. §. 53. seq.
tron. prol. c. 38.

p) WEHNER & BE-
q) PIASECIVS C. I. SOLD H. Rasten - Weigt.

xum, proptereaque (2) modos, quibus illud ex mente iuris pontificii in alios transferri potest, augent *t*); (3) cum pontificiis easdem causas, (4) easdemque diuisiones I. P., si secundam (§. CCCLXXXVIII, 2.) exceperis *u*), defendunt; (5) *tempus praesentationis*, pro uarietate prouinciarum agnoscunt uarium; (6) dant patronis alicubi *ius inuestiendi*, & una cum eo (7) *ius laudemium percipiendi*, ubique uero (8) *honores* a patribus excogitatos, exceptis septimo & octauo (§. CCCXCI, 7. 8.).

§. CCCCI.

Iidem (9) raro de iure *alimentorum* aut (10) *censu* patronis praestando disputant; (11) *nummos missales* iis uix uindictant *x*); (12) ignorant *ius spoli*; (13) patronis uindictant *curam rerum ecclesiasticarum*, (14) iusque impediendi, quo minus quis, iis inuitis, in ecclesia *sepeliatur*, aut officium permutet ecclesiasticum *y*).

§. CCCCIII.

Quae patronis sine iure tribuantur?

Qui patronis *ius sacra reformandi*, *ministros ecclesiae remouendi*, *eorum uocationem resignatam renouandi* *z*), *ius cathedram*

z) THOMASII d. *Praecipua I. P. Proest. capita* §. 17.

u) IDEM c. l. §. 4.

x) d. nr. §. 30. 43. 57.

y) THOMASIVS c. d. §. 19.

z) IDEM c. d. §. 20.

ad sermonem δοκιμασιων aperiendi a) &c. tribuunt, fallunt & falluntur.

MEMBR. IV.

DE

INSTITVTIONE.

§. CCCCIV.

Institutio est actus solemnis, quo a pon-
tifice (§. CCCLXXIV. seq.) rege (§. CCCLXXXII. seq.) aut patrono (§. CCCLXXXIX. seq.) nominatus in officii & beneficii possessionem immittitur b).

Institutio

§. CCCCV.

Unde axiomata :

- I. Instituit collator ordinarius.
- II. Institutio necessitatis est.
- III. Institutio tribuit ius in beneficio, officio sacro coherente.

§. CCCCVI.

Quia ordinarii collatoris est, instituire ab ordina-
(§. pr. i.): sequitur (1) ut *episcopus*, & (2) ^{rio collato-}
fede uacante, *capitulum* c), non uero (3) ^{re}
uicarius generalis instituat, nisi specia-
li mandato sit instructus, nec (4) *praelatus inferior*, nisi ius inuestiendi ex pri-
uilegio, præscriptione immemoriali d),
con-

a) KRAVSE d. de con-
sione δοκιμασιων.

c) c. i. de instir. in obo.

d) GONZALEZ T. I.

b) ALTESERRA in X, p. 608. nr. 4. 6.
Innocentii III. p. 398.

consuetudine legitima, aut lege fundationis, consentiente ep., scripta e), acquisiverit. Sic in capitulis *decanus*, in parochialibus ecclesiis *archidiaconus* inuestit.

§. CCCCVII.

fieri debet Ad secundum (§. CCCCIV, 2.) notes, quod (1) ordinarius collator nominationem & præsentationem legitimo modo & tempore factam sequi teneatur, & (2) si differat uel recuset institutionem, detur locus adpellationi f).

§. CCCCVIII.

solemniter. Solemnitates sicut olim uariabant, quum annulo & baculo, dato osculo, denarii traditione, fune campanæ g) &c. absoluerentur, ita uariant adhuc hodie b), in impositione birreti, deductione in stallum &c. consistentes. Canonici capitulariter sunt instituendi.

§. CCCCIX.

Facta quid operetur? Ex tertio (§. CCCCIV, 3.) fat potest intelligi: (1) *institutionem* necessariam esse, nec (2) *uerbalem* sufficere, sed (3) *realem* accedere debere, quum non solum ius in re, sed actualis possessio nominato debeat,

e) BARBOSA I. Eccl. III, 12, 208. p. 213. f.

f) ESPEN I. Eccl. p. II. tit. 26. c. 1. nr. 19. seq.

g) GONZALEZ To. III. p. 205. nr. 2.

b) Ill. BOEHMER I. E. P. h. §. 6. seq.

Lib. II. Tit. XXVI.
 beatus, etc. ca.
 neque.
 Inanis euan.
 m. ab eo, q.
 Denominat.
 dum, quam h.
 quam clericum
 rum bonis in
 T.
 PLVRA
 Beneficia p.
 CCLIV.
 ferenda h) im
 cessant, statim
 cepit nouum
 Id quod
 mutatum est
 beneficiorum
 i) V. C. 11
 vs Elm. l.
 §. 895.
 k) c. 32. A
 in 620.

beat, quæ tamen priuato usu capi nequit.

§. CCCCX.

In terris euangelicorum clerici inſtituuntur ab eo, quem princeps denominat. Denominare uero poteſt tam orthodoxum, quam heterodoxum, tam clericum *i*). Alicubi patronus clericum bonis inueſtit parochialibus.

TIT. XXVII.

DE

PLURALITATE BENEFICIORVM.

§. CCCCXI.

Beneficia propter officia dantur (§. CCCLIV.). Hinc (1) ea ſingula conferenda *k*) ſingulis, & (2) collata ipſo iure ceſſant, ſtatim atque eorum poſſeſſor accipit nouum *l*).

§. CCCCXII.

Id quod tamen ſucceſſu temporis immutatum eſt. Statuerunt enim patres, (1) beneficia *compatibilium m*), aut *ab officiiis* ſimpliciter prohibita non eſt.

i) V. C. PERTSCHI-
vs Elem. Iur. Can. p. I.
§. 895.

k) c. 32. de præbend.
in 6to.

l) Conc. Trid. ſeſſ. VII.
de reform. c. 4. IANVS
a COSTA comment. p. 487.

m) CORVINVS de
B. Eccl. IX. 4.

ficiis separatorum pluralitatem canonibus aduersari minime, atque (2) in duplicatis pontificem, in simplicibus episcopos *dispensare posse n)*, praesertim si iusta causa adsit u. c. candidati nobilitas uel literarum peritia. Quia uero omnis dispensatio ad incogitata trahi nequit, mandatum de prouidendo, si quod exaratum est ad preces, quibus nullam fecisti mentionem prioris beneficii, executioni dandum est minime o).

MEMBR. I.

DE

COMMENDIS.

§. CCCCXIII.

Commen-
das

Commendatio beneficiorum fit, uel ad uitae dies sub praetextu custodiae & administrationis, uel ad tempus, per quod ecclesiae uacanti pastor praefici nequit.

§. CCCCXIV.

quis conce-
dat?

Hae ab episcopo nonnisi ad munus, quod uacat, gerendum habili p), *illa* uero, quae beneficiorum pluralitati inseruit, a solo pontifice illi quoque, qui ad quoduis

n) GONZALEZ To. III. p. 167.

o) c. 17. 27. de rescr. c. 6. X. de praeb. VIVIA.

NVS *ration. iur. pontif.* lib. III. p. 45. seq.

p) c. 15 de elect. in 610.

De Beneficiorum
 nis officium de
 potest. hae facti
 * hae regularia
 regularibus
 ECCLESIA
 CIOV
 \$
 Vno est conu
 uel benefi
 ciati facta.
 Quia mor
 tempus, in
 regularum de
 rum hae, quia
 pluralitatem
 oia est, illa
 betur.
 Unde pe
 causa neces
 ueram cogn
 citis is om
 lam unione
 rum fieri,
 Erga
 g) con
 V. 11. 17. V. C.

uis officium sacrum inhabilis est *, fieri potest. Rite facta reuocari nequit q).

- Vnde regularia beneficia secularibus, & secularia regularibus &c. in commendas dari possunt.

MEMBR. II.

DE

ECCLESIARVM ET BENEFICIORVM VNIONE.

§. CCCCXV.

Vnio est coniunctio plurium ecclesiarum uel beneficiorum, in fauorem beneficiati facta.

§. CCCCXVI.

Quia mox fit in perpetuum, mox ad perpetua tempus, in *perpetuam & temporariam*, seu *regularem & irregularem* diuiditur; quarum *haec*, quia ad palliandam beneficiorum pluralitatem adinuenta, canonibus exosa est, *illa* uero ad instar alienationis habetur.

§. CCCCXVII.

Unde perpetua fieri nequit, nisi (1) *ex* iusta causa necessitatis uel utilitatis, (2) *quam* ueram cognouit superior, (3) *citatis & auditis* iis omnibus, quorum interest, nullam unionem ecclesiarum uel beneficiorum fieri, & (4) *interposito* decreto *solemn-*
Engau ius eccles. Dd mni-

inni. Itaque rogandi sunt patroni *r*)*, & quandoque parochiani *s*), nunquam uero *ai*, qui beneficia unienda possident *t*).

* Olim in beneficiis maioribus opus erat consensu Cæsaris.

§. CCCCXVIII.

superiore
consenti-
ente

Est autem superior, qui præuia cognitione unire potest solemniter (§. pr.), (1) *pontifex* in ecclesiis maioribus, (2) *episcopus** in illis, quæ iuri diocesano sub sunt *u*); non autem (3) *capitulum*, ne quidem sede uacante, nisi beneficia unienda ad collationem pertineant capituli *x*); multo minus (4) *princeps*.

* Num hic consensu capituli indigeat nec ne, disceptant Dd.

§. CCCCXIX.

Aliter facta unio nulla est & irrita. Rite facta strictissime, & ita, ut saluum sit ius tertii, explicari debet. Hinc (a) onera beneficiorum, quatenus unioni non repugnant, reseruata censentur, & (b) si papa ecclesias diuersarum dicecesum unuerit, iura diceceseos salua sunt *y*). Ut itaque

r) BARBOSA I. Eccl. nef. sect. VI. c. 7.

III, 16, 49.

x) Clem. 1. de stat.

s) ESPEN I. Eccl. monach.

p. II. tit. 29. c. 3.

y) VIVIANVS ra-

z) Clem. 2. de reb. eccl. lib. III. p. 189.

u) DARTIS de be-

que ecclesiarum quæque in consistorio dioceseos, qua iacet, conueniri, & ad leges ecclesiasticas seruandas adstringi queat.

§. CCCCX.

Quod uniri non deberent ecclesiæ & beneficia diuersi generis diuersorumque iurium, certum est z); ast parochialia sæpe cum monasteriis aut præbendis cathedralis ecclesiæ sunt coniuncta.

§. CCCCXXI.

Uniuntur autem duæ pluresue ecclesiæ ^{sic} uel per subiectionem, uel per suppressionem, aut per aequalitatem.

§. CCCCXXII.

Subiectio, prout omnes, aut quosdam uel per tantum actus ministeriales tangit, uel ab-^{subiectionem} solute, uel secundum quid talis esse dicitur. Illa facit, ut (1) ecclesia, cui altera subiicitur, mater*, & quæ subiicitur, filia dicatur; (2) ut filia matris (a) nomen, conditionem iuraque consequatur, (b) onera participet, (c) disciplina regatur a),

* Vocabulo ecclesiæ matris denotatur mox apostolica quadam, mox Romana, mox cathedralis, mox ea, quæ aliis iussit extrui & constructionis sumtus suppeditauit necessarios.

Dd 2

§. CCCCXXIII.

z) CORVINVS c. l. de iur. patron. c. V. nr. 57. V, 10, 20. seq. 32. 60. HERT d. de eccles.

a) FINCKELTHAVS filiabus.

§. CCCCXXIII.

uel per
suppressio-
nem,

Ubi duæ ecclesiæ coaluerunt, seu per *suppressionem* unitæ sunt (§. CCCCXXI.), unus cœtus conficitur, cui unus pastor, eadem sacra, unicum templum *b*).

§. CCCCXXIV.

uel per
æquali-
tatem.

Unio per æqualitatem est, dum nulla fit cœtus aut sacrorum confusio, sed hæc distincta manent, & unus pastor constituitur, qui in utraque ecclesia æqualiter residere debet, nec in ullam uicarium mittere potest *c*).

§. CCCCXXV.

Dissolutio.

Unio temporalis dissoluitur lapsu temporis, ad quod facta est; in *perpetua* uero dissoluenda eadem seruari debent solemnitates, quæ in ea contrahenda *d*). Nimirum a superiore fieri debet ex iusta causa, ut si unio ex causa iam cessante, aut per simoniam, aut in præiudicium religionis facta sit *e*).

§. CCCCXXVI.

Dismem-
bratio.

Ecclesiarum uel beneficiorum dissolutio a *dismembratione* differt quam maxime. Non enim hæc, illa tamen unionem ante fa-

b) BARBOSA I. Eccl. III, 16, 6.

c) DARTIS e. l. c. VII.

d) SLEVOGT de u-

nione eccl. disp. IV. c. I.

e) ESPEN c. l. c. 4.

CORVINVS c. I, V, 10, 64.

f) Sicut
cum geist.
g) III.

factam supponit. Itaque status ecclesiarum & beneficiorum post dismembrationem determinandus est; quis uero post dissolutionem futurus sit, certus est. Omnia enim in eum statum reducuntur, in quo fuerunt antea.

§. CCCCXXVII.

Euangelici (1) ignorant unionem irregularem, & (2) in regulari contrahenda, contracta explicanda uel dissoluenda &c. eadem obseruant, quæ pontificii, nisi quod (3) superiorem habeant cuiusque territorii dominum, cuius potestas, neque sacra, neque secularis per unionem imminuitur, si hæc facta sit per æqualitatem subiectionemue; sin per suppressionem, in diiudicandis negotiis, ipsam ecclesiam, aut ius parochiale concernentibus attenduntur leges territorii, in quo sita est ecclesia f).

Usus inter euangelicos.

§. CCCCXXVIII.

Idem (4) alicubi ecclesias sine superioris auctoritate per pactum uniunt, calamitate quadam publica adacti g); (5) mercenarium & qualemcunque uicarium respuunt; (6) statuunt, si unitæ ecclesiæ in diuersis territoriis iaceant, mortuos ex ecclesia

D d 3

clesia

f) Fleischers Einleit. consult. & decis. T. I. P. I. zum geistl. R. II, II, 76. arg. 7. nr. 69. sq. & arg. 92.
g) Ill. БОЖИМЕР it. I. E. P. III, 5. 204.

clesia filia ad matrem, nisi impetrata uenia territorialis domini, duci non posse *b*).

TIT. XXVIII.

DE

ONERIBVS BENEFICIORVM.

§. CCCCLXXIX.

Licet sine deminutione conferenda sint beneficia (§. CCCLXVII, 1.), tamen oneribus grauantur, quæ partim temporaria, seu *extraordinaria*, partim *ordinaria*. His omnia subesse uidentur, usque dum probetur exemptio.

MEMBR. I.

DE

PENSIONIBVS.

§. CCCCLXXX.

Pensio **P**ensio est portio ex redditibus beneficii alicui ad tempus præstari debita.

§. CCCCLXXXI.

solemniter Pensionem, cui subest alienatio, assignant (1) pontifex, (2) episcopi, qui tamen nihil in fraudem legis *i*), aut iurister-
tio quasiti agere possunt *k*).

§. CCCCLXXXII.

b) HERT d. de ecclesiis IV, II, nr. 31. seq. *filiabus* §. 12.

k) DARTIS de benefc.

i) CORVINVS c. l. sect. V. c. 3.

§. CCCCXXXII.

Dantur uel *in titulum*, uel *simpliciter*, quo uelit *Ille* beneficiis æquiparantur *l)*, propter modo con-
 eaque *(a)* a laicis possideri, *(b)* eum re tem- situta
 porali commutari &c. nequeunt; hæ
 uero uacare non dicuntur, pensionario
 mortuo.

§. CCCCXXXIII.

Pensio debet esse *modica m)*, nec maior debet esse
 tertia prouentuum, alias ad quantitatem modica.
 hanc reducitur. *Iusta* morte beneficiarii
 non extinguitur, attamen morte & spon-
 tanea remissione *pensionarii n)*.

§. CCCCXXXIV.

In Germania pontifex nonnisi *(1)* be- Usus in
 neficia in mense papali uacantia, *(2)* ad di- Germania
 es uitæ illius, cui ea contulit, pensioni- &
 bus onerare potest *o)*.

§. CCCCXXXV.

Pensionum usus rarissimus est in eccle- in terris
 siis protestantium, ubi pauca sunt benefi- euangelico-
 cia tam pingua, ut pensione onerari rum.
 queant.

Dd 4

MEMBR.

l) BARBOSA collect. To. I. p. 44. nr. 5.

m) Conc. Trid. sess.

XXIV. c. 13.

n) TONDVT de pensio- nibus.

o) Concord. nar. Germ.

MEMBR. II.

DE

CATHEDRATICO, ALIISQVE
BENEFICIORVM ONE-
RIBVS.

§. CCCCXXXVI.

Episcopo
debentur
cathedrati-
cum,charitati-
uum subdi-
dium,

Onera beneficiorum & ecclesiarum sunt :
(I) *cathedraticum* seu *synodaticum*,
quod in honorem cathedræ in synodis
soluendum est *; (II) *charitativum subsidi-*
um, quod tamen non præstant (a) eccle-
siæ exemptæ, (b) beneficiati pauperes &
pensionarii p). Quandoque dicitur bede.

* Constat duobus solidis, secundum taxam antiquitus
servatam solui debitis, c. I. C. 10. q. 3. Iam
quum hæc nimium variat, PIGNATELLI To.
VI. *consult.* 8. n. 22. consuetudo cuiusque loci
attendenda erit, ENGEL *Colleg. I. Can.* III,
39. 5.

§. CCCCXXXVII.

procuratio,

Huc quoque refero (III) *procuracionem*
q) uisitacionis intuitu solui debitam. De
qua notandum, quod (1) modica r) & (2)
eadem die una debeat esse s); (3) in ui-
ctualibus pecuniaue præstetur t); (4) extra
uisitacionem exacta in duplo restituenda
fit;

p) RHETIVS de Or- X. de cens. exact. & proc.
beda. s) c. 3. de cens. in 6to.
q) ALTESERRA diff. 1) Conc. Trid. sess. XXIV.
l. can. IV, 5. c. 3.
r) CIRONIVS parat.

fit; (5) respuat *prescriptionem* extinctiuam u), licet quantitas & modus pensionis prescriptioni sublit.

§. CCCCXXXVIII.

Quarta mortuuariorum & VI. *episcopalis canonica portio* in quibusdam tantum locis quarta mortuuariorum, seruantur usu.

§. CCCCXXXIX.

Huc quoque referri solent, VII. *annatæ*, annatæ, quæ in communia quæ in *communia seruitia* & *annatas* in specie sic dictas diuiduntur. *Illæ* sunt fructus seruitia & beneficii consistorialis, qui per annum ab illius collatione computandum, percipiuntur, & pontifici cardinalibusque x) præstantur ad taxam cameræ apostolicæ.

§. CCCCXL.

Annatæ in specie sic dictæ sunt dimidia annatæ in specie diuiduntur, pars fructuum beneficii non consistorialis primo anno perceptorum y). *Quindennium*, quod annatis aliqui annumerant z), est census, quem apostolica camera decimo quinto quoque anno exigit a monasteriis, beneficiorum cum illis unitorum intuitu.

§. CCCCXLI.

VIII. *Ius deportus*, ui cuius fructus be- ius depon-
Dd 5 neficii tus

u) c. II. 16. X. de *prescript.* CORVINVS c.l.VII. nr. 148.
y) WIESTNER c. I. nr. 148.
z) TAMBVRINVS de I. *Abbat.* disp. IX. q. 3.
x) WIESTNER III, de I. *Abbat.* disp. IX. q. 3. 5. art. 8. nr. 146.

reparatio, neficii uacantis, litigiosi aut non deseruiti, suos facit superior *a*), huc aliqui referunt. Meliori iure huc pertinet IX. *onus* ecclesiam ruinofam *reparandi*. Hoc propterea beneficiis impositum est, quia cum illis coaluit quarta fabricæ *b*).

§. CCCCXLII.

census, Quis X. *census* ex beneficiis patrono præstandus sit, supra (§. CCCXCIII.) diximus, iam illud monentes, quod beneficia sæpe subsint XI. *decimarum pensioni* principibus præstandæ.

desimæ.

§. CCCCXLIII.

Ufus in
Germania
&

In Germania (1) *cathedraticum* fere ubique exulat, (2) *charitativum subsidium* hinc inde petitur, (3) prælatus *quartam mortuuariorum*, quam petit, usu receptam probare debet *c*); (4) *annatæ* pontifici * debentur (*a*) ex ecclesiis cathedralibus & uirorum monasteriis; (*b*) ex reliquis uero beneficiis, tam secularibus quam regularibus, non nisi (*a*) auctoritate sedis apostolicæ conferantur, & (*β*) excedant ualorem 24. florenorum auri de camera *d*). Præterea (*e*) ad biennium extenditur earum solutio-

a) THOMASSINVS *eccles.*
de V. & N.E. D. p.IV. lib.
4. c. 32.

b) Ill. BOEHMERI
d. de iure & merc. reficiendi

c) GARSIAS *de expens.*
c. 9. n. 1.

d) Ill. de LVDEWIG
d. de iur. annat. c. f.

De cathedraticis
Solutio
faciunt terram
in parochia
in terris
tibi annata
cathedraticis
tionis solutio
debetur ecc
(c) & uel
præstantur
am curias

Evang
cuis sui
tibus, erig
olim exeg

Ordin
c

e) Con
de A. 144
M. p. 358
nata. con
III, 5. §. 3
f) I. P
g) P. R
uel.

solutionis, ad antiquam camerae taxam faciendae, terminus e).

* Non pontifex, sed austriaca domus, in prouinciis huic subiectis annatas exigit.

§. CCCCXLIV.

In terris euangelicorum (1) neque pontifici annatae f), neque superintendenti cathedraticum aut aliud in signum subiectionis soluitur; (2) procuraciones, quae debentur ecclesiis uisitanti, moderatae sunt g), & uel ex arario uel a parochianis praestantur b); (3) onus reficiendi ecclesiam curiasue beneficiatis non imponitur.

§. CCCCXLV.

Euangelicus princeps ex iisdem beneficiis sui territorii, ad pontificios pertinentibus, exigere potest annatas, ex quibus has olim exegit pontifex i).

TIT. XXIX.

DE

COMMENDATVRIS.

§. CCCCXLVI.

Ordinarii redditus, quos percipiunt sacrorum ordinum equites, commendaturae, Commendaturae,

e) Const. Nicolai V. de A. 1447. §. 5. in Bullar. M. p. 358. TVSCH. u. Annata. concl. 328. FIRHING III, 5. §. 365. seq.

f) I. P. art. V. §. 19.

g) FRITSCHE de uisitat. eccel.

b) STRYK ad BRVN. NEM. Ius eccl. II, 9, 14.

i) STRYK de iure p. pali princ. euang. c. 4. §. 7. seq. III. BOEHMER ad PE. de MARCA VI, 12. obf. 6.

tura, commende militares, præceptorie dicuntur.

§. CCCCXLVII.

ad instar
præbenda-
rum

Sunt ad instar beneficiorum *k*). Hinc (1) a *gabellis & tributis* sunt immunes; (2) distribuuntur in *electiuas & collatiuas*; (3) dantur pro *seruitio*. Quia uero hoc temporale est, (*a*) spiritualitatem spirare non uidentur, proptereaque (*b*) sine uitio simoniaco æstimantur comparanturque *l*).

§. CCCCXLVIII.

conferun-
tur.

Ex eadem causa (4) *conferuntur* (*a*) ab ordinum capitibus, baliuiis nimirum & commendatariis prouincialibus, (*b*) equitibus horum ordinum; (5) priuata auctoritate *erigi, mutari & supprimi* nequeunt; (6) recepti in numerum equitum, in herbis & expectatiuarii dicuntur esse, atque (7) in commendas succedunt iuxta senium; (8) pars reddituum in usus pauperum, ægrotorum &c. quandoque conferenda est *m*).

§. CCCCXLIX.

Ius Germa-
nicum.

In Germania (1) spectant ad istius religionis socios, qui in istarum reali possessione fuerunt d. i. Ian. 1624. *n*); (2) in com-

k) COCCEII d. de titul. III, 7, 19.

& *commend. conuen. §. 26.*

m) WIESTNER *Iust. Canon. III, 5, 17.*

l) BARBOSA *I. Eccl.*

n) *I. P. art. V. §. 14.*

commendaturas euangelicorum nullum ius competit pontifici o); (3) ordo S. Ioannis uarias commendas perdidit, quas restitaurare imperatoris est p).

TIT. XXX.

DE

PRAESTIMONIIS SEV
STIPENDIIS.

§. CCCCL.

Annui reditus, piis usibus dicati, *præstimonia, præstimoniales portiones, stipendia &c.* dicuntur. Præstimonia

§. CCCCLI.

Quia uel in titulum, uel sine officio ^{duplicis} dantur q), in *ecclesiastica & laicalia* diuidi ^{generis} possunt. Illa, non hæc, præbendarum esse, gaudent iuribus r).

§. CCCCLII.

Id quod notare debet decisurus quæ ^{notare} siones: (1) *an & quænam præstimonia cum debet. rebus secularibus commutari queant? s)* (2) *an omnes præstimoniorum causæ sint priuilegiatæ?*

o) IBIDEM §. 25.

p) Capit. a. X. §. 8.

q) CORRADI *prax. benef.* I, 3, 73. seq. PEREZ de LARA tr. de *anniuers.* & *capellan.* II, 8, 55. seq.

r) WIESTNER *Instit.*

Can. III, 5, 14.

s) LEVREN. *for. benef.* To. II, q. 290. & q. 321. nr. 6.

giatæ? (3) num quis superiori præstimonium, quod possidet, significare debeat tempore, quo petit beneficium? t) (4) an & quo modo præstimonia in alios pios usus conuerti queant? u) (5) quis ea conseruanda curare debeat?

§. CCCCLIII.

Stipendia
publica

Euangelici (1) nonnisi studiosis conferunt stipendia, & quidem (2) mox publica mox priuata, quorum hæc (3) modo simpliciter, modo certæ familiæ sint relicta.

§. CCCCLIV.

quibus
gaudeant
iuribus

Stipendia publica (§. pr.) (1) cum præstimoniis ecclesiasticis (§. CCCCLI.) conueniunt, & (2) his gaudent priuilegiis: (a) quod arresto grauari, (b) ad forum seculare trahi, (c) soluenda indultu moratorio fisci &c. nequeant, & (d) in dubio pro iis pronuntiandum sit x).

§. CCCCLV.

quibus-
nam sint
conferen-
da?

Conferenda sunt (1) studiosis, quibus domi res angusta est, sicque ea, quæ ad sumtus studiorum ferendos uix sufficit y); (2) ad tempus lege foundationis determinatum. Stipendiati alicubi literas reuerfales

r) GARGIAS de benefic. p. I. c. 2.

u) BARBOSA I. Eccl. III, §.

x) FRITSCH tr. de stipendiis & stipendiatis scholaribus c. XII.

y) IDEM c. tr. c. V.

les tradere, & iusiurandum religionis præstare tenentur z).

§. CCCCLVI.

Quod ad priuata stipendia attinet, ea (1) ^{Stipendia familiae} non sunt bona ecclesiastica proprie sic dicta, (2) subsunt inspectioni illius, quem fundator denominauit; atque si stipendia sint familiae, (3) agnatis, & cognatis, ordine ac modo lege foundationis determinato, conferri debent a).

§. CCCCLVII.

Desinunt deberi (1) lapsu temporis ad quibus quod sunt data, (2) stipendiarii morte, (3) ^{cessent modis?} renuntiatione, aut (4) facto, fundatoris intentioni contrario b) &c. Num hæc & illa stipendia cessent, si stipendiarius publice relegatus fuerit? diiquiret FRITTSCHIVS c).

§. CCCCLVIII.

Quia stipendia familiae non sunt in ^{Ufus in} bonis ecclesiasticis (§. CCCCLVI, I.), nec ^{Germania.} conferri debent ad normam anni decretorii d).

z) IDEM c. tr. c. XI. nr. 13. seq.

b) FRITTSCH c. tr. c. X. XI.

a) SCHROETERI probl. an stipendium familiae ei sit concedendum, qui ob prerogatiuam alterius illud durantibus annis academicis consequi haud potuit?

c) IDEM c. tr. c. XI. nr. 17.

d) Ill. BOEHMER Vol. I. Consult. 199. nr. 30. seq.

TIT. XXXI.

DE

HONORARIIS ET SPORTV-
LIS CLERICORVM.

§. CCCCLIX.

Sportula-
rum

Pro his & illis actibus sacris uel ministe-
rialibus clerici, superhabitis canonibus,
ad usum prouocantes *e*) percipiunt *sportu-*
las, quæ modo certæ & determinatæ sunt,
modo indeterminatæ. Illæ iure perfecto,
hæ imperfecto debentur.

§. CCCCLX.

debitum.

Debentur (1) ei, quem actum sacrum,
quo opus est, peragere iubent leges, mo-
res, aut, his deficientibus, electio; (2) ab
eo, qui actum sacrum appetit.

§. CCCCLXI.

Quenam
pontifici

Suæ cuiusuis generis clerico sunt spor-
tulæ. Sic *pontifici* debentur (1) pretium
pallii (lib. I. §. CCCLI.): (2) census
protectionis (3) exemptionis plenariæ (4)
gratiæ expectatiuæ *f*) &c.

§. CCCCLXII.

episcopis

Episcopo extra ordinem debentur (1)
synodaticum (§. CCCCLXXVI.), (2) pro-
cura-

e) CORVINVS C. l.
IV, 9, 10.

f) CORTREIVS *de*
gratia expectatiua.

curaciones (§.CCCCXXXVII.); (3) honoraria pro unione g) aut (4) consecratione ecclesiarum h), (5) pro clericorum ordinatione, (6) beneficiorum collatione &c.

§. CCCCLXIII.

Parochus toties, quoties stola in fau-
rem alius utitur, exigit honoraria *, quæ
dicuntur *iura stola* i) Pfarrents Gebüh-
ren, accidentien. Sic aliquid exigit pro
sepultura, sermone funebri, baptismo, pro-
clamatione, copulatione, absolutione k).

* Hæc a spontanea oblatione, quam ars cleri necessariam fecit, atque pie & laudabilis consuetudinis nomine defendit, suam trahunt originem. DVARENVS de benef. eccl. VII, 6. V. C. PERTSCH Abhandlung von dem Ursprung und Eigenschafften der so genanneten iurium stola.

§. CCCCLXIV.

Canonicis, & quidem illis, qui diuinis
officiis interfunt l), aut, quo minus inter-
sint, impediuntur legitime, cedunt quoti-
diana distributiones. Has multis in eccle-
siis sublatas in usum ubique reducere uo-
luerunt patres Conc. Trident. ast eorum
intentioni non respondit euentus.

§. CCCCLXV.

In terris euangelicæ religioni addictis Usus in ter-
Engau ius eccles. Ee (I) ne-
ris euang.

g) c. 6. X. de relig. dom. k) III. BOEHMER I. paroch. sect. VII. c. 2.
h) c. 30. C. 18. q. 2. l) c. 32. X. de præb. c. 7.
i) STELZERI d. de X. de cler. non resid.

(1) neque pontifici neque episcopis ulla, attamen (2) parochis eadem quæ pontificiis debentur honoraria *m*). Præterea quorundam locorum mores parochis tribuunt (*a*) ius pannum & equum funebrem sibi uindicandi *n*), atque (*b*) ius ad canam baptismalem eundi, aut pro ea pretium exigendi *o*); (3) ignorantur quotidianæ distributiones; (4) superintendentes honorarium pro ordinatione recipiunt, atque (5) dum uisitant, non solum procurationem (§. CCCXLIV, 2.), sed & honorarium exigunt.

§. CCCCLXVI.

Epicrisis.

Nummo confessionario *p*) aliisque iuribus stolæ nihil uitii inesse puto. Illud tamen reprobo, quod sæpe sæpius (*a*) iura stolæ *determinata* nimis exacte uel aucta exigantur; (*b*) *indeterminata* ceu iure perfecto debita petantur, & (*c*) noua priuato ausu introducantur *q*).

TIT. XXXII.

m) CARPZOV *Iurispr.* def. 120.
Constit. lib. I. def. 110, seq.

n) III. BOEHMER C.
 l. §. 20.

o) CARPZOV C. I.

p) MULLERI d. de
nummo confessionario.

q) III. BOEHMER C.

l. §. II. seq.

TIT. XXXII.

DE

REDITIBVS VICARIORVM
CVIVSCVNQVE GE-
NERIS.

§. CCCCLXVII.

Vicarii alendi sunt ex reditibus ecclesia-
sticis, assignatis illi, cuius uices susti-
nent. Reditus
uicario-
rum

§. CCCCLXVIII.

Legati apostolici olim, quum pontifi-
cis nomine uisitarent ecclesias prouinciæ,
ad quam erant missi, inde tulerunt procu-
rationes *r*); hodie uero sumtibus ponti-
ficis legationem subeunt. pontificis

§. CCCCLXIX.

Suffraganei alimenta petunt ab eo, cu-
ius nomine expediunt ea, quæ sunt epi-
scopalis muneris. episcopo-
rum

§. CCCCLXX.

Vicariis canonicorum, ex horum redi-
tibus iam olim certa portio ad instar sala-
rii assignata est, quæ uenit *uicariæ* nomi-
ne. Est ea ad instar beneficii, propterea
que legitimo modo confertur, nec prin-
cipalis canonici sed uicarii morte extin-
guitur. canonico-
rumque.

Ee 2 §. CCCCLXXI.

r) BALVZ. ad MARCA de C. S. & I. V. 54.

§. CCCCLXXI.

Coadiutor regularis reditus coadiuti tam ordinarios quam extraordinarios participat, & quidem modo, uel conuentione uel sententia iudicis ecclesiastici determinato.

TIT. XXXIII.

DE

ÆDIBVS AGRIS ET SYLVIS
CLERICORVM.

§. CCCCLXXII.

Curiarum,
quæ

Ædes non solum clero cathedralium & collegiatarum ecclesiarum, sed & parochis assignantur. Illæ dicuntur *curiæ*, suntque uel cum certo munere iunctæ uel communes.

§. CCCCLXXIII.

optioni
subiunt,
&

Communes multis in ecclesiis optioni subiunt. Nimirum curiam uacantem intra XX. dies canonicus receptione antiquior, & si hic nolit, ordine secundus &c. optare potest s). Optet quis uelit, heredibus defuncti impensas necessarias, utilesque refundere tenetur t).

§. CCCCLXXIV.

ædium pa-
rochialium

Ædibus, sibi in partem salarii assignatis, utuntur fruuntur parochi & æditi, ast iure

s) CORVINVS de t) III. BOEHMER I.
Pars. Eccl. III, 2. §. 64. seq. E. P. III, 5, 80. 158.

iure proprio. Hinc (1) res quidem in inuentario descriptas ad unam omnes saluas restituere, & (2) quæ quotidiano usu atteruntur, *refici* curare u), non tamen (3) *cautionem* fructuariam præstare, tenentur:

§. CCCCLXXV.

Parochiales ædes (§. pr.), quæ, sicut ^{exstructio} *curæ*, a metatis x), censu & tributis immunes sunt y), ^{uel reparatio.} exstruuntur & reparantur sumptibus istius ecclesiæ, cui inseruit clericus ædibus indigens z). Quodsi uero uel nullum extet, uel non sufficiat ararium, contribuere tenentur parochiani, sint (a) cuius uelint conditionis statusque * a), (b) habitent in matre an filia b), dummodo hæc suis ipsius parochialibus ædibus non sit instructa c). In conferendis autem sumptibus alibi bonorum alibi personarum & familiarum habetur ratio d).

* Nobiles feudorum intuitu nihil plane contribuunt, nisi hoc uelint speciales mores provinciæ. STRVV *introd. in prax. I. Can. p. II. cas. 76.*

§. CCCCLXXVI.

Agri parochiales coluntur a *dotalibus*, Agri &

Ee 3

qui

u) CARPZOV *Iurispr. Conf. lib. II. def. 352.*

x) BINGHAM *Orig. Eccl. V, 3, 7.*

y) c. 23. §. 2. C. 23. q. 8.

z) c. 4. X. de eccl. adif.

a) CARPZOV c. 1. def. 341. seq. 346.

b) IDEM c. l. def. 343. 348 WERNHER *princip.*

Iur. eccles. c. XI, §. 4. seq.

c) HORN d. de *prestatio. parochian. & dotal. c. l.*

d) HORN c. d. p. 7. seq. & c. 2.

qui, partem dotis ecclesiæ constituentes, subsunt foro ecclesiastico *e*), usque dum status eorum mutatus probetur; iis uero deficientibus *f*), a *parochianis g*), qui tamen gratis *b*) colere non tenentur.

§. CCCCLXXVII.

sylvæ parochiales.

In bonis parochialibus sæpe sunt *sylvæ caduæ*. In quibus si ligna aliqua ad uendendum succidi queant, ad quem pecunia inde redacta pertineat, ad ecclesiam an parochum? est illud, de quo disputant FRITSCH *i*), ENDTER *k*) & alii.

TIT. XXXIV.

DE

ANNO DESERVITO
ET GRATIAE.

§. CCCCLXXVIII.

Annus deseruitus

Licet heredes beneficiati beneficium & honoraria non magis atque munus consequantur *l*), tamen percipiunt fructus a defuncto deseruitos, i. e. pro seruitio

e) TENZELL d. de dotalibus ecclesiæ ZIEGLER de dote eccl. IX, 52. seq.

f) WERNHER c. l. §. 13.

g) III. BOEHMER c. l. §. 164.

b) CARPZOV c. l. def. 357.

i) tr. de iure lignandi.

k) d. de iure usufructuario parochi in parochialibus bonis, spec. syluis.

l) c. l. 3. X. de præbend.

tio iam præfrito * debitos, eosque, quos singularis gratia adfignavit iis.

* Magis fauet confuetudo, annum defervitum habens eum, quo præbendatus obiit.

§. CCCCLXXIX.

Annus defervitus in bonis defuncti videtur effe. Hinc (1) ad quosuis heredes transferri & (2) pacto determinari potest; (3) ex eo deducendum effe æs alienum, & (4) refarciendum damnum inventario ecclefiaffico datum m); (5) illum regulariter non participat vidua, illata repetens n).

§. CCCCLXXX.

Computantur autem in annum defervitum tam falarium, quam reliqua lucra, quibus confue fint ordinaria fiue extraordinaria o). fter, ac

§. CCCCLXXXI.

Huius anni terminus a quo & ad quem, fi in ftatutis capituli non determinatus p), ad leges moresque prouinciæ recurrendum effe q). His uero deficientibus, annus computari folet a muneris fufcepti uel potius refidentia tempore.

Ec 4

§. CCCCLXXXII.

m) Ill. BOEHMER l. §. 266. feq. I. E. P. III, 5. 272. p) IDEM c. I. §. 280. n) CARPZOV Iurispr. feq. Conf. lib. I. def. 178. q) TITII Probe dea o) Ill. BOEHMER c. geiftl. R. II, 7, 14. feq.

§. CCCCLXXXII.

Annus gratiæ uel compensat annos carentiæ

Hoc anno finito incipit annus gratiæ, qui uel *compensat annos carentiæ*, uel ex singulari datur *gratia*. Ille annum deferuitum imitatur, ceditque cuiusuis generis heredibus. Dicitur das *Nach Jahr*, nec semper & ubique idem est. Hinc consuetudinem cuiusque loci, & statuta cuiusque capituli, attendere debet decisurus controuerfias super hoc anno motas, præsertim has quæstiones: (1) quis huius anni terminus sit a quo & ad quem? præsertim (2) si in fructibus naturalibus consistant redditus? (3) quo modo redditus diuidi debeant?

§. CCCCLXXXIII.

uel ex singulari gratia

Ex singulari gratia qui datur (§. pr.), datur (1) defuncti uiduæ & (2) liberis, (a) tam primi, quam ulterioris r) gradus, (b) tam ex primo, quam ex secundo matrimonio procreatis, (c) tam separatis, quam in potestate parentum adhuc constitutis s) &c. non uero (d) illegitimis, uel (e) adoptiuis.

§. CCCCLXXXIV.

non iure hereditario datur.

Hic annus non datur iure hereditario. Hinc defuncti uidua liberique (1) licet heredi-

r) CARPZOV c.l. def. 210.

s) IDEM c.l. def. 211.

reditatem repudiauierint *t*), aut defunctus pacto testamentouæ aliud disposuerit *u*), eum petere possunt, ita, ut (2) æs alienum, si quod contraxerit defunctus, soluere non teneantur; (3) eo non gaudent (*a*) heredes testamentarii & (*b*) pactitii, aut ex legitimis (*c*) collaterales, (*d*) adscendentes.

§. CCCCLXXXV.

Ad annum gratiæ referuntur (1) salari- Quæ ad il-
um, (2) accidentia quæ dicuntur, cuiusuis lum refe-
generis *x*), (3) ius habitandi in ædibus rantur?
parochialibus *y*) & c

§. CCCCLXXXVI.

Annum gratiæ determinaturus, leges, In quo dis-
statuta & consuetudinem cuiusque loci at- sentiant le-
tendere debet, quum nimis uariant (1) in- ges mo-
tuitu termini a quo *z*) & ad quem *a*), iti- resque?
dem (2) modi hunc annum computandi *b*),
atque (3) fructus eo durante perceptos inter
uiduam liberosque *c*), nec non (4) inter

E e 5 hos

z) IDEM c.l. def. 225. §. 39. p. 256.

u) WERNHER *princ.* *a*) CARPZOV c. l.
I. E. P. c. 4. §. 53. def. 212. seq.

x) STRYK d. de an- *b*) IDEM c. l. def.
no gratiæ c. 5. 196. 205.

y) CARPZOV c. l. *c*) Fleischer Einleit.
def. 188. 207. zum geistl. R. II, 15, 40.

z) STRYK c. d. c. 2. WERNHER p. VI. obf.
nr. 23. seq. WERNHER 343. DEYLING c. l.
c. 1. §. 43. DEYLING *In-* §. 42.

stit. prud. pastor, p. II. c. 3.

hos & successorem *d*) diuidendi, præsertim si diuersis temporibus debeantur. Variant etiam in his quæstionibus decidendis: (5) *num iura stolæ cedant uiduæ liberisque e*)? (6) *num, si, pastore emerito adhuc uiuente ex uita decesserit substitutus, huius uidua liberique hoc anno gaudeant.*

§. CCCCLXXXVII.

Quando cesset annus gratiæ?

Annus gratiæ definit esse (1) lapsu temporis, per quod durat. Quodsi uidua (2) iuri suo renuntiet, aut (3) moriatur nullos heredes post se relinquens, aut (4) ad secunda uota prouolet &c. illius portio cedit defuncti liberis.

§. CCCCLXXXVIII.

Denique notandum (1) quod annus gratiæ nonnisi deductis impensis intelligatur *f*); (2) quod in stirpes succedant liberi *g*); (3) quod uidua liberique, si uel maxime ante finem anni deseruiti mortui sint, ius suum in quoscunque heredes transferant *h*); (4) quod transactio sæpe determinet, quid successori & uiduæ liberisque debeatur *i*).

TIT.

d) *Fleischer c. l. §. 47.*
STRYK *c. d. c. 6.* WERNHER *princ. I. E. P. c. 4.*
§. 45. seq.

e) *CARPZOV c. l. def. 190.*

f) *IDEM c. l. def. 205.*

g) *WERNHER c. l. §. 49.*

h) *Conf. Hal. To. I. lib. 2. conf. 14.*

i) *STRVV introd. ad pr. I. Can. p. II. cas. 30.*

Lib. II. Tit. XXXIV.
BONA
Bona cler
patrimo
catur, qu
alio titulo
Regula
pesc
per
ce
ad
Bona
nomine
fictitia &
beneficij
raris p
prouen
Pat
quam
int. l.
adign
fione

TIT. XXXV.

DE

BONIS CLERICORVM.

§. CCCCLXXXIX.

Bona clericorum secularium * sunt uel *In bona patrimonialia*, uel *profectitia*. Illa di- clericorum cuntur, quæ hereditatis, donationis aut patrimo- nialia & alio titulo sunt quæsitæ.

- *Regulares* quidem nihil honorum possident sine peculiaritatis uitio (lib. I. §. CIX.), tamen superior illis (1) ad usus honestos piosque concedere potest peculium (2) modicum & (3) ad nutum reuocabile.

§. CCCCXC.

Bona *profectitia*, quæ *peculii* uocantur *profectitia* nomine, a quibusdam diuiduntur in *beneficialia* k) & *quasi patrimonialia*, prout ex beneficio in titulum collato, aut ex honorariis pro officio sacro peracto præstitis prouenerunt.

§. CCCCXCI.

Patrimonialia bona tam inter uiuos, quæ fit quam mortis causa dare possunt, cui ue- successio ? lint l), clerici. Quodsi uero, iis nemini adsignatis, ex uita decesserint, ad successionem uocantur (1) agnati cognatique, ra-

k) W I E S T N E R. In- i) c. 9. X. de testam. stit. canon. III. 25, 2. seq.

ratione proximioris gradus habita, & (2) si hi deficiunt, *ecclesia*. *Peculium* uero, quod reliquit mortuus, cedit *ecclesiae m)*, ultima uoluntas adfit, nec ne*.

* Olim non erat sic. Primus enim Augustinus suasisit clericis, & post iura iniunxerunt episcopis, ut *ecclesiam* heredem seriberent. Nouioribus denique temporibus idem dictum est clericis minoribus, salua tamen consuetudine, si qua in contrarium esset. Ill. BOEHMER *I. E. P.* III, 25. §. 2. seq.

§. CCCCXCII.

Ius spoli.

Peculium, quod *ecclesiae* debetur (§. pr.), sibi sub nomine *iuris spoli* uindicare solent episcopi & pontifices *n)*, propterea quod *ecclesiam* representent.

§. CCCCXCIII.

Honorum
separatio.

Quæ quum ita sint, non potest non institui separatio patrimonii a *peculio* *. Quodsi uero hæc fieri nequeat, iubent canones, omnia bona, quæ defunctus clericus reliquit, in 4. partes diuidi, & unam quartam dari consanguineis, tres uero *ecclesiae o)*.

* Qui tempore, quo beneficium consecutus est, nihil honorum habuit, is mortis tempore non nisi *peculium* reliquisse uidetur. c. 1. X. de *pecul. cleric.*

§. CCCCXCIV.

m) c. f. C. 12. q. 5. c. 3. tit. 53. c. 8. §. II.

X. h.

o) c. 2. X. de S. A. I.

n) ESPEN *I. Eccl.* p. II.

§. CCCCXCIV.

Iuvat hic adducere illud, (1) quod monachi & canonici regulares in nullius, (2) clerici seculares uero in cuiusque bona possint, & (3) in consanguineorum bona mobilia secundum iura domicili, in immobilia uero secundum iura loci, quo sita sunt, debeant *p*), succedere.

§. CCCCXCV.

In Germania (1) *ius spoli* (*a*) nunquam ^{Ufus in} uiguit immobilium intuitu, & (*b*) in mo- ^{Germania} bilibus hodie *q*), quibusdam tantum præ- [&] latis uel ex privilegio, uel ex inueterata consuetudine competit, ideoque (2) seculares *canonici* regulariter de quibusuis bonis quocumque modo disponere possunt; (3) *sacri equites*, si quo indultu indigeant, a magistro ordinis illud petere tenentur; (4) clerici in geradam matris succedunt.

§. CCCCXCVI.

Euangelici (1) nesciunt ius spoli, & (2) in terris clericis suis dant facultatem de peculio ^{euangeli-} non minus atque de patrimonio dispo- ^{corum,} nendi tam inter uiuos, quam mortis causa; (3) illis tantum equitibus, qui uoto paupertatis adstringuntur, negant facultatem de peculio mortis causa disponendi.

TIT.

p) STRYK de S. A. I. dist. I. c. 4, §. 3.

q) Ill. BOEHMER *Instit. Jur. Can.* p. 451.

TIT. XXXVI.

DE

TESTAMENTIS.

§. CCCCXCVII.

Testa-
menta

Quia successio uel testamentaria est, uel legitima, nequeo, quin de testamentis quædam, pauca tamen, canonibus determinata, adferam.

§. CCCCXCVIII.

a quibus,

Testamentum condere nequeunt (1) uel iudicio, uel libera uoluntate destituti, utpote furiosi r), serui s), monachi t), (2) potestate disponendi priuati, uel ob rerum qualitatem, ut episcopi de rebus mobilibus u), clerici de peculio (§. CCCCXCI.), abbas de bonis monasterii, uel in penam, ut hæretici x), usurarii y), quique cardinali cuidam intulerunt iniuriam z). Quod nouitii a) * & equites, qui nondum sunt pro-

r) c. 3. X. de S. A. I. V, 19, 160. seq.

s) c. 5. C. 13. q. 2.

z) IDEM c. l. p. 297.

t) GONZALEZ TO. III. p. 457. nr. 14. seq.

nr. 18. ANT. RICCIOL. de iure personar. extra gremium eccles. existentium lib. IV. c. 58. nr. 21.

u) ESPEN c. l. p. II. tit. 32. c. 7.

x) BARBOSA collect. To. III. p. 79. nr. 38. seq.

a) BARBOSA I. Eccl. I, 42, 212. ESPEN c. l. p. I. tit. 25. c. 4. nr. 1. seq.

y) IDEM c. l. To. IV. p. 282. nr. II. FIRHING

professi
mentum
negotium
civitate
monachi
est, in
dum
nem
quædam
Heres
(2) lecul
causa.
* Hinc
uolent
causas
dita
testatori
pralati
mentum
tates
* De
ce
quæ
b) c.
c) b.
To. II. p.

professi regulam, possint condere testamentum, quod per professionem uitari nequit, tam certum est, quam quod certissimum.

- * Si testaturus de religione non cogitauerit, & postea monasterium, quod rerum immobilium capax est, ingressus fuerit, testamentum, ex quorundam Dd. sententia, rumpitur quod ad portionem monasterio competentem. GVTIERREZ *quaestion. canon. II, I, nr. 17. seq.*

§. CCCCXCIX.

Heres scribi potest (1) clericus laicus, in quorum
(2) secularis regularis*, (3) pia aliaue fauorem,
& causa.

- * Huius nomine succedit monasterium, in quo tria uota profectus est.

§. D.

Valent testamenta praesertim ad ^{quomodo} ^{condantur?} ^{causas}, si duobus testibus praesentibus condita *b)*, aut eorum tabula manu cuiusque testatoris firmata fuerint *c)*. Quid? quod praelati, qui ex indultu pontificis testamentum faciunt, omnes omnino solemnitates superhabere possunt *d)*.

- * De uoluntate tamen testatoris ut satis constet, necesse est. Itaque non ualeat testamentum illius, qui non articulate locutus est. BARBOSA *collect. To. II, p. 97. nr. 2.*

§. DI.

b) c. II. X. h.

d) STRYK *de cant.*

c) BARBOSA *collect. testam. app. nr. 10.*

To. II, p. 213, n. 4.

§. DI.

Conditio-
rum reuo-
catio &

Testamentum quodcunque reuocari potest, si uel maxime testator de eo non reuocando iurauerit. Reuocandum autem est eodem modo, quo conditum.

§. DII.

publicato-
rum execu-
tio.

Testamentum rite publicatum *e)* sine mora executioni dandum est ab executoribus in eo nominatis. Quorum uno mortuo aut negligente*, alter procedere potest, nisi aliud uelint uerba testamenti *f)*, aut persona executoris. Religiosus enim absque speciali superioris sui licentia executoris testamentarii munus in se suscipere nequit *g)*.

- * Quodsi executor testamenti ad pias causas conditi in exequendo sit negligens, eum primum de officio monet, &, si per annum in negligentia continuet, ab eo remouet episcopus. c. 3. X. h.

§. DIII.

Iura lega-
torum.

Quod ad LEGATA attinet, inter alia, hæc disposuit pontifex: (1) ut de *re aliena* facta nulla sint *b)*; (2) ut omni meliori modo ualeant ea, quæ ad *pias causas*, licet (*a*) in testamento imperfecto, uel (*b*)
pa-

e) PIGNATELLI To. V. conf. II. nr. 27.

f) c. f. h. in 6to.

g) Clem. un. eod.

b) c. 5. X. h.

parentum in liberos, aut (c) a filiofamili-
as i) facta sint; hisque (3) non detrahatur
quarta falcidia k) &c.

§. DIV.

Porro notandum (4) quod legatum *pro*
anima adeo privilegium sit, ut in ar-
bitrium tertii queat conferri h); (5) quod
liberis gratias & legitimam & Trebellia-
nicam tribuat pontifex m).

§. DV.

In Germania (1) testamentum condere Ufus in
queunt (a) adprobata cuiusdam religionis Germania
focii, (b) alicubi homines proprii &c.; &
(2) in quibusdam, si non omnibus locis,
testamentum coram parcho & duobus
testibus conditum non ualet &c.

§. DVI.

Euangelici (1) facultatem testamentum terris
condendi non negant (a) abbatibus & ab- euangeli-
batissis, nisi hoc statutum speciale uelit, corum.
(b) militibus, qui uotum paupertatis non
præstiterunt, quales sunt Sonneburgici,
(c) clericis, (2) executionem testamenti
& legatorum ad pias causas uindicant con-
fistoriis; (3) legatum pro anima habent
superstitiosum.

Engau ius Eccles.

F f

TIT.

i) c. 4. de sepult. in 6to. SA collect. To. II. p. 214.

k) Nou. 131. c. 12.

m) c. 16. 18. X. h.

l) c. 13. X. h. BARBO.

TIT. XXXVII.
DE
CONTRACTIBVS ECCLESIAE.

§. DVII.

Ecclesiae

Ecclesiae aliaque pia corpora, quia uniuersitatem constituunt, regulariter quemuis contractum celebrare, eoque res quasdam sibi acquirere* & in alios transferre possunt.

* Acquisitioni rerum immobilium alicubi obest *lex amortizationis*, de qua supra (§. CCCXXIX.) diximus.

§. DVIII.

quando se
aliis non
obligent?

Ecclesia aliis obligata non dicitur ex contractu, quem illius nomine celebrauit administrator uel clericus, nisi seruata solemnitate sit celebratus.

MEMBR. I.

DE

M V T V O.

§. DIX.

Mutuum

Cur mutuum describam, illius diuisionem in uerum & interpretatum seu palliatum *n)* tradam, aut multis doceam, usuras iure canonico illicitas esse &c. certe non est. Hæc enim norunt omnes.

§. DX.

n) STEPHANI *Instit. I. Can. II, 14.*

§. DX.

Pecunia ecclesiastica mutua dari potest, dare & data uero non gaudet hypotheca tacita uel prioritare o). Et si eam elocauerit solus administrator, obligationem acquirere quidem potest, si uelit, non autem tenetur, ecclesia. Pecunia enim periculo administratoris elocata dicitur.

§. DXI.

Mutuum, sicuti dare, ita & accipere potest ecclesia. Quod si uero illud non solemniter acceperit, uel non acceperit per eos, a quibus representatur, creditoris est, probare, quod pecunia, quam mutua dedit, in rem ecclesie uersa fuerit p).

§. DXII.

Ecclesie, quæ are alieno sunt oppressæ, gaudent (1) priuilegio *minorum usurarum q)* & (2) *competentiæ*. Non enim omnibus bonis spoliandæ sunt, quæ seruari debent.

§. DXIII.

In Germania (1) ecclesie creditrices uersas exigere possunt tam ex pacto, quam ex

Ff 2

Quid sentiant germani, specieatim

o) KLOCK To. II. p. 416. §. 6. WIESTNER conf. 40. nr. 176. seq. III. c. l. III, 23. nr. 32. seq. BOEHMER I. E. P. III, 16, 23.

q) Auth. hoc ius porrectum C. de S. S. Eccl.

p) IDEM Inst. I. Can.

ex mora *r*), & (2) alicubi gaudent iure prælationis in concursu creditorum.

§. DXIV.

euangelici? Euangelici (1) ecclesiis creditricibus tri-
buunt ius prioritatis *s*), & (2) debitrici-
bus non nisi istorum nominum, quæ ea-
rum administratores & inspectores (*a*) con-
sentiente consistorio uel magistratu con-
traxerunt, aut (*b*) hoc inscio contracta in
rem ecclesiasticam uerterunt *t*), solutio-
nem iniungunt.

MEMBR. II.

DE

EMPTIONE VENDITIONE.

§. DXV.

Ius em-
tione. tam
minus sole-
mniter,
quam

Ecclēsia emptionem uenditionem (1) cō-
nomicam non uero negotiatoriam
celebrare potest *u*), (2) illamque ab admi-
nistratoribus, spreta solemnitate, celebra-
tam non attendit, rem a quouis possessore
uindicans, ita, ut nec reddat pretium,
nisi in suam utilitatem id fuerit uer-
sum *x*).

§. DXVI.

- r*) R. I. de A. 1654. §. 172.
s) Ill. BOEHMER L. E. P. III, 16, 29.
t) Ord. Magd. c. 49. §. 22.
- u*) c. 6. X. de cler. uel
mon. secul. negot. se im-
misc.
x) IC. 14. 16. C. de
præd. & al. reb. minor.

§. DXVI.

Ecclesia (3) in pretio laesa in integrum ^{solemniter} restituitur, & quidem intra quadrienni- ^{factæ.} um ob quamcunque, postea uero, ob illam tantum laesionem, quæ probatur esse ultra dimidium y).

MEMBR. III.

DE

RERVM PERMVTATIONE.

§. DXVII.

Res ecclesiastica cum alia eiusdem quali- ^{Rerum} tatis permutari potest ^z), neququam ^{ecclesiasti-} uero cum seculari ^{carum &} a), nisi in eam, cui causam uel necessitatis, uel utilitatis ecclesiasticæ subesse cognouit, solemniter consenserit, superior b).

§. DXVIII.

Præbendarum permutatio licet illicita ^c) præbenda- & sub pœna priuationis earum prohibi- ^{rum per-} ta ^{mutatio.} d); tamen si per modum mutuæ translationis ex iusta causa facta, a superiore corroborari potest ^e).

F f 3

MEMBR.

y) c. 3. 6. X. h.

b) c. 1. X. h.

z) c. 6. X. h.

c) c. 5. X. h.

a) c. 5. X. de reb. eccl.

d) c. 7. X. h.

alien. WIESTNER h. nr. 16.

e) c. c. 5. WIESTNER h. nr. 22. seq.

MEMBR. IV.

DE

P R E C A R I I S.

§. DXIX.

Precaria-
rum

Quando ecclesia redditus quorundam bonorum ecclesiasticorum cuidam precanti ad dies uitæ præstat, *precarias* concedere dicitur.

§. DXX.

datarum

Sunt uel *datae*, uel *oblatae*, prout ex patrimonio ecclesiæ præstantur, aut in bonis ecclesiæ donatis reseruatae sunt.

§. DXXI.

leges.

Illæ laicis indigentibus ex probabili causâ & solemniter *f*) obueniunt, sub his plerumque legibus: ut singulis lustris petatur renouatio, soluatur laudemium, præstetur census, actus in scripturam redigatur *g*) &c.

§. DXXII.

Precariae
oblatae.

Precariae oblatae gaudent natura beneficii ecclesiastici, illisque iuribus, quæ offerens & ecclesia constitutionis tempore determinarunt.

§. DXXIII.

Ufus ho-
diernus.

Quod precariæ in Germania naturam
usus-

f) c. 2. X. h. ENGEL
Colleg. I. Can. h. n. 4.

g) c. 72. C. 12. q. 2.

usufructus germanici induerint, docuimus alibi *b)*, iam monentes, usum precariarum hodie inter pontificios rariorem, inter protestantes uero nullum esse.

MEMBR. V.

DE
FEVDIS ECCLESIASTICIS.

§. DXXIV.

Feudum, quod alibi descripsimus *i)*, mox Feudum dat mox accipit ecclesia. Quod ex eccles. patrimonio antiquitus ecclesiastico datur, *ecclesiasticum*, atque a curiis episcoporum & abbatum baculis *Krumstabs, Bedstabs, Lehn, Lehn von krummen Stabe*, feudum *camboçæ* &c. dicitur.

§. DXXV.

De quo hæc notanda :

- I. Rei concessæ qualitas feudum facit ecclesiasticum.
- II. Feudorum concessioni subest alienatio.

§. DXXVI.

Ex primo (§. pr. 1.) sequitur, ut feudum quodnam ecclesiasticum proprie non sit illud, quod ^{fit &} prælatus dedit (1) ex bonis, quibus gaudet patrimonialibus, aut (2) ex prouinciis secularibus ecclesiæ, cui præest, iunctis.

Ff 4

§. DXXVII.

b) Elem. I. Germ. II, 138. *i)* IBIDEM c. l. 84. seq.

§. DXXVII.

quomodo
constitua-
tur?

Ad secundum (§. DXXV.) notes, (1) quod prælatus sine consensu capituli feudum ecclesiasticum constituere, constitutum, si ad ecclesiam reuersum fuerit, conferre, illiusue expectatiuam dare nequeat *k*). Quæ licet ita sint, tamen potest (*a*) feudum, antea solemniter collatum, integrum reddere, si uel maxime de non infeudando iurauerit *l*); (*b*) in feudum dare rem infeudari solitam, si qua ad ecclesiam reuerſa sit &c. *m*).

§. DXXVIII.

Feuda ecclesiis data sæpe dicuntur ecclesiastica, quum tamen ab obiecto ple-
rumque sint secularia.

§. DXXIX.

Ecclesia, dum feuda dat, *pro domino*, dum ea accipit, *pro uasallo* indiget. Utriusque uices sustinet illius rector.

§. DXXX.

Ufus in
Germania.

In Germania feuda ecclesiastica (1) ple-
raque, si in decimis constituta exceperis,
sunt oblata, proptereaque feminea *n*). *
Unde

k) Ill. BOEHMER 26, 30.

l) *Instit. I. Can. p. 28 § 3.*

l) c. 5. X. de donat. ibi-
que VIVIANVS p. 112.

m) V. C. Fleischer
Einleit. zum geistl. R. II,

n) Ill. BOEHMER

Consult. To. I. p. II. dec.

72. nr. 8. Fleischer c. l. §.

15. seq.

Unde paroemia: Krumstab schleußt niemand aus *o*). (2) ad ecclesiam reuerſa menſæ prælati incorporari nequeunt; (3) quæ eccleſiis dantur, in maiora Scepter = Lehn *p*) & minora diuiduntur; (4) omnium inueſtitura peti debet intra annum a die electionis aut poſtulationis admiſſæ computandum *q*).

* Non tamen omnia. Ea enim, quæ tempore diffidationum nobilibus data aut poſt euidam ſub clauſula: Zu rechten Mann = Lehn collata ſunt, habentur *propria*.

MEMBR. VI.

DE

RELIQVIS CONTRACTIBVS

§. DXXXI.

Ecclēſia neque res neque perſonas ſuas, Commo-
 quas alicui commodatas dedit, reuo- *datum*.
 care poteſt prius quam uſus finitus eſt *r*).
 Pallium plane non *s*), & res ſacræ aucto-
 ritate demum ſuperioris, commodari
 queunt.

§. DXXXII.

Ex deposito clericis dato non obligatur *Depoſi-*
 eccleſia, niſi intuitu pecuniæ, in illius rem *tum*.
 uerſæ. Clericus rem apud ſe depoſitam
 reſtituere tenetur ſub pœna carceris *t*).

Ff § §.DXXXIII.

o) THVMMEEMVTH
 tr. Krumstab schleußt
 niemand aus.

p) Ill. BVBER d. de
 feudis ſceptri.

q) I. P. art. V. §. 21.

r) c. f. X. de commod.

s) c. 2. X. de uſu & au-

ctor. pall.

t) c. 1. X. de depof.

§. DXXXIII.

Locatio.

Non quidem ecclesiæ, attamen illarum res immobiles mobilesque pretiosæ, quæ seruando seruari possunt, locari queunt *u)*, dummodo (*a*) in locatione ultra triennium, & (*b*) in locatione prædiorum dotalium, unde successor in officio obligandus est, adhibeantur solemnitates in alienationibus adhiberi solitæ *x*). Quibus iisdem indiget datio ad firmam.

§. DXXXIV.

Contr. uillicationis.

Si quæ res antiquitus *iure uillicationis* aut in *emphyteusim* * concedi solitæ, aut aliæ sub solemnitate ecclesiastica datæ fuerint, ualet contractus in scripturam relatus *y*).

* Emphyteuta, qui per triennium non soluit canonem, priuatur emphyteusi, non tamen ipso iure. III. BOEHMER *Instit. I. Can. p. 424.*

§. DXXXV.

Fideiussio.

Fideiussio clerici non obligat ecclesiam *z*), nisi (*a*) in huius utilitatem *a*), aut (*b*) seruatis iis solemnitatibus, quas præscribunt canones, facta fuerit. Obligatur tamen clericus fideiubens *b*), si quasdam causas exceperis *c*).

LIB. III.

u) Clem. 1. *de reb. eccles. alien.*

x) WIESTNER *Instit. Can. III, 18, 7. seq.*

y) STRUBE *de iure uillicor.*

z) c. 2. X. *de solut.*

a) c. 4. X. *de fidei.*

b) c. 2. 3. eod. WIESTNER c. l. III, 22, 11. seq.

c) Nou. 123. c. 6.



LIB. III.
SISTENS
IVS CRIMINALE ECCLESIA-
STICVM.

TIT. I.

DE
DELICTIS ECCLESIASTICIS
IN GENERE.

§. I.

Quæcunque legi ecclesiasticæ pœnam Quæ de
 minitanti contrariantur, *delicta eccle-* delictis
siastica dicuntur esse. eccl.

§. II.

Diuiduntur (1) in delicta *commissionis* cuiuscun-
 & *omissionis*, (2) in *propria* & *communis*, que gene-
 hæcque iterum (3) in *mere ecclesiastica* & *ris*
secularia, seu *mixti fori*, prouti sunt con-
 tra primam aut secundam decalogi tabu-
 lam.

§. III.

De quibus omnibus notandum, (1) quod sint no-
 factis, dictis & cogitationibus (2) cum a tanda?
 singulis hominibus tum ab ecclesiis com-
 mitti, & (3) mandato, consilio, auxilio
 &c. participari queant; (4) quod, quæ
 commissa patent, puniantur ex officio;
 (5) quod delicti ecclesiastici reus non sit
 appro-

approbans ea, quæ quidem impediunt uitam æternam consequendam, nulla tamen lege sunt notata.

§. IV.

Ufus inter
euangeli-
cos,

Euangelici (1) habent quidem delicta ecclesiastica eaque uarii generis, (2) nulla tamen cogitationibus committi, aut (3) in foro pœnitentia coerceri posse statuunt.

TIT. II.

DE

SIMONIA.

§. V.

Simoniam
quæ est

Simoniam * est profana æstimatio rerum spiritualium, actuumue sacrorum.

* Quod nomen deriuatur ab illo Simone, qui potestatem apostolorum miraculosam, quam habebat magicam, uolebat pretio comparare sibi. c. pen. C. 24. q. 3. Patres enim, quibus manuum impositio episcopalis eadem uidebatur esse ac apostolica, statuebant, eiusdem facinoris cum Simone Mago reum esse, qui munus sacrum oblata pecunia peteret. V. C. PERTSCH tr. de crim. simon. sect. II. c. 2. §. 25. seq.

§. VI.

in delictis
ecclesiasticis

Simoniam est in delictis ecclesiasticis. Hinc (1) factis, dictis & cogitationibus committitur (§. III, 1.), atque (2) in *realem, conuentionalem & mentalem*, quacum fere con-

conuenit simonia *confidentiae a)*, diuiditur; (3) a iudice ecclesiastico (4) censura quadam coercetur.

§. VII.

Thesaurus criminum esse *b)*, atque hæ-^{atrociori-}resin *c)*, infidelitatem, sacrilegiumque con-^{bis,}tinere *d)* dicitur.

§. VIII.

Committitur (1) ubi *res spirituales* aut ^{uarie}*spiritualibus annexæ e)* cum rebus temporalibus commutantur, aut obiectum pignoris uel executionis constituuntur; (2) ubi *actus sacri* intuitu pecuniæ peraguntur *f)*; (3) ubi *munus sacrum* aut *religionem g)* quaris re quadam temporali æstimationem recipiente *h)*; neuiquam uero (4) ubi cum *bonis ecclesiasticis simpliciter talibus* temporales commutantur *i)*, aut (5) parochi, qui *actum* quendam *ministerialem* * peregit, honorarii quid offertur *k)*.

- * Dantur actus, qui, quia mox sacri mox ministeriales sunt habiti, modo admiserunt, modo respuerunt, honorarium. Id quod in baptismo uidere licet.

§. IX.

a) V. C. PERTSCH
de crimine simonie sect. I. c. 6.

b) c. 16. C. I. q. I. c. 6.

X. h.

c) MOREAV tr. *de la*
simonie c. 23.

d) IDEM c. tr. c. 2.

e) V. C. PERTSCH c.
tr. sect. II. c. 5.

f) c. 106. C. I. q. I. c. I.

C. I. q. 2. V. C. PERTSCH

c. tr. sect. I. c. 3.

g) c. 8. 19. 25. 30. 40. 41.

X. h.

h) PERTSCH c. I. c. 7.

i) IDEM c. tr. sect. II.

c. 4.

k) IDEM c. I. c. 3.

§. IX.

a quolibet
committi-
tur.

Conditio, status, sexus &c. neminem a simonia liberant. Num uero *pontifex* rem spiritualement æstimans sit simoniacus? Itali, Galli *l*) & Germani *m*) inter se disputant, atque de eodem disputatum est in Conc. Constantiensi.

§. X.

Simoniz
fata &c

Simoniz fata sunt uaria. Ea enim mox extensa, mox pallio intentionis innocentis, laudabilis consuetudinis *n*), pietatis, honorarii *o*), auctoritatis publicæ &c. tecta est, pro diuersa utilitate cleri. Id quod uidere licet (*a*) in annatis *p*) & inuestitura episcoporum per annulum & baculum, quæ olim ad imperatorem pertinerunt; (*b*) in alienatione decimarum ad laicos; (*c*) in elocandis iuribus stolæ; (*d*) in exigendo censu pro licentia docendi *q*); (*e*) in thesi *πυξ καὶ λαξ* propugnata: quod pecunia sponte & sine pacto, aut ex pacto quidem, publice tamen inito, pro re quadam spirituali data, non inducat labem simoniacam &c.

§. XI.

l) LAVNOIVS de uenerand. eccles. tradit. circa simoniam.

m) IAEGERVVS de simonia curie Ro.

n) c. 42. X. h.

o) c. 36. X. h.

p) SARPVS tr. des benefices §. 38. PE. de MARCA de C. S. & I. VI, 12.

q) c. 1. 2. 3. X. de magist.

§. XI.

Simoniacus accepta restituere *r*) & pœ-pœna.
nam soluere tenetur. Hæc, quia qualitati
criminis respondere debet, uariat. Est enim
mox excommunicatio, mox depositio,
mox alia *s*). Patronus simoniace bene-
ficio conferens excidit iure patronatus.

§. XII.

Non omnium euangelicorum eadem est Sententia
sententia. Ius enim canonico - pontifici-
um sequuntur alii, alii reiiciunt. Hi (1)
ordinatoribus & sacra administrantibus
non inuident honoraria; (2) sub nundina-
tionē munerum ecclesiasticorum, non si-
moniam, sed ambitum latere *t*), huncque
unius generis esse statuunt; (3) principem,
qui manus aliquod sacrum intuitu pretii
contulit, simoniam uel ambitum commi-
sisse negant; (4) emtionem uenditionem
canonicatum habent licitam; (5) bonis
ecclesiasticis *u*) & illis rebus, quas canones
uocant spiritualibus annexas, pretium sine
uitio statui posse putant. Illud denique
notandum, quod alicubi a candidatis mi-
nisterii ecclesiastici exigatur *iusiurandum*,
quod uocant, *simoniæ x*).

TIT.

- r*) WUESTNER *Instit.* tr. sect. II. c. 2. §. 25. seq.
Can. h. art. VIII. *u*) LINCK *comment. in*
s) V. C. Gleischer *Einw.* X. V, 3, 15.
leit. zum geistl. R. II, 28, 7. *x*) SAHME d. de iura-
seq. PERTSCH c. tr. *mento simoniæ a candida-*
sect. I. c. 8. *tis ministerii in consistoriis*
t) V. C. PERTSCH c. *regni Prussie præstando.*

TIT. III.

DE

INFIDELITATE.

§. XIII.

Infidelitatem, specieciatim

Infidelitas, quia veri cultus diuini fundamentum destruit, in criminibus est ecclesiasticis, facitque, ut fidelis sit in rep. ecclesiastica peregrinus, in ciuili uero fidelium seruus, atque sublestæ fidei. Abit in iudaismum & paganismum.

MEMBR. I.

DE

IUDAISMO.

§. XIV.

iudaismum sequentes,

Iudaismus est error hominum non nisi legem mosaicam seruantium.

§. XV.

licet ab ecclesia separatis

Iudaismo dediti in republica ecclesiastica peregrini dicuntur esse. Hinc (1) neque legibus ecclesiasticis tenentur y), neque (2) subsunt ecclesiastico iudici; (3) ad decimas personales, licet reales z), solendas non obligantur; (4) honore sepulture ecclesiasticæ priuantur a) &c.

§. XVI.

tamen in ciuitate tolerantur

In republica ciuili tolerari queunt, & ubi

y) c. 8. X. diuort.

I. Can. p. 142.

z) Ill. BOEHMER I.

a) PIGNATELLI

paroch. sect. III. c. 2. §. 16.

To. IV. consul. 192.

STRVV. introd. ad prax.

nr. 38.

ubi tolerantur (1) gaudent quidem religionis exercitio, & libertate synagogam ueterem reparandi *b*), non tamen (2) plures una exstruendi *c*), multo minus (3) aliquid in contemptum Christi aut christianorum faciendi. Hinc in Christum blasphemias fundere *d*), diebus christianorum festis aliquid laboris publice suscipere *d*), die parasceues fenestras aperire *f*), per hebdomadam sanctam in publicum prodire *g*) &c. nequeunt.

§. XVII.

Iidem porro (4) subsunt legibus, præsertim statutis moribusque istius loci, quo commorantur, si negotia matrimonialia & cultum diuinum concernentia exceperis *b*).

§. XVIII.

Habentur *christianorum serui i*). Hinc Sunt serui (1) domini uocari *k*), (2) ad dignitates *l*) & collegia opificum adspirare, (3) aduocati, procuratores & notarii fieri nequeunt; (4) censum soluere debent *m*). Præterea (5) habentur incapaces successionis
Engau ius Eccles. G g in

b) c. 7. X. *Iudæis*.

c) c. 3. 7. X. eod. Clem.

uod. *Bullarium M. To.* I. p. 825.

d) BOEHMER *I. E. P.*

h. tit. §. 33.

e) *Bullarium M. To. I.*

p. 825. §. 5.

f) c. 4. X. h.

g) c. 15. X. h.

b) III. BOEHMER c.

I. IV, 19, 44.

i) c. 21. X. h.

k) *Bullar. c. l. p. 821. §. II.*

l) III. BOEHMER c.

I. V, 6, 71. seq.

m) MASCOV *de censu iudaico.*

in bona fidelium *n*), & (6) digni, qui quavis contumelia adficerentur *o*).

§. XIX.

sublestæ-
que fidei
homines.

Iudæi, quia fide nulla esse videntur canonibus (§. XIII.), (1) accusatores *p*) & (2) testes *q*) agere, item (3) iusiurandum suppletorium præstare nequeunt in causis christianos concernentibus, nisi ab eorum parte sit probatio semiplena maior *r*). En simul causam, cur christianis non liceat cum iis (4) amice conuersari *s*), (5) in eadem domo habitare *ss*), (6) iisdem balneis uti, multominus (7) eorum medicina, alioque auxilio uti, nisi summa necessitas hoc exigit.

§. XX.

Sententia
euangeli-
corum.

Euangelici, qui fidem iuridicam a theologica differre, hancque argumentis non armis propagari posse (Prol. §. III.), probe cognoscunt, (1) iudæos non bello sed amica conuersatione ad christum ducunt; (2) in eorum, quos tolerant, sacra ius uindictant principi; (3) iudæis quandoque dant licentiam iuxta ius mosaicum uiuendi *u*), & (4) fruendi beneficiis iuris communis; (5) eos-

n) c. 5. X. de heret.

o) III. BOEHMER c.

I. §. 2. seq.

p) c. II. C. 3. q. 5.

q) c. I. X. de heret.

r) WERNHER To. I.

p. III. obs. 176. n. 2.

s) c. 8. X. h.

ss) c. 13. C. 28. q. I.

t) III. BOEHMER c.

I. §. 37. seq.

u) IDEM c. tr. IV, 19,

44. c. 9. X. h. 10. 12. C. h.

eosdem alicubi ad gradus academicos admittunt x), nec (6) priuant omni fide; (7) eos caute tolerant.

§. XXI.

Ius recipiendi Iudæos & a receptis censum y) petendi, quod olim soli imperatori competeat, hodie uindicatur cuique principi z). Hinc iure non amplius dicuntur der Kayserl. Maj. Cammer = Knechte. (2) In Iudæos nihil fere iuris superest electori Moguntino a), & mareschallo imperii hereditario b). (3) Recepti nonnisi usuras LL. imperialibus aut prouincialibus determinatas exigere possunt, atque (4) leges receptioni positas seruare tenentur.

Usus in Germania,

MEMBR. II.

D E

P A G A N I S M O

§. XXII.

Paganismus (§. XIII.) est secta negans ueritatem scripturæ sacræ & mysteriorum ibi relatorum.

In paganismum

§. XXIII.

De Saracenis, reliquisque paganis* idem quid iuris dicentur statuant Pontificii &

G g 2

x) VALENTINI *op. coll. i. p. 552. Scriptores ad med. legal. p. I, sect. 4. §. 4. A. B. c. 9.*

y) MASCOW *d. de censu iudaico. a) Ius Alemann. c. 136. ed. SCHILTER.*

z) KIZEL *de regali habendor. Iudæor. MACO- b) III. de LVDEWIG To. II. lib. 2. conf. 31. n. 28. LYS To. III. dier. canicul.*

dicendum est, atque de Iudæis diximus, speciatim ** (1) quod constitutionibus ecclesiasticis non subiiciant; (2) quod in statu seruili esse, (3) leuisque notæ macula laborare uideantur; (4) quod in eos omnia liceant; (5) quod illis aliqua militaris artis instrumenta deferre, aut (6) aliam amicitiam exhibere sit prohibitum &c.

* Ita dicuntur, quia post Constantini tempora eorum sacra in urbibus euerfa nonnisi in pagis relinquebantur.

** Quæ omnia statuerunt christiani eum in finem, ut calamitates & iniurias, sibi antea a gentilibus illatas, uindicarent.

§. XXIV.

euangelici.

Aliter sentiunt euangelici. Nam (1) arma in infideles qua tales corripere, (2) semel receptos pro lubitu expellere, aut (3) contumeliis prosequi &c. habent religioni christiana iustitiæque contrarium.

TIT. IV.

DE

H A E R E S I.

§. XXV.

Hæresis,
quia

Hæresis est uoluntarius error, quem christianus pertinaciter defendit contra fidem, quam habet catholicam.

§. XXVI.

in delictis
est,

Est in criminibus ecclesiasticis. Hinc
(1) sola

(1) sola *cogitatione* peragitur (§. III, 1.), (2) a *iudice ecclesiastico* cognoscitur puniturque, utque (3) nemo in eam incideret, cauendum est.

§. XXVII.

Qua dere nolunt canones, ut laici (1) *præcaueri, scripturam sacram* legant, (2) de *fide* disputent c), (3) *hæreticorum libros* d), in *indicem prohibitorum* relatos, euoluant.

§. XXVIII.

Iubent porro, ut (4) *quilibet ciuium hæreticos* e), quid? quod de *hæresi suspectos*, reuelet *denuntietque*, (5) princeps uero armata manu *persequatur* f), & (6) *episcopi* g), quibus *inquisitores adiunguntur*, in eos inquirant sedulo.

- * Hi, ubi (a) se *canonice purgare nolunt*, aut (b) in *excommunicatione infordeſcunt*, aut (c) uel uere uel fictè sunt relapsi &c. *hæreticis æquiparantur*. DANDINVS *de suspectis de hæresi*, non tamen *pœna ordinaria adſciuntur*. c. 14. X. de præf.

§. XXIX.

Præterea in odium hæreticorum (1) *iure prohibita* fiunt licita, (2) *ſoluuntur* cuiusuis generis *uincula*, (3) *quæuis fere iuris beneficia ac priuilegia* pro non concessis habentur, (4) *libera uoluntas* in necessita-

G g 3

c) c. 2. h. in 6to WIESTNER c. l. h. art. 3.

d) 6. 8. §. 5. C. h. WIESTNER c. l. art. 2.

e) LIMBORCH *hist. inquis.* IV, 3.

f) c. 9. 13. X. h.

g) c. 13. §. *adiicimus* X. h.

cessitatem abit, (5) actus ualidi rescinduntur, & qui nulli sunt, declarantur ualidi b), immo (6) quicquid libet, licet i).

§. XXX.

præiudicium
processit

Sic quoque in odium hæreticorum (1) accusatores testesque inhabiles admittit k), (2) admissorumque nomina reo non significat, quid? quod (3) tumultuarie & neglecto iuris ordine l) ubique procedit inquisitor.

§. XXXI.

puniri debet.

In hæreticos hæc pœnæ statutz sunt: ut (1) eorum bona *fisco addicantur m)*, & (2) corpora *rogo imponantur n)*; (3) ut mortui, si in cœmeterio sepulti fuerint, *exburnentur &c. o)*.

§. XXXII.

Sententia
euangelicorum.

Euangelici (1) errorem *in fide*, delictis iisque *confiscatione bonorum & supplicio p)*, quodam uindicandis uix annumerant, statuentes, quod in fide errantes patienter tolerari debeant, dum (a) hæresin diffeminent,

b) ROYAS de *singul. fauor. fid.*

i) V. C. PERTSCH *Elem. I. Can. p. II. §. 301. seq. Ill. BOEHMER Instir. I. Can. p. 634. seq.*

k) Ill. BOEHMER I. E. P. To. IV. p. 976. seq.

l) c. 5. h. in *6to.*

m) c. 10. 13. X. h. c. 8. 14. 19. eod. in *6to.*

n) Diss. CARPZOV *pr. crimin. p. I. q. 44.*

o) WIESTNER c. I. art. 5. 6.

p) Ill. BOEHMER c. I. h. §. 183. seq.

ment. (1) de
blasphem

Puro
ratione h
omi per
par r).

In Germ
ormata &
ri nequit.
is uel ill
bus, colle
antur, u
& religi
protectio
ulli prop
quilitati

Quib
ligionis
rantiz.
dicand
ex pact
qui ex
untur i
lerans

q) i.
arbitria
r) II
V. 7. 18

nent, (b) seditionem excitent q), aut (c) blasphemiam euadant.

§. XXXIII.

Porro (2) ex huius illiusue dogmatis reiectione hæresin colligere dubitant; (3) omni pertinaciæ malitiam subesse negant r).

§. XXXIV.

In Germania religioni euangelicæ, re-^{Ufus in}formatae & pontificiæ, nota hæreseos inu-^{Germania.}ri nequit. Tantum itaque abest, ut huius uel illius focii infames atque honoribus, collegiis opificum &c. indigni habeantur, ut potius omnimoda conscientiae & religionis libertate, pace publica s), protectione Cæsaris t) &c. fruantur, nec ulli propter religionem subiici possint inquisitioni (Prol. §. LXI. seq.).

§. XXXV.

Quibus uero iuribus huius uel illius religionis focii hinc inde gaudeant, ex tolerantia, quæ illis contingit, qualitate diiudicandum erit. Qui enim ex I. P. W. aut ex pacto tolerantur, omnibus omnino, & qui ex gratia tolerantur, illis tantum fruantur iuribus, quæ superior ex gratia tolerans concedere uoluit potuitque.

G g 4

§. XXXVI.

q) LASSENI arcanæ
arbeitsf. polit.

s) I. P. art. V. §. 35.

r) Ill. BOEHMER c. l.
V, 7, 18. seq.

t) MULDENER d. de
protect. imper. eccl. utrius-
que relig. debita.

§. XXXVI.

Hæretificium.

Qui in eo sunt, ut suæ confessionis socios apud alios reddant de hæresi suspectos, patrant *hæretificium*. Hoc crimen uerum est *u)*, pacemque turbans publicam. Hinc sua pœna luendum.

TIT. V.

DE

SCHISMATE.

§. XXXVII.

Schisma est

Schisma est communionis ecclesiasticæ dissolutio.

§. XXXVIII.

uel particulare

Iam quum communio tangit uel unius ecclesiæ membra, uel plures ecclesias quales: schisma in *internum* & *externum* diuiditur *x)*, hocque iterum uel *uniuersale* uel *particulare* dicitur esse, prout unio cum sede Ro. rumpitur, aut subsistit salua.

§. XXXIX.

uel uniuersale.

Schisma uniuersale (1) illo demum tempore natum est, quo pontifex se principem episcoporum & dominum religionis agere cœpit; (2) hæresi carere nequit; (3) non committitur, dum quis pontificis potesta-

u) RECHENBERG de crimine *hæretificii*. III. h. §. 227. BOEHMER I.E.P. h. §. 227.

x) III. BOEHMER c. I. h. §. 2. seq.

potestatem in temporalibus negat, uel illius mandatum superhabet *y*).

§. XL.

Schismatici (1) *extra ecclesiam* sunt positi, sicque (2) gratia Sp. S. priuati *z*), (3) non gaudent ullo potestatis sacræ exercitio *a*), proptereaque (4) ordinationes clericorum aut collationes beneficiorum ab illis citra specialem dispensationem factæ, nullæ sunt & irritæ *b*).

§. XLI.

Præterea (5) habentur rebelles, paganis- & pœnz. que deteriores *c*), qua de re (6) summo studio deuitandi *d*); (7) priuantur officiis & beneficiis, quæ adhuc possederunt *e*), & (8) inhabiles diiudicantur ad noua acquirenda *f*); (9) subsunt iisdem fere pœnis *g*), quibus hæreticos subesse diximus.

§. XLII.

Euangelici ecclesiam remp. esse negantes, negant schisma, præsertim uniuersale, in delictis esse. Eorum aliqui schismatici.

G g 5

ticos

- | | |
|---|--|
| <i>y</i>) KOENIG <i>princ.</i> I. <i>Can.</i> V. 8, 5. | <i>d</i>) c. 67. C. I. q. 1. |
| <i>z</i>) c. 31. C. 24. q. 1. c. 1. X. h. | <i>e</i>) LEVRENIUS <i>for. benef.</i> To. I. p. 301. |
| <i>a</i>) PIGNATELLI To. VIII. <i>conf.</i> 84. n. 5. | <i>f</i>) BARBOSA c. l. p. 85. nr. 4. |
| <i>b</i>) c. 2. X. h. | <i>g</i>) c. 32. C. 24. q. 1. PHOEBEI <i>Instit.</i> I. <i>Can.</i> |
| <i>c</i>) BARBOSA <i>collect.</i> To. V. p. 338. n. 1. | IV, 6, 17. |

ticos habent eos, qui in rebus indifferen-
tibus errant, nec communiter agunt cum
ecclesia b).

TIT. VI.

DE

APOSTASIA.

§. XLIII.

Apostasia est temeraria desertio status ec-
clesiastici, quem quis suscepit sole-
mniter.

§. XLIV.

cuiuscum-
que

Et, quum status alius sit christianorum,
alius clericorum, alius monachorum: a-
postasia uel *perfidie* * uel *irregularitatis*,
uel *inobedientiae* dicitur esse i).

* Desertores fidei olim in *sacrificatos*, *thurificatos* &
libellarios diuidebantur. NIEMANN & FRICK
de libellaticis.

§. XLV.

reus

Delictum deficit (1) in eo, qui statum,
quem deserit, non est consecutus solemniter,
aut (2) quem solemniter suscepit, uel,
ut euitaret quid periculi, dissimulat, uel
deserit superiore consentiente.

§. XLVI.

b) V. C. FLOERCK ad SCHILTERVM p. 50. i) THOMASIVS ad LANCELL. p. 1961. seq.

§. XLVI.

Apostasia *perfidie* ut hæresis *k)*, *inobedi-* puniendus
entia uero excommunicatione, atque *irre-* est.
gularitatis excommunicatione, infamia, &
amissione priuilegii canonis punitur *l)*.

§. XLVII.

Euangelici, (1) cum, qui sacra mutat, Sententia
non habent criminofum, nec folliciti sunt euangeli-
de pœnis, quibus is fit adficiendus; (2) corum.
desertionem ordinis seu status clericalis
uenditant impunem; (3) *apostasiam studio-*
rum merito inter anilia figmenta referunt,
(4) *apostasiam inobedientie* nesciunt.

TIT. VII.

DE

DELICTIS SANGVINIS.

§. XLVIII.

Ad secularia, siue contra secundam de- In seculari-
calogi tabulam commissa, crimina per- bus sunt *l.*
tinent *l. delicta sanguinis* seu homicidia cu- homicidia,
iuscunquę generis. Tantum abest, ut hæc speciatim
iure diuino capitalia habuerint patres, ut
potius (*a*) pro homicidis ad mortem con-
demnatis intercefferint *m)*, atque (*b*) leges
criminales, quæ non capitalem pœnam *n)*,
&

k) c. 1. X. h.

aud. 16. C. Th. de pœn.

l) WIESTNER c. 1.
V, 9.

n) c. 16. C. 17. q. 4. c.
2. X. de pœnit.

m) c. 6. C. de episcop.

& ecclesiasticas, quæ laicis pœnitentiam*, clericis uero irregularitatem** o) tantum dicant, probauerint.

* Hæc uariat pro uarietate circumstantiarum, sub quibus cædes commissa est, speciatim pro uaria uulneris grauitate, armorumque qualitate.

** Cessat irregularitas, ubi clericus cædem commisit casu fortuito, c. 9. 13. 14. X. de homic. WIESTNER c. l. art. 6. nr. 67. seq. aut lege permittente, c. 3. X. eod. u. c. ut uitam conferuaret suam, c. 18. X. eod.

§. XLIX.

1. assassi-
nium.

Christiani, qui *assassinium* commiserunt, (1) priuantur communione ecclesiastica, proptereaque (2) omnibus iuribus, quibus antea ui status sui in ecclesia gauisi sunt; (3) in asylo uix sunt tuti q).

§. L.

2. infantis
cædes uel

Huc porro pertinet *cædes infantis iam nati*. Hæc olim non ubique capitalis fuit r). Volunt canones, ut mater, quæ infantem suum suffocauit, uel 3. a. s) uel in perpetuum t) pœnitentiam ageret, pro ut culpa cecidit aut dolo.

§. LI.

o) WIESTNER *Inst.* art. 10.
Can. V., 12. art. 5. nr. 51. sq. r) c. 1. 2. X. de *bis qui*
 p) c. 18. X. de *homicid.* fl.
 c. f. eod. in *bro.* s) c. 3. X. eod.
 q) WIESTNER c. l. t) c. 1. X. eod.

§. LI.

Infans expositus uel *uiuus*, uel *mortuus* 3. expositio
deprehenditur. *Illum* pater, aut, si de eo
non constet, resp. alere tenetur*; *hic* ue-
ro facit, ut, qui eum exposuit, puniatur
uel ut simplicis homicidii, uel ut parrici-
dii reus, prout hoc uolunt circumstan-
tia.

* Expositus ante ecclesiam, ab hac, & in subsidium
a parochianis alendus est. ENGEL Colleg. I.
Can. h. nr. 3.

§. LII.

Abactio partus u), speciatim iam forma- 4. abactio
ti & animati *x*), habetur homicidium, mo- partus
do simplex, modo qualificatum.

§. LIII.

Denique huc referuntur ea, quæ homi- 5. torneam-
cidii ansam præbere possunt, utpote *tor-*
neamenta, bella & duella. In torneamentis
qui perierunt, licet antea pœnitentiam
egerint, sacramque cœnam perceperint *y*),
tamen sepultura priuantur ecclesiastica *z*);
qui uero uultus letale dedit, excommuni-
catur, habeturque homicida.

§. LIV.

Qui *duellum* init aut suscipit, ubi cleri- 6. duella
CUS

u) c. 7. C. 32. q. 2.

x) c. 8. 9. eod.

y) BARBOSA collect.

To. I. p. 113. nr. 7.

z) c. 1. X. de torneam.

cus est, deponitur a), & si mortem aut uulnus cuidam attulerit, habetur irregularis b), si laicus, redditur infamis, illiusque bona fisco addicuntur. Cæsus in pugna, quisquis sit, sepultura priuatur ecclesiastica.

§. LV.

7. bella.

Ut ne in bello arma nociua u. c. balistæ, sagittæ &c. adhibeantur, prohibuit pontifex, ast frustraneo ausu c).

§. LVI.

Ufus in
Germania.

In Germania (1) homicidia non semper fuerunt capitalia; (2) inspectio cadaueris armorumque & (3) diuisio partus abacti in animatum & inanimatum probatur d); (4) prohibitio torneamentorum nullibi, (5) duellorum uero ubique fere recepta est e).

TIT. VIII.

DE

DELICTIS CARNIS.

§. LVII.

II. delicta
carnis spe-
ciatim

I. stuprum.

Stuprator stupratam ducere & dotare tenetur f). Quodsi uero in matrimonio

a) c. I. X. de clericis I. E. P. V, 15.
pugnant.

b) WIESTNER c. I. V,
14, 12.

c) Ill. BOEHMER

d) C. C. C. art. 133.

e) Elem. I. Crim. lib. I.
§. 320. seq.

f) c. I. X. de auct.

nium consentire nolit supratæ pater, sufficit dotatio. Sin suprador supratam ducere nolit, castigatus in monasterium traditur g).

§. LVIII.

Stuprum sacræ uirgini illatum, *sacrilegium carnale* dicitur. Illius reus, ubi laicus est, excommunicatur, sin clericus, deponitur; pater pœnitentiarius uero ab officio depositus per XII. a. in monasterio pœnitentiam, subire tenetur.

§. LIX.

Adulterii reus est, qui fidem coniugalem uiolat b). In adulterio persistens excommunicatur i), & adultera a marito repudiata monasterio includitur ad subeundum perpetuam pœnitentiam k). Innocenti coniugi actio quidem ad diuortium (lib. II. §. CCVIII, 1.) l), non autem uindicta priuata datur m).

§. LX.

Laicus in *incestu* perseuerans, donec satisfecerit, excommunicatur n), & si coniugatus incestum commiserit, duplici iure priuatur o).

§. LXI.

- | | |
|--------------------------|-----------------------|
| g) c. 2. X. eod. | l) ENGEL c. l. IV, |
| b) GONZALEZ 18, II. seq. | m) c. 8. C. 33. q. 2. |
| TELLEZ To. IV. p. 79. | n) c. 9. C. 35. q. 2. |
| i) c. 6. X. de adult. | o) WIESTNER c. I, |
| k) c. 19. X. de conu. | V, 16, 65. |

coniug.

§. LXI.

5. raptus

Raptor honestæ feminæ, ubi clericus est, deponitur, si laicus, excommunicatur *q*), fit infamis *r*), raptamque dotare tenetur *s*). Cui si satisfacere nequeat, illius seruus redditur *t*).

* Ducat eam, uel non; perinde est. Quando uero locus sit matrimonio inter raptorem raptamque, docet THOMASIVS ad LANCELOT. p. 2081. seq.

§. LXII.

6. sodomia

Sodomie reus, ubi clericus est, deponitur, & in monasterium detruditur; si laicus, excommunicatur.

§. LXIII.

7. concubinat^{us}

Concubinatus est consuetudo clerici cum aliqua femina, aut alius cum femina uilioris conditionis citra copulam sacerdotalem inita. Clericus concubinatus reus ab officio beneficioque suspenditur *u*).

§. LXIV.

Ufus in
Germaniâ.

Germani (1) idem illud habent adulterium, quod canones *x*); (2) stupratoribus imponunt pœnitentiam, simulque (3) in-

q) c. 1. C. 36. q. 1.

r) SANNIG *Schol. canon. V.*, 17. c. 1. §. 5. ENGEL *coll. I. Can. V.*, 16, 36.

s) STREIN *summa I. Can. p. V. diff. 89. n. 1.*

t) BARBOSA *collect.*

To. V. p. 412. n. 2.

u) c. 3. 4. 6. X. *de cohabit. cleric.*

x) C. C. C. art. 120. sq.

iungunt, ut puellæ stupratæ satisfaciant y).
Quæ satisfactio *dos* uulgo dicitur.

TIT. IX.

DE

F V R T I S.

§. LXV.

Furtum mox quemuis illegitimum ali- III. Furtum
quid acquirendi modum, mox con-
tractationem rei alienæ mobilis inuito do-
mino animo lucrandi factam innuit.

§. LXVI.

Furti reus (1) ubi laicus, infamis, sin cle-
ricus, irregularis fit, proptereaque ad sa-
cros ordines non promouendus * ; (2) in
furando occisus z), aut ablatum non resti-
tuens a)**, neque precibus fidelium, neque
sepultura ecclesiastica, fruitur.

* Quodsi uero reus furti occulti confessus laico pari-
ter atque ecclesiæ satisfecerit, ad sacros ordines
promoueri potest. c. f. X. h.

** Si ante damni resarcitionem mortui fuerint, eo-
rum heredes tenentur, in quantum sufficient
hereditaria bona. c. 5. X. eod.

§. LXVII.

Sacrilegium in sensû generaliori cuiusuis z. sacrile-
Engau ius eccles. Hh *rei gium*

y) Ill. BOEHMER
I. E. P. IV, 16, 6.

a) c. 2, 3, 5. X. de ra-
prior.

z) c. 2. X. de furs.

rei aut personæ sacræ uiolationem *b)*, in specialiori autem deprædationem rerum sacrarum uel furtum in ecclesia patratum denotat. Itaque committitur, dum (1) res sacra ex loco sacro, aut (2) profano, uel (3) res profana ex loco sacro aufertur *c)*.

§. LXVIII.

3. rapina

Rapina, quæ in simplicem & qualificatam solet diuidi, sine ui nunquam committitur.

§. LXIX.

4. usurarum exactio.

Furto accedere & cum religione christiana pugnare dicitur *usurarum* exactio, propterea quod ei subsit detestabile genus auaritiæ. Hinc delictis annumeratur. Præterea ad instar spoliū esse uidetur. Quæ de re creditori non licet sortem repetere, nisi usuras restituerit.

§. LXX.

Cuius pena

Usurarius (1) usuras, quas exegit, restituere debet *d)*, alias priuatur sepultura ecclesiastica *e)*; (2) ubi clericus est, deponitur *f)*, si *laicus*, excommunicatur; (3) ualidum testamentum condere nequit *g)*.

§. LXXI.

b) Ill. BOEHMER *Inst. I. Can. p. 657.*

c) c. 21. C. 17. q. 4.

d) c. 18. X. *de usur.*

e) c. 3. X. eod. ESPEN

I. Eccl. p. II. tit. 38. c. 6. n. 25.

f) c. 1. X. eod.

g) c. 2. eod. in 6to.

§. LXXI.

Quæ tamen pœnæ non irrogantur ei (1) quando qui petit id *quod interest*; (2) qui *annuos cesset?* *reditus reales** iusto & in pecunia numerata consistente pretio coemit *b*).

* *Personales* displicent canonibus.

§. LXXII.

Fauore digni sunt *montes pietatis i*). Ita Quid mon-
dicuntur nummi a ditioribus eum in fi- tes pietatis?
nem collati, ut pauperibus mutuum gra-
tuitum inde daretur sub idoneo pignore.

§. LXXIII.

Germani (1) tres agnoscunt *sacrilegii* ^{Ufus in} *Germania.*
species k); (2) antiquitus *usuras* & *anti-*
chreses tolerarunt, immo legibus publicis
probarunt, statuentes, usuras, iustas tamen,
deberi (*a*) ex mora *l*), (*b*) ex conuentio-
ne *m*); (3) *annuos redditus* usuris compa-
rant, & (4) *personales* quoque admit-
tunt *n*); (5) ignorant *montes pietatis*; (6)
crimen *usurarie prauitatis* seculare ha-
bent &c.

Hh 2

Tir.

b) Ill. BOEHMER *Inst.*
I. Can. p. 667. seq.

l) *R. I.* de A. 1600,
§. 152.

i) COLBRAND &
GOECKEL *d. de montibus*
pietatis.

m) *R. I.* de A. 1654.
§. 174.

k) C. C. C. art. 171. sq.

n) *R. I.* de A. 1548.

TIT. X.

DE

F A L S I S.

§. LXXIV.

IV. Falsum. **C**riminis *falsi* rei sunt: (1) qui apocrypha pro ueris in fraudem religionis uenditarunt *o*); (2) falsa diplomata conderunt, ut aliena acquirerent aut iniuste quaesita defenderent; (3) qui bullis apostolicis aliquid adscripserunt *p*), (4) sigillumue falsum apposuerunt *q*); (5) qui falsas literas scienter praesentarunt, ut obtinerent officium beneficiumque *r*).

§. LXXV.

2. alchymia. Ad falsarios referuntur *alchymistae s*). Hi infames habentur, & aurum uel argentum tanti ponderis, quanti fuit alchymicum, pauperibus soluere tenentur *t*). Praeterea, si clerici sint, priuantur beneficiis, & ad alia consequenda redduntur inhabiles.

§. LXXVI.

3. fortilegium

Falsum porro subest *fortilegio**, quod in *haereticale* & *non haereticale* diuiditur. *Illud*, in quo multa finguntur u. c. pactum, iti-

o) c. 3. D. 15. c. 1. D 16. h. t. §. 20.

p) c. 5. X. h.

q) c. 3. X. h.

r) c. 2. 4. 7. X. h.

s) WIESTNER c. l.

t) Extrau. un. de crim.

falsi. PIGNATEL-

LI To. IX. consult. 2.

nr. 71. seq.

itidem carnalis commixtio cum diabolo, solemnis dei abnegatio &c. pœna ignis uel alia atrox manet; *buius* uero reus, ubi laicus est, uerberibus castigatus carceri includitur in perpetuum *u*), aut communione priuatur ecclesiastica, si clericus, deponitur.

- * Tam consultatoria, quam diuinatoria fors illicita est. WIESTNER c. l. V, 21, 9. Sit ea desumpta ex quibus signis uelit. KOENIG *princ. iur. can.* V, 21, p. 133. §. 2.

§. LXXVII.

Exorcismi ab ecclesia definiti adprobatae huc non pertinent. Illis adscribitur potestas ligamina magica soluendi, spectra fugandi & diabolum, ægrotos sanandi *x*) &c.

§. LXXVIII.

Tam circa lites, quam circa beneficia ^{4.} collusio. *collusio* committitur, & quidem hæc, dum id agitur, aut eum in finem lis excitatur, ut censiticum hereditariumue fieret, aut annua pensione oneretur beneficium.

H h 3

TIT.

u) c. 10. C. 26. q. 5. BOEHMER I. E. P. h.
x) c. 4. C. 33. q. 1. Ill. §. 16. seq.

Tit. XI.

DE
DELICTIS CLERICORVM
PROPRIIS.

§. LXXIX.

Clericus
uenator

Cum clamore *uenari* non licet clericis *γ*). Qui hoc faciunt episcopi & presbyteri ad tempus priuantur communione, diaconi & subdiaconi ab officio suspenduntur, reliqui uero clerici arbitrarie puniuntur *z*).

§. LXXX.

percussor

Porro *percussione*, quæ uel modum excedit uel sine causa fit, clericis interdicitur canones *a*), idque sub pœna depositionis *b*) uel alia *c*). Quæ tamen pœna non manet (*a*) clericos præceptores, qui discipulos inobedientes, aut (*b*) sacerdotes seniores, qui zelo deuotionis ducti pueros in minoribus ordinibus constitutos, propterea quod sacra turbauerint &c. percusserunt leuiter *d*).

§. LXXXI.

maledicus

Clericus *iniuriam uerbalem* alicui inferre

γ) Clem. I. §. porro. *b*) c. 2. C. I. q. 7. c. I. X. de stat. monach. WIEST. de cler. percuss.
NER c. I. V, 24, 5. *c*) c. 2. X. eod.
z) IDEM c. I. §. 4. *d*) c. 19. D. I. De pœnit.
a) c. I. D. 45.

re nequit sub pœna deprecationis e), & suspensionis temporariæ f). Qui uero in deum sanctosue blasphemus est, ad id, ut pœnitentiam grauissimam agat, adstringitur.

§. LXXXII.

In delinquentibus etiam sunt (4) qui excommunicatione maiori ligati, depositi, interdicti, actus ordinis exercuerunt g). Hi contrahunt irregularitatem h), priuanturque beneficiis. (5) qui istius ordinis, quem non susceperunt, actus peragunt. Hi, pro rerum circumstantiis, fiunt irregulares, ab exercitio ordinis proxime suscepti suspenduntur, immo communione priuantur ecclesiastica i). (6) qui per saltum, aut (6)furtiue impetrarunt ordines. Hi non nisi præuia dispensatione ministrare queunt. Quodsi ea spreta administrauerint, fiunt irregulares.

§. LXXXIII.

Denique in numero delinquentium sunt qui ex-
(8) clerici, qui limites sibi præscriptos ne-
cessit. *exceduntque.* Excessus fere infinitos esse, a delictis differre, ac raro tranquillitati reip. uel ecclesiæ aduersari, res ipsa loquitur. Excedunt autem I. *praelati,*

H h 4 dum

e) c. 1. X. de maled. comm.

f) WIESTNER c. 1. h) c. 3. 46. X. eod.

V, 26, 9.

i) c. 1. X. de cler. non

g) c. 2. X. de cler. ex- ordin.

dum (a) ciues censuris uexant, (b) eorumque iura & immunitates tollunt minuuntque, aut (c) ecclesias interdicto subiiciunt; (d) indignis beneficia occulte conferunt k) &c. II. *prælati episcopis inferiores*, dum (a) ecclesias propria auctoritate uniunt, (b) ius indulgentias concedendi, & (c) causas matrimoniales cognoscendi sibi uindicant l) &c. III. *archidiaconi*, dum (a) procuraciones augent, (b) ab episcopo dependere nolunt, (c) ex pœnitentiis quæstum faciunt &c. IV. *clerici*, dum (a) hæreses fingunt temere, fictisque innocentes onerant, (b) nullum modum in elencho seruant, (c) continentés esse definunt m) &c.

§. LXXXIV.

Usus in
Germania.

In Germania (1) episcopi & prælati *ban-no regio*, sicque iure uenandi gaudent priuatiue; (2) *promotio per saltum* haud est infrequens, nec impedit, quo minus actus ordinis queant exerceri.

§. LXXXV.

Sententia
euangelicorum.

Euangelici clericis interdicit (1) *uena-tione*, non propterea quod delictum constituat, sed quod pugnet cum sacri muneris

k) III. BOEHMER
Instiz. Iur. Canon. p. 687.
WIESTNER c. I, V,
31, 1.

l) WIESTNER c. I.
nr. 2.
m) III. BOEHMER
c. I, p. 688.

ris ratione morumque grauitate; (2) *percussione & maledictis*, quum deceant neminem. Quod clericus, cui administratio-
ne sacrorum interdixit princeps illiusue
consistorium, ubi citra casum necessita-
tis administrauit, puniri queat, tam cer-
tum est, quam quod certissimum. De de-
licto & pœnis furtiuae aut per saltum factae
promotionis nihil plane differunt.

§. LXXXVI.

Idem delictis clericorum propriis an-
numerant (1) *papatum*, (2) *imperium in*
conscientias, (3) *exemptionem cleri ab impe-*
rio ciuili, (4) *haeretificium n)* &c.

TIT. XII.

DE

POENIS ECCLESIASTICIS
IN GENERE.

§. LXXXVII.

Pœna est malum, quo irrogato aliquem Pœna, quæ
a peccatis reuocare contendunt ca-
nones.

§. LXXXVIII.

Prout ea emendationem tantum pecca- i. in spiri-
toris intendit, aut simul uindictam tualem &
in *spiritualem* seu medicinalem, it. censu- uindicati-
ram,

Hh 5

ram, & uindicatiuam o), quæ etiam pœna ecclesiastica in specie dicitur, solet diuidi.

§. LXXXIX.

Vindicatiua subdividitur in *capitalem* & *non capitalem*, quæ posterior iterum abitur in *pecuniariam*, *corporalem* & *famosam*, sicque comprehendit confiscationem bonorum, priuationem feudorum & priuilegiorum, pœnam carceris tam perpetui, quam temporarii p), carenam, flagellationem, exilium extra diœcesin, irregularitatem &c.

§. XC.

2. in definitam & arbitrariam,

Pœna porro diuiditur in *definitam* & *arbitrariam*. Illa neque extendi, neque mitigari q), multominus remitti r) potest, nisi ex causa canonibus probata. In hac determinanda considerari debent causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, euentus.

§. XCI.

3. propriam & communem diuiditur,

Denique pœnæ sunt uel clericorum *proprie*, uel omnium *communes*. Ad illas pertinent suspensio, depositio, degradatio; ad *has* uero excommunicatio, pœnitentia

o) W I E S T N E R c. l. cum & sine carena.
V, 37. art. 2. seq. q) c. 3. X. h.

p) G A E R T N E R I d. r) c. 3. X. de offic. orde
de incarceratione clericorum din.

tentia publica, interdictum, deprecatio, denegatio sepulturae ecclesiasticae &c.

§. XCII.

De pœnis sequentia notanda erunt:

I. Pœna delictum sequitur.

II. Pœnam inferre iurisdictionis est.

§. XCIII.

Ex primo (§. pr. 1.) sequitur (1) ut pœna infligi nequeat ei, qui a delicto liber est; (2) ut tot pœnae cuique irrogandae sint, quot delicta committere nullus dubitavit; (3) ut pœna delicti auctorem* maneat, & (4) cuiusque delicto respondere, sicque (5) crescentibus delictis crescere debeat; (6) ut quidam non possint non cogitationum pœnam luere.

* Quandoque tamen ciues ob regis, & liberi ob parentum delicta puniuntur,

§. XCIV.

Ex secundo (§. XCII, 1.) constabit de causa, (1) cur presbyter nullam, (2) episcopus* uero, huiusque nomine uicarius generalis quamuis pœnam sumere possit.

* Num & in quantum hic pœnam tollere, in statu locum aliam surrogare possit? ex supra dictis constabit facile.

§. XCV.

Euangelici (1) tot pœnas ecclesiasticas non euangelicorum.

non numerant. Nesciunt enim interd-
ctum, irregularitatem, suoque modo ex-
communicationem, & clericorum degra-
dationem; (2) nulli pœnæ *spiritualitatem*,
aut (3) *effectus civiles* tribuunt; (4) neque
cogitationes malas, neque (5) delicta paren-
tum in personis liberorum puniunt; (6) ius
pœnam ecclesiasticam irrogandi uindicant
principi, huiusque consistorio, neutiquam
uero (7) *superintendenti* (lib. I. §. LXXII.).

TIT. XIII.

DE

POENITENTIA PVBLICA.

§. XCVI.

Pœnitentia
publica

Pœnitentia publica est censura (§. LXXXVIII.) communis (§. XCI.) ob scandalum ecclesiæ datum imponi solita.

§. XCVII.

iure im-
posita

Unde sequitur (1) ut eam imponere ne-
queant diaconus, presbyter, patronus, im-
mo quotquot sunt, quibus nulla competit
iurisdictio ecclesiastica (§. XCIV.); (2)
ut furiosi, aliique, qui ex delicto non ob-
ligantur, pœnitentiæ publicæ plane non
(§. XCIII, 1.), & (3) reliqui tunc demum
subiici queant, si apostasiam, hæresin, blas-
phemiam, magiam, periurium, delictum
aliquod carnis non capitale &c. commise-
rint *t*) publice.

§. XCVIII.

t) MULLER d. de pœnitent. publ. c. 4.

§. XCVIII.

Sic quoque inde sequitur (4) ut pœnitentia, quæ delictorum qualitati respondere debet (§. XCIII, 4.), sit arbitraria *u*), nec immerito diuidatur in *solemnem* uel *minus solemnem*, & (5) utraque, tam gratis quam pro pretio, ab * episcopo (§. XCIV. *), non autem alio, remitti queat.

* Archidiaconi olim inde quæstum fecerunt, quod postea improbauit *Concil. Trident.* sess. XXV. de reform. c. 3.

§. XCIX.

Is, quem adhuc pœnitet delicti, cuius nullam ueniam impetrauit (§. LXXXVIII.), (1) priuatus est communionem ecclesiasticam, nec (2) ad sacram cœnam percipiendam admittitur, nisi in articulo mortis constitutus; (3) ad sacros ordines adspirare, & (4) matrimonium celebrare nequit. Quid? quod (5) a militia excluditur, nec (6) ullum christianorum accusare potest.

§. C.

Pœnitentia publica, quam hinc inde peccatoribus publicis iniungunt euangelici, absoluitur *deprecatione*, publice sub uariis ritibus *x*) præstari solita. Pro pecunia sæpe remittitur *y*). Absque præcitu

u) c. 7. X. h.

pr. Conf. lib. III. def. 83.

x) MULLER c. d. c. 5.

y) CARPZOV c. l. def.

p. 117. CARPZOV. *Iuris-*

86. 88.

consistorii eam neque in natura neque per surrogatum imponere, multo minus de nouo introducere α), aut introductam solemniorē reddere potest superintendens (lib. I. §. XLIX, 7). Hinc causa est, cur, si pastor ad patroni monitum alicui penitentiam publicam iniunxerit, uterque puniatur.

TIT. XIV.

DE

EXCOMMUNICATIONE.

§. CI.

Excommu-
nicatio

Excommunicatio* est censura (§. LXXXVIII.) communis (§. XCI.), christiani statum, & ab hoc dependentia iura, adimens.

* Hanc nullibi præcepit Christus, nec illius sententiam unquam pronuntiauit aut ferri iussit apostolus. V. C. PERTSCH tr. vom R. des Kirchen-Bannes, c. 2. §. 6. seq. Primi christiani ea modo a Iudæis probato usi sunt, priuam libere, post ut fœderis initi. QVNSTED *antig. bibl.* p. 943. Hinc excommunicatum non priuarunt aliquo statu uel iuribus in republica.

§. CII.

maior

Quæ post Innocentii III. tempora in *maiolem* & *minorem** caput diuidi. *Ill*a omni fidelium consortio, *hæc* participatio-
ne sacramentorum priuare uidetur.

* Cur tertiam speciem cum M. ANTON. de DOMINIS *de rep. eccl.* V, 9, II. 12. fingere uelis, certe non est.

§. CIII.

α) IDEM c. I. def. 84. seq. 87.

§. CIII.

Unde axiomata:

- I. Excommunicationis sententiam pronuntiare, est iurisdictionis ecclesiasticæ.
- II. Excommunicari nequeunt nisi rei ecclesiastici aut mixti criminis.

§. CIV.

Ex primo (§. pr. I.) sequitur (1) ut neque princeps, neque patronus, neque laicorum alius, sed (2) *episcopus*, qui non est suspensus aut excommunicatus *a*), excommunicare possit, & quidem (3) *ciues* suos *b*) cuiuscunque ordinis, non (4) alienos, nisi in sua *diocesi* deliquerint *c*). En causam (5) cur *pontifex* reges & principes *d*), (6) *abbatissa* uero neminem, ne quidem monialem, excommunicare possit *e*); (7) cur *infideles*, (8) *mortui*, (9) *bestiæ**, (10) *resque inanimatæ* communione ecclesiastica priuari nequeant.

* Hæ tamen sæpe solemniter excommunicate sunt. STRAYCH *disp. exoter.* p. 152. THOMASIVS ad LANCELL. p. 2187. seq. Quid earum defensores plerumque urserint, cognoscere potes ex libello, quo mores defendit RORARIUS. Siftit eum III. ESTOR in kleinen Schrifften p. I. p. 785.

§. CV.

a) DARTIS ad GRATIANI *decretum* p. 239. b.
 b) c. 1. seq. C. 6. q. 3. c.
 21, X. h.
 c) c. 4. C. 6. q. 3.

d) V. C. PERTSCH c. tr. c. IV. VII.
 e) c. 12. X. de maior. & obed. c. 3. X. de offic. ind. ordin.

§. CV.

quibus & Ad secundum (§. CIII, 2.) notes, excommunicari posse (1) simoniacos (§. XI.), (2) schismaticos (§. XLI.), (3) apostatas (§. XLVI.), (4) laicosque, qui in torneamenti ceciderunt (§. LIII.), (5) assassinium (§. XLIX.), carnale sacrilegium (§. LVIII.), adulterium (§. LIX.), incestum (§. LX.), raptum (§. LXI.), sodomiam (§. LXII.), furtum (§. LXVI.), rapinam (§. LXVIII.), usurariam prauitatem (§. LXIX.), sortilegium (§. LXXVI.) commiserunt, aut rei facti sunt hæreseos, periurii, aliorumque delictorum grauium f).

§. CVI.

Quorum criminum si quem reum, aut rei socium (§. III, 3.) g), cognouerit, illum, non uero illius liberos, ex ecclesia eiicere potest episcopus (§. XCIII, 3.).

§. CVII.

quomodo imponatur? Eiicit, dum ex scripto b) recitat sententiam, mox puram mox conditionatam*. Et quia recitatio modo fit solemniter modo minus solemniter: excommunicatio in
solem-

f) V. C. PERTSCH lib. I. c. 13. nr. 9. seq.
c. tr. c. VI. §. 3. seq. *Bullarium M. To. VI. p. 341. seq.*
To. VIII. p. 7. seq. To. IX. p. 110. seq. 119. seq. 150. seq.
GVTIERREZ *quest. can.*
g) DARTIS *decret.* p. 239. a.
b) BARBOSA *collect.* To. VI. p. 229. 1. seq.

solemnem & minus solemnem diuiditur. Utraque rite publicari debet *i*), ut unusquisque sciret, quis sit excommunicatus, quemque fugere debeat**.

* Sæpe hæc adiicitur conditio: *si intra hoc uel illud tempus non satisfeceris*. GVTIERREZ *quæst. can. lib. I. c. 4. nr. 20.*

** Qui cum excommunicatis scienter & ex libera uoluntate conuersatur, eorum habetur socius. Contra, qui cum eo conuersatur coactus & ex legis præcepto, c. 103. C. II. q. 3. aut ex ignorantia c. 102. ead. aut ut illum reduceret in ecclesiam, c. 54. X. h. omnino excusandus est. WIESTNER c. l. art. IV. nr. 67. seq. PHOEBVS *Inst. Jur. Can. IV, 15, 9.*

§. CVIII.

Ab hac excommunicatione, quæ iure inferenda dicitur, differt ipso *canone* illata. Hanc incurrunt I. quotquot clericis, licet consentientibus aut mortuis, summa cum iniuria manus intulerunt. Itaque ab ea immunes sunt (1) qui clericum uerbis tantum iniuriosis lacerarunt, aut (2) percutere attentarunt; aut (3) percusserunt quidem, ad suam tamen suorumque defensionem *k*). II. quotquot uiolantur *immunitatem ecclesiasticam l*), III. horumque complices.

Excommunicatio canonis.

§. CIX.

Excommunicatio *minor*, quam quilibet *Engau ius eccles.* li pa-noris &

i) V. C. PERTSCH *TVS Inst. IV, 13, 3. seq. c. tr. c. V. §. 16. ibique THOMASIVS.*

k) WIESTNER c. l. *l*) c. 49. X. h. V, 39. art. 5. LANCELLO-

parochus suis parochianis iniungere potest, (3) priuat sacramentorum usu, ut scilicet ea ligatus confirmationis, pœnitentiæ, eucharistiæ, ordinis &c. sacramenta sine iusta necessitate suscipiens peccet grauiter *m*); (2) impedit, quo minus excommunicatus munus ecclesiasticum, sacramenti cuiusdam receptionem exigens, consequatur *n*).

§. CX.

maioris
effectus.

Præterea excommunicatio *maior* (4) a deo separat, & (5) impedit, quo minus ea ligatus ciuilia munera subeat, aut sacra peragat, proptereaque præbendam percipiat *o*), quotidianasque distributiones; (6) priuat suffragiis ecclesiæ, & (7) sepultura ecclesiastica; (8) reddit quem inhabilem ad exercendam iurisdictionem ecclesiasticam *p*), (11) ad uotum ferendum in capitulo, (12) ad rescripta pontificis impetranda *q*), si exceperis ea, quæ in ipsa excommunicationis uel etiam appellationis causa petita sunt *r*).

§. CXI.

m) c. f. de cler. excomm. ministr.

n) WIESTNER c.l. art. 4. nr. 58. seq.

o) BARBOSA collect. To. I. p. 702. n. 6. seq.

p) V. C. PERTSCH c. tr. c. 8. WIESTNER

c. l. art. III. PHOEBEI Inst. I. Can. IV, 15, 6. seq.

q) GONZALEZ To. I. p. 137. n. 6. seq.

r) c. l. de rescr. in 6to VIVIANVS var. iur. pont. p. 32.

§. CXI.

Qui per annum in excommunicatione fuit, sicque, ut loquuntur, *insorduit*, (1) habetur hæreticus, & (2) brachio sæculari traditur s). En causam, cur potestatem (3) reges insordescentes regno priuandi, & (4) eorum ciues ab homagio liberandi &c. sibi sumserint pontifices; (5) cur ciues insordescentes infames, (6) ab omnibus collegiis, ecclesiasticis & ciuilibus, excludendos, (7) feudis priuandos &c. pronuntiauerint episcopi.

§. CXII.

Cessat excommunicatio (1) dum illius Excommu-
sententiam uel expresse uel tacite * *retra-*nicatio-
Et is, qui eam tulit, huiusue superior. nem admi-
nunt

* Ut si excommunicatum ad *osculum* admisserit, qui 1) *retra-*
illum ligauit. Excommunicatus uero quem *sa-*ctatio &
lutaui pontifex, absolutus non uidetur. BAR-
BOSA collect. To. III. p. 322. nr. 3.

§. CXIII.

Cessat porro (2) dum excommunicatus 2) *absolu-*
satisfecit, aut de parendo & satisfaciendo tio, quæ
cauit t), proptereaque *absolutus* est. Ab-
soluere debet, qui ligauit * u), & quidem
(a) mox solemniter mox minus solemniter,
li 2 ter,

s) WIESTNER c. l. V, 39, 162. seq.
art. III. §. 46. III. BOEH-
MER I. E. P. h. §. 52.

u) GONZALEZ To.
I. p. 770. nr. 12. seq.

z) PIRHING ad X,

ter, prout facta est excommunicatio, semper tamen (b) ita, ut nihil pretio tribuat (x), uel gratia y).

* In casibus tamen, in quibus absolutionem sibi reseruauit pontifex, episcopus absoluere nequit, nisi excommunicatus in periculo mortis constitutus sit.

§. CXIV.

quando-
que fit ad
cautelam.

Ad cautelam, ut dicunt, absoluuntur (1) mandatum de prouidendo impetrans, & (2) excommunicationis iustitiam uel solemniam impugnaturus, dummodo hic cauerit de obedientia mandatis ecclesie præstanda z).

§. CXV.

Sententia
euangeli-
corum.

Euangelici (1) excommunicationem maiorem in pœnis ciuilibus habent, proptereaque (2) a ministris ecclesie cuidam inferri posse negant a); (3) *minorem* uero alicubi retinuerunt, hac tamen lege, ut (4) absque consensu consistorii non imponatur b), nec (5) imposita ciuiles producat effectus.

§. CXVI.

Epicrisis.

Equidem putarem, principis esse (1) *minori* excommunicationi abrogare, præfertim quum pœna ciuilis sit, peccatores non

x) c. 24. X. de simon.

y) c. 88. C. II. q. 3.

z) BARBOSA collect.

To. III. p. 329. nr. I. seq.

TOURNET de absolutione

ad cautelam.

a) art. Smalcald. p. III.

c. 9. A. C. tit. 18.

b) LINCK tr. de iure
episc. c. XIII. n. 41. seq.

non meliores sed cautius acturos reddens *c*), & ad nostra tempora non quadrans *d*); (2) iubere, excommunicatum in cœmeterio sepeliri; (3) prohibere, ut ne excommunicentur, qui in uerba cleri iurare, statuto tempore confiteri &c. dubitant *e*).

§. CXVII.

Episcopi pontificii, qui A. 1624 in possessione uel quasi iurisdictionis ecclesiasticæ in euangelicos exercendæ fuerunt, in exigendis retribus, censibus, decimis, & pensionibus, possunt ad excommunicationem procedere, si tertia facta sit denuntiatio *f*).

Dispositio
paciſ
Gueſtphal.

TIT. XV.

DE

INTERDICTIS.

§. CXVIII.

Interdictum * est excommunicatio plures, & quidem innocentes pariter atque nocentes, feriens.

De interdico

* Clerici laicos, & quidem reges cum ciuibus, uenturi, iam sec. VI. a diuinis cessare cœperunt. Hoc ansam dedit interdicto, in concilio Lemoicensi A. 1034. h. ad id probato, ut impeditur, quo minus christiani bellum inter se gererent. Postea clerus interdictio ferire capit

Ii 3

c) SPENER piis desider. p. 254.

c. 2. th. 7.

d) de S. GERMANIS de abusu brachii secularis

e) V. C. PERTSCH

c. tr. c. XIII.

f) I. P. W. art. V. §. 48.

pit ad unum omnes ciues ob delicta principum.
Vid. V. C. PERTSCH C. II. C. X.

§. CXIX.

quod uari-
riat,

Diuiditur (1) in interdictum *canonis & iudicis*, hocque iterum (2) in *personale, locale & mixtum g*; (3) in *generale & speciale b*).

§. CXX.

notanda.

De interdicto nota: (1) quod ob grauem tantum culpam feratur (2) a pontifice, episcopis praelatisque religionum; (3) quod sententia interdicti respuat appellationem *i*), sitque (4) strictissimæ interpretationis; (5) quod tempore interdicti baptismus, confirmatio, & penitentia sacramentum, si hoc petat moriens, administrantur, & (6) chrisma die cœnæ benedicatur, ualide *k*); (7) quod ad cautelam relaxari nequeat *l*); (8) quod clericus interdictum uiolans fiat irregularis, nec (9) ad dignitates ecclesiasticas eligi aut postulari possit; (10) quod quibusdam ecclesiis, ordinibus, episcopis, capellisque regiis competat ab interdicto immunitas *m*).

§. CXXI.

Ufus hodie.

Ufus interdicti hodie inter pontificios rariffi-

g) SANNIG *schola canon. V, 39. c. 5.*

b) PHOEBEI *Inst. I. Can. IV, 17, 4.*

i) c. 37. X. *de appell. c. 20. de sentent. excomm. in 6to.*

k) c. 19. *de sentent. excomm. in 6to.*

l) c. 10. *cod.*

m) III. BOEHMER *I. E. P. V, 39, 68.*

rarissimus, inter euangelicos plane nullus n).

TIT. XVI.

DE

POENIS CLERICORVM
PROPRIIS.

§. CXXII.

Pœnæ clericorum propriæ sunt; *suspensio & remotio*, quæ posterior in *depositionem & degradationem* subdiuiditur. Quæ pœnæ omnes (1) clericis cuiuscunque dignitatis & ordinis o) (2) a iudice competente p) (3) uel decernendo * uel declarando statui possunt, (4) statutæque strictissime explicantur q).

In pœnis clericorum propriis sunt

* Quoties certam pœnam non determinarunt canones, arbitratur iudex, attendens delictum illiusque qualitatem, præsertim scandalum inde ecclesiæ datum.

§. CXXIII.

Suspensio (§. pr.) est censure clericum i. *suspensio* impediens, quo minus officium suum exequatur, percipiatque beneficium.

Ii 4

§. CXXIV.

n) LINCKII tr. de offic. c. 2.
iur. episc. c. XIII. n. 54. p. 368. p) c. 8. 101 de iud. c. II. de priu.

o) ZIEGLER ad q. c. 4. de sent. excomm. in oro.
LANCELL. IV, 15, 6. STRYK d. de suspens. ab

§. CXXIV.

De qua hæc notanda erunt: (1) quod fit uel *canonis* uel *iudicis r*), (2) fiatque (a) uel *in totum* uel *pro parte*, (b) uel *ad certum tempus* uel *in perpetuum*, (c) uel *definite* uel *indefinite*, semper tamen ex iusta causa fieri debeat s); (3) quod suspensus ab officio & beneficio simul appellando id quandoque efficere possit, ut reditus percipiat, licet munere fungi nequeat; (4) quod nonnisi ter monitus ob contumaciam suspendi possit t); (5) quod ob delictum decreta infamiam irroget u); (6) quod clericus suspensus officia diuina peragens contrahat irregularitatem x); (7) quod ad tempus facta, hoc præterlapso, censetur reuocata y).

§. CXXV.

2. depositio *Depositio* est ademptio muneris ecclesiastici, saluo statu clericali.

§. CXXVI.

Itaque (1) non adimit *privilegia fori* & *canonis z*), atque (2) facit, ut depositus ualide

r) LANCELLOTVS
Inst. IV, 15, 1. seq.

s) STRYK c. d. c. III.
§. 16. seq. 71. seq.

t) c. 48. X. h.

u) STRYK c. d. c. 4.
§. 44. seq.

x) c. I. 18. de sentent. ex-
commun. in 6to.

y) c. 4. X. de offic. iud.
del.

z) WIESTNER Inst.

Can. V, 37, 73.

ualide quidem, illicite tamen, actus ministeriales peragat *a*).

§. CXXVII.

Degradatio est ademptio muneris & status clericalis simul. 3. degradatio.

§. CXXVIII.

De hac uelim notes, quod (1) adimat quæuis priuilegia clericalia, degradatumque curia seculari subiiciat *b*); (2) quod ei locus detur (*a*) ob hæresin, (*b*) falsum in literis apostolicis commissum, (*c*) calumniam grauem proprio episcopo illatam; (3) quod fiat solemniter *c*), eaque omnia, quæ in ordinatione facta sunt, iterum fiant, ordine tamen retrogrado *d*).

§. CXXIX.

Euangelici (1) quod ad *suspensionem* eadem cum pontificiis sentiunt; (2) priuilegia clericalia *depositione* adimi, alibi adfirmant, alibi negant; (3) *degradationis* solemnitates alibi nullas, alibi quasdam, non tamen omnes in canonibus determinatas, seruant *e*). Ufus inter euangelicos.

Ii 5

LIB. IV.

a) c. 10. D. 50.

b) c. 2. de pen. in 6to.

c) Conc. Toloz. IV. c. 27.

d) ZIEGLER de episc.

III, 32. §. 5.

e) STRVV introd. ad

pr. I. Can. p. II. cap. 96. p.

386. KRAVSI d. de iure

degradationis canonice, eius-

que usu in terris protestan-

tium.



LIB. IV.

TIT. I.

DE

IURISDICTIONE ECCLE-
SIASTICA

§. I.

Cause, quæ religionem, conscientiam, ecclesiam clericosue tangunt, audiunt ecclesiastica. Quarum indicem sistunt III. BOEHMER *a*), SCHRADER *b*), WEBER *c*), alii-que.

§. II.

Iurisdictio
ecclesiastica

Has cognoscendi & diiudicandi potestas dicitur iurisdictio ecclesiastica.

* Hæc phrasis quandoque omne ius in sacra denotat.

§. III.

spiritualis
esse dicitur.

Quæ, quum spiritualis esse uideatur, (1) ab omni commercio eximitur, & (2) sine simoniaca labe pretio æstimari, (3) uendi, aut (4) locari (lib. III. §. VIII.), quid? quod (5) in laicum cuiuscunque ordinis ullo titulo transferri nequit *d*).

§. IV.

Propria

Diuiditur in propriam & delegatam, qua-

a) I. E. P. II, 2, 4. seq.

b) tr. de causis fori ec-
clesiastici.

c) de iure & ratione con-
sistoriorum c. 27. p. 324. seq.

d) D. 96, 97.

quarum illa uel ex lege datur uel ex priuilegio.

§. V.

Ex lege* ea competit (1) *pontifici* in uel ex lege omnibus omnino regionibus, quibus pontificia religio exercetur (Prol. §. XXXI.); (2) *episcoporum* cuilibet in sua dicecesi (lib. I. §. XLII, 5.), & (3) sede uacante, *capitulo* (lib. I. §. CCXXIII, 4.), nec non (4) *archidiaconis* in causis leuioribus (lib. I. §. CLXXIII. seq.).

* Olim confederatæ quidem disciplinae conuentoribus, præuia causæ cognitione, pœna, tamen (a) ex ipsa confederationis natura fluens, exclusio scilicet, (b) a tota ecclesia iniuncta est. Postea uero audientiam exercere, immo iudiciariam potestatem in causis ciuilibus affectare ceperunt episcopi. Quam potestatem quum succedente tempore non frangerent, sed confirmarent principes: factum est, ut clerus, qui ab omni potestate exemptus sibi uidebatur esse, causas laicorum ciuiles sub uario colore sibi iudicaret, V. C. BAUDIS *de fundamentis causar. eccles.* §. 31. utque prælati iudicia constituerent.

§. VI.

Ex priuilegio data (1) strictissime sumenda est (Prol. §. CIII.); (2) uariat, prout illius causæ auctorumque uoluntates uariant (ib. §. CIV.), sicque (a) modo *personalis* est modo *realis*, (b) modo *limitata* modo *illimitata* &c.; (3) iisdem modis amittitur, quibus priuilegia amitti diximus (ib. §. CV.)

§. VII.

§. VII.

Quia iurisdictio, de qua loquimur, ex lege competit ecclesiasticis tantum principibus (§. V.), facile est ad cognoscendum, cur eam exercere nequeat ille, quem princeps secularis inuestiuit iurisdictione omnimoda.

§. VIII.

Delegata
in ordina-
riam &

Iurisdictio delegata mox *officialis* seu ordinaria, mox *delegata* in specie sic dicta dicitur, prout nimirum ea munitus omnes & singulas, aut aliquot tantum, causas controuersas diiudicare potest.

§. IX.

delegatam
in specie
diuiditur.

Delegata in specie sic dicta (1) particularis est, & (2) subdelegationem respicit, nisi eam (a) dignitas (b) statusue delegati, aut (c) huic data potestas uelit.

§. X.

Iurisdic-
tionis
proroga-
tio.

Iurisdictio propria nunquam, & delegata tunc demum *prorogari* potest, si litigantes in eandem formam eandemque speciem consentiant.

§. XI.

Sententia
euangeli-
corum.

Euangelici (1) neque ecclesie neque huius doctoribus, sed soli principi iurisditionem tribuunt (Prol. §. XLVIII. seq.); & (2) quam ecclesiasticam uocant, pretio *estimari*, (3) a quolibet, clerico

laico

laico e), (4) onerosis æque ac lucratiuis titulis *acquiri*, (5) uariisque modis *amitti* posse statuunt. Illud tamen adhuc seruant usu, quod uasallus omnimoda iurisdictione inuestitus, ecclesiastica inuestitus non uideatur, nisi hanc speciatim nominauerit inuestiens f).

§. XII.

Iurisdictionem ecclesiasticam, quam in Germania per longum temporis spatium usurpauerant episcopi, post sacra reformatâ postliminio recuperarunt status euangelici, nulla ratione habita: sint eorum ciues pontificii an euangelici (Prol. §. LXVIII.). Quod eadem toti imperio non sit restituta, certum est, de eo autem sæpe disputatur: an & in quantum catholicis principibus competat in ciues euangelicos g)?

TIT. II.

DE

IVDICIIS ECCLESIASTICIS.

§. XIII.

Iudiciis ecclesiasticis olim non immerito Ad iudicia annu. ecclesiasti-

e) DOHNDORFF d. de iurisdictione ecclesiastica, quatenus magistratui municipalis, & in specie hexapolitano competat c. 2.

f) CARPZOV Iurispr. Conf. lib. I. def. 3. nr. 6.

g) Collection einiger

Schriften von der geistl. Gerichtsbarkeit derer Catholischen Landes-Herrn in Teutschland über die in ihren Landen befindliche Unterthanen. Lips. 1728.

ca perti-
nent

1. concilia

annumerabantur I. *concilia b*), quorum descriptionem & diuisionem supra (Prol. §. LXXIV seq.) tradidimus. Oecumenica papæ electionem diffidiosam nullamque diiudicare posse *i*), ad unum fere omnes statuunt; illud autem: an ius dicant pontifici? adfirmant alii, alii negant *k*).

§. XIV.

2. rota
romana

II. *Rota Romana* est summum pontificis iudicium Romæ constitutum, quo causæ contentiosæ cognoscuntur & deciduntur a XII. auditoribus *l*).

§. XV.

3. nuntia-
tura

III. *Nuntiatura* sunt iudicia apostolica in his & illis regnis constituta. Illis præest nuntius apostolicus.

§. XVI.

4. confis-
soria, non
autem

IV. *Confissoria* sunt iudicia, in quibus iurisdictio ecclesiastica exercetur dicecesani nomine. Diuiduntur in *superiora* & *inferiora*.

§. XVII.

presby-
teria.

Neuquam uero huc pertinet V. *presbyterium*, quod, ex censessu presbyterorum ortum, olim toti ecclesiæ suberat, nec iurisditionem, sed censuram morum exercebat.

§. XVIII.

b) BOEHMER *Schil-
zero illustr.* I, 4, 3.

i) WIESTNER c. I,
I, 6, 372.

k) Gleischer *Einleit-
zum geistl. R.* p. 56.

l) V. C. PERTSCH
Elem. I. Can. lib. I. §. 109.

§. XVIII.

Quibus omnibus (§. XIV. seq.), si concilia (§. XIII) exceperis, (1) imperat, non subest, constituens, qui propterea (a) causas ibi cognoscendas determinat, (b) pendentes auocat, (c) praesidem & assessores nominat, & (d) ab horum sententiis interpositas appellationes recipit &c. nisi aliud uelint pacta legesue; (2) nulla competit potestas (a) leges ecclesiasticas condendi, (b) controuersias fidei decidendi, (c) liturgiam reformandi, (d) in causis maioris momenti dispensandi, (e) causas criminales cognoscendi m), (f) nouas dignitates erigendi &c. nisi in quantum hæc iura illis concefferit superior.

Quænam eorum potestas ?

§. XIX.

Pralati Germaniæ possunt (1) consistoria constituere, & (2) causas in constitutis cognoscendas determinare pro lubitu, dummodo non offendant (a) leges imperii, (b) capitulationem, (c) pactaue cum statibus prouincialibus inita.

Ufus in Germania.

§. XX.

Euangelici pontificis auctoritatem super habentes (1) neque *Rota Romana*, neque *nuntiatoris* utuntur; (2) in *synodis*, si quas conuocauerit princeps, aut ad illius iussum

Sententia euangelicorum.

m) c. 30. C. 23. q. 3. c. 5. X, ne cler. uel monach.

sum superintendens, iurisdictionem exercent minime (lib. I. §. LXXI, 4.); (3) alicubi habent *presbyterium* a ministerio distinctum *n*). Hoc, olim ecclesiæ proficuum, hodie uariis laborat defectibus *o*).

§. XXI.

Porro (4) alicubi *senatum ecclesiasticum*, quo tractentur causæ ecclesiarum publicæ & ad legislationem pertinentes, constituunt iuris in sacra domini; (5) *consistoria* mox constituunt, mox causarum ecclesiasticarum cognitionem decisionemque seculari committunt iudici *p*); (6) in constituta tantam immo maiorem potestatem uindicant principi, ac pontificii suis tribuunt episcopis *q*); (7) si quod statibus prouincialibus competat, quod competere potest (§. XI.) *r*), & sæpe conceditur sub nomine der geistlichen Gerichte, habent subordinatum, illudque, (8) cuius causæ a territoriali, non autem iurisdictionis ecclesiasticæ domino, queunt determinari, augeri & imminui.

§. XXII.

- n*) BOEHMER I. E. P. *Oecon. iur. consist.* §. 14. 39. I, 24, 13. seq. *Fleischer c. l.* I, 20, 22. p. 167. seq.
o) DU. BOEHMER *ibid.* §. 32.
p) WILDVOGEL I I d. *de competentia consistoriorum euangelicorum* th. 3. seq. PLATHNER
q) THOMASIVS *in dem X. Evang. Fürsten in Theolog. Streitigk.* p. I. th. 5. §. 4. STEPHANI *de iurisdic.* IV, I. seq.
r) WILDVOGEL *c. d.* th. 5.

Consistoria quibus
in Comita. uel
dicitur esse.
p. 1. 2. uel p.
causis iuris
competet territo
ria (a) causis
decidendis
sidentes auoc
licium ipsum t
Quia non to
tantum statio
iurisdiclio ecc
storia quodam
ma imperii
ad principem
n terra catholi
statuum.
WDICE T
QVA
Iudex est uir
l. d. pollens.
Engou iur et
1) L. P. ut V.
2) WILDV
d. th. 10. seq.
3) BOEHMER
in a princip.

§. XXII.

Consistoria, quibus euangelici gaudent Quid de
in Germania, uel *necessaria*, uel *uoluntaria* consistoriis
dicuntur esse. In *illa*, uel pace necessariis
phalica s), uel pacto cum statibus prouin- &
cialibus inito fundata, nulla fere potestas
competit territoriali domino. Nequit
enim (a) causas ibi antiquitus cognoscen-
das decidendasque (§. I.) t) restringere, (b)
pendentes auocare, multo minus (c) iu-
diciu[m] ipsum tollere.

§. XXIII.

Quia non toti imperio, sed euangelicis prouoca-
tantum statibus postliminio restituta est tione ad
iurisdictio ecclesiastica (§. XII.), in consi- superiora
storio quodam superiori grauatus ad sum- tribunalia
ma imperii tribunalia prouocare nequit u), fit statu-
ad principem tamen x), nisi consistorium dum ?
in terris catholicorum necessario sit con-
stitutum.

TIT. III.

DE

IVDICE TAM ORDINARIO
QVAM DELEGATO.

§. XXIV.

Iudex est uir publica potestate ius dicen- Iudex
di pollens.

Engau ius eccles.

K k

§. XXV.

s) I. P. art. V. §. 31. uocat. in causis ecclesiasticis,
t) WILDVOGEL x) Chur = S. R. O.
c. d. th. 10. seq. tit. vom Ober = Consist.
u) BODINI d. de illi- Magdeb. R. O. c. 43.
cira a princip. protest. pro- §. 9.

§. XXV.

ordinarius Est uel *ordinarius*, uel *delegatus**, prout uniuersam iurisdictionem exercere, aut certas tantum causas cognoscere & decidere potest.

* Indices delegati, si non nati sunt, tamen numero creuerunt, ex quo ad sedem Romanam appellatum est. DVPIN de discipl. eccl. diff. 2.

§. XXVI.

quamnam peragere possit? Iudex *ordinarius* (§. pr.) potest quidem (1) ea omnia, quibus ad lites dirimendas opus est, peragere, non tamen (2) extra bannum suum; (3) hunc uel illum actum, neutiquam tamen quasuis causas, aliis mandare.

§. XXVII.

Iudex delegatus *Iudex delegatus* (§. XXV.) esse nequit, quem a iudicis munere arcet uel ætas, uel lex, uel causæ controuersæ qualitas. Itaque (1) *surdi, furiosi, infames* &c. plane 9), (2) *minores* suo tantum modo, & (3) *laici* in causis spiritualibus repelluntur 2).

§. XXVIII.

fit constitutus quo uel lit modo, Delegatur (1) uel a *iure*, uel ab *homine a*), & ab hoc (2) uel *motu proprio b*), uel ad *instantiam* unius alteriusue litigantium

9) WIESTNER *Inst.* nr. 5. seq. *Can.* I, 29, 26. seq.

2) c. 2. X. de iudic. c. II. de refer. in 6ro.

a) WIESTNER c. I.

b) c. 3. X. de offic. & potest. iud. deleg. STRYK d. de motu proprio.

tium c), (3) uel simpliciter uel cum aliqua clausula d), (4) uel ad totam aliquam causam, uel ad illius partem. Unde est (a) iudex delegatus cognitionis, executionis &c. (b) diuisio quibusdam usitata in iudicem delegatum & commissarium; (5) uel solus, uel cum aliis, hocque casu (6) uel definite uel indefinite. Definite, & quidem sub clausula: *si non omnes*, delegatorum unus, altero impedito, procedere, & sub clausula: *in solidum*, delegatorum quilibet reliquos præueniendo excludere potest, usque dum impediatur ipse. Sin indefinite dati, unus incio & inuito altero procedere nequit e).

§. XXIX.

Delegatio stricti iuris est f) Hinc delegatus (1) non nisi illud, quod in mandato legitur, iure peragit. Ea tamen simul commissia dicuntur, sine quibus negotium principale explicari nequit g). Sic quoque extensio mandati de loco in locum facta, quam suasis æquitas, non improbat.

Kk 2

§.XXX.

c) c. 43. X. eod.

d) STRYK d. de clausulis commiss.

e) Ill. BOEHMER I. E. P. I. 29, 23. seq. & Inf. I. Can. p. 140.

f) c. 21, 32, 37, 40. X. de offic. & potest. iud. deleg.

g) WIESTNER c. I. nr. 48. seq.

§. XXX.

An possit
subdele-
gare?

Ex eadem causa (2) delegatus alios *subdelegare* nequit. Id quod fallit (a) si illius dignitas, aut (b) status subdelegationem suadeat, eiu (c) uniuersitas causarum delegata fuerit b).

§. XXXI.

Quibus
modis ces-
set illius
potestas?

Omnis delegatio cessat (1) *morte delegati*, nisi (a) intuitu dignitatis uel officii i), aut (b) sub clausula: *si non omnes*, facta fuerit k); (2) *morte delegantis*, nisi res (a) non amplius integra l), aut (b) apostolica uel episcopalis sedis nomine delegata fuerit; (3) *lapsu temporis*, ad quod facta est, nisi illud partes prorogauerint m); (4) *finito negotio*, quod erat delegatum n); (5) *reuocatione* tam expressa, quam tacita o), nec non (6) *recusatione* delegati, & ad ordinarium prouocatione.

§. XXXII.

Porro hic notes (1) quod ad delegationes suscipiendas, susceptasque retinendas, adigi possunt delegantis ciues, quos non excu-

- b) ESPEN I. Eccl. 7. 9. eod. in 6to.
p. III. tit. 5. c. 2. §. 8. m) c. 4. X. eod.
i) c. 14. X. de offic. & n) c. 9. 26. X. eod.
potest. iud. deleg. o) c. 6. eod. in 6to. c. 3.
k) c. 42. X. eod. X. de rescript.
l) c. 19. 30. X. eod. c. 6.

excusat dignitas, uel iusta causa alia p); (2) quod delegatus, cui nulla forma praescripta est, formam iuris ordinariam seruare debeat q); (3) quod delegati papales, quibus singularis honor debetur, coercere possint omnes, qui impediunt, quo minus commissio queat expediri r); (4) quod sumtus in commissionem motu proprio decretam faciendos ferat utraque pars litigantium, si (5) ad instantiam alterutrius decreta fuerit, impetrans, dummodo executionem delegatam exceperis s).

§. XXXIII.

Iuuat denique annotare (1) quod ca-
mera imperii nonnisi certos actus t), (2) iudicium uero aulicum tam certas causas, quam earum certos actus, delegare solet u); (3) quod delegato significari debeat, quis ei adiunctus, aut (4) ad quem adiuncti potestas transcripta fuerit x); (5) quod status imperii, quibus causam aliquam delegauit imperator, subdelegare possint, soleantque y); (6) quod imperatore mortuo

Ufus in summis imp. tribunalibus.

Kk 3 ces-

p) RVLANDVS de commissariis p. I. lib. II. c. 25.

q) c. 13. 27. X. h.

r) c. I. II. X. eod.

s) Dn. Mosers Einz leit. zu den N. Hof: N. proc. p. I. nr. 2. c. 7.

t) Dn. LVDOLF I. Camer. p. 12. seq.

u) Dn. MOSER. c. I. c. 2. §. I. sq. & p. IV. nr. 12.

x) IDEM c. I. c. 4. §. 5. seq.

y) IDEM c. I. §. 12. & c. 5. §. 7.

cesset commissio, nulla ratione rei integritatis habita 2).

TIT. IV.

DE

IUDICVM QUALITATIBVS.

§. XXXIV.

Iudex fit
habilis,

Iudex debet esse *habilis, competens & sincerus*. Iste dicitur, cui data est potestas cognoscendi ac decidendi causas istius generis, cuius est controuersa.

§. XXXV.

competens
&

Competens uero audit ille, qui reum contumacem cogere & coercere potest.

§. XXXVI.

sincerus.

Sincerus denique est, qui ab omnibus animi perturbationibus liber est, nec uni litigantium magis fauere uidetur atque alteri.

§. XXXVII.

Competens est uel
ex lege, ut
pote iudex
domicilii

Competentia iudicis uel ex *lege* est, uel ex *privilegio*, uel ex *uoluntate litigantium* (§. V. seq. X). Ex lege competens est (1) *iudex domicilii*. Quilibet autem clericorum domicilium collocasse dicitur non solum in loco, quo habitat, aut beneficium pos-

2) IDEM c. l. c. 6.

possidet residentiam postulans, sed & Romæ *a*). Hic tamen nullus conveniri potest, nisi ibi reperiatur, nec munitus sit iure reuocandi domum *b*).

§. XXXVIII.

Competens est (2) iudex, in cuius territorio ^{contractus} *contractus*, de quo adimplendo disputatur, celebratus est, aut reus se solutum promisit. Qui tamen reum tunc demum cogere potest, si ibi uel reperiatur *c*), uel bona habeat, in quorum possessionem immitti queat actor *d*).

§. XXXIX.

Porro competens est (3) iudex, in cuius delicti & districtu iudiciali *sita* est res immobilis *e*), aut mobilis *f*) permansura *g*), de qua disputatur.

§. XL.

Competens etiam dicitur (4) iudex, in rei sitæ cuius territorio (a) *delictum* inchoauit, aut (b) consummavit, aut (c) eo consummato deprehensus est reus *b*).

Kk 4

§. XLI.

a) DN. BOEHMER *Inst.*
I. Can. p. 201.

b) c. f. X. *de for. comp.*

c) c. l. *de for. comp.* in
6to.

d) WUESTNER c. l.
II, 2. art. 3.

e) c. f. X. *de for. comp.*

f) MVSÆI d. *de foro*
rei sitæ etiam ad res mobi-
les quasuis pertinente.

g) WUESTNER c. l.
art. 4.

h) *Elem. nr. I. Crim.*
lib. II, §. 42.

§. XLI.

uel ex pri-
uilegio, ut
ecclesiasti-
cus &

Ex speciali legis prouisione, aut priuilegio, ut dicunt (§. XXXVII.), competens est iudex ecclesiasticus (1) in *causis* tam per se, quam per accidens *ecclesiasticis*. Quæ illæ sint, iam diximus (§. I.). Per accidens autem res seculares sub uariis prætexitibus factæ sunt ecclesiasticæ (§. V.*) u. c. *quod negotio peccatum subesse uideatur i*), *quod euangelica demunitio facta sit k*), *quod contractum partes iureiurando firmauerint l*) &c. Harum itaque causarum intuitu inhabilis est iudex secularis, nisi (a) possessorium institutum fuerit, aut (b) reus rem possideat sub seculari qualitate.

§. XLII.

Idem etiam competens est (2) ratione *clericorum m*)*, siue hi contractum celebrauerint, siue delictum commiserint *n*). Id quod tamen fallit (a) dum lis, coram iudice laico pendens, denuntiatur clerico, (b) dum clericus laicum conuenit, aut (c) ab hoc ad agendum prouocatur; (d) dum actione reali *nn*), aut (e) in causis feudalibus conuenitur *o*). Fallit etiam (f) si criminis *affassinii p*), aut alterius grauioris reus

i) c. 13. X. de iudic.

k) THOMASIVS de art. 10.

usu pr. denunt. euang.

l) c. 6. 10. X. de for.

comp.

m) c. 2. X. eod.

n) WIESTNER c. I.

nn) c. f. X. eod.

o) c. 6. X. eod. c. 5. 13.

X. de iud.

p) c. 1. de homic. in 6to.

rogari potest. Sic quoque clericus in neminem alium atque iudicem ecclesiasticum non suum, & quidem dicecesano consentiente, prorogare potest iurisdictionem t).

§. XLVI.

Quando locus recusationi, aut

Iudex *sincerus* esse debet (§. XXXVI.), alias recusatur, sit ordinarius an delegatus*. Quia uero quilibet praesumitur bonus: iudicem recusantis est causas suspicionis (1) fonticas**, easque (2) específicas, (3) in scriptis laudare ac (4) probare. Probauerit eas nec ne, cognoscunt (a) *concommissarii*, si delegatio facta fuerit sub clausula: si non omnes; (b) *arbitri speciatim eligendi u*), aut (c) si ordinarius recusetur, illius *superior x*).

* Recusari nequit (1) totum collegium, nisi cuius omnia & singula membra attingit suspicionis causa. ZANGER *de except.* p. II. c. 4. (2) iudex *delegatus*, ab eo, qui illum petit, nisi iusta suspicionis causa post delegationem demum orta fuerit. c. 25. X. *de offic. & potest. iud. deleg.*

** u. c. quod in eadem causa antea aduocatus, uel procurator fuerit, quod ipse cum alio litem habeat similem, c. 18. X. *de iudic.* quod aduersario sit amicus uel consanguineus &c.

§. XLVII.

iuriiurando perhorrescentia.

Quia causam, cur iudex suspectus esse uidea-

t) c. 18. X. *de for. comp.*
u) c. 61. X. *de appell.*

x) c. 10. X. *de for. comp.*

uideatur, laudare probareque non minus difficile est atque periculofum, fatius est præstare iusiurandum perhorrescentiæ y).

§. XLVIII.

In Germania (1) *prælati*, fractæ pacis publicæ rei, ubi immediati sunt, in summis imperii tribunalibus z), *fin mediati*, in iudicio ecclesiastico ordinario a) conveniuntur; (2) *clericorum familia* non ubique gaudet foro priuilegiato.

Ufus in Germania & sup

§. XLIX.

Euangelici negant (1) clericos *commune in terris* *domicilium* collocare Romæ; (2) *res*, quas *euangelicorum* *per accidens ecclesiasticas* habent canones (§. XLI.), itidem (3) *delicta* communia, si quæ grauiora a clericis commissa fuerint, in consistorio cognosci debere. Iidem uero (4) cur clerico etiam post *depositionem* forum priuilegiatum competere statu-ant, iusta causa non est.

TIT.

y) FELTMANN & 12. seq.
LAVTERBACH *de iuram.* a) R. I. de A. 1548.
perhorrescentiæ. tit. 22.
z) GAIL *de P. P. I, 1,*

TIT. V.

DE

A R B I T R I S.

§. L.

Arbiter,
qui

Arbiter est uir priuata litigantium uoluntate ad id constitutus, ut litem aliquam dirimat.

§. LI.

uel necessarius est, uel uoluntarius,

Prout eum uel ex libera uoluntate, uel ex statuti dispositione elegerunt litigantes: uoluntarius dicitur, aut *statutarius* seu necessarius b).

§. LII.

Unde hæc deriuo axiomata:

I. Arbiter consensu litigantium eligitur.

II. Electus legibus compromissi adstringitur.

III. Illius est litem decidere.

IV. Compromisso res periculo futurae decisionis exponitur.

§. LIII.

a litigantibus eligitur,

Ex primo sequitur, (1) ut, qui alterutrius compromittentium ciuis non est, ad arbitrium recipiendum *cogi*, & (2) qui illud lubens suscepit, *iudex* dici nequeat; (3) ut

b) DN. BOEHMER BEVS *Inst. I. Can. III, Inst. I. Can. p. 188. PHOE. 17, 3.*

(3) ut penes litigantes sit, uelint in *unum* an *plures c*), & quidem (4) in hos *definite* an *indefinite compromittere*; (5) ut eligi possint *filiusfam. in causa patris d*), iudex *ordinarius e*), infamis &c.

§. LIV.

Ex secundo (§.LII, 2.) colligitur (1) ar- ^{ut iuxta} bitros ipsos *f*), (2) secundum leges iura- ^{compro-} que recepta, (3) de causa, qua *g*), (4) lo- ^{missi for-} co, in quem compromissum est, (5) tem- ^{mulam} pore conuento sententiam ferre debere. Quodsi uero partes (*a*) alios eligendi, uel (*b*) tempus determinatum prorogandi potestatem arbitris fecerint, aut plane (*c*) nullum locum, nullum tempus expresse- rint, aliud dicendum erit; (6) indefinite datorum unum, altero absente uel mortuo, procedere non posse, nisi hoc specia- tim ei det compromissi formula.

§. LV.

Quia arbitri est litem decidere (§.LII.3.), *litem finiat*. consequens est (1) ut in eos, qui facultate causam aliquam cognoscendi, decidendi- que uix sunt præditi, aut præditi esse non uidentur, quales sunt *furiosi, mente capti, impuberes, surdi & muti, feminae*, quibus ordinaria iurisdictio non competit *b*), *ex-*
com-

c) c. 1. 12. X. h.

d) c. 2. C. 3. q. 7.

e) c. 7. 10. X. h.

f) c. 13. X. h.

g) c. 6. X. eod.

h) c. 4. X. eod.

communicati, laici in causis spiritualibus *i*), *monachi*, qui superioris licentiam nondum impetrarunt &c. compromitti nequeat; (2) ut electi iuris ordinem, nisi alius compromisso determinatus fuerit, seruare debeant, & (3) huic uel illi probationem iniungere, nec non (4) de restitutione in integrum incidenter mota *k*), itidem (5) de quæstionibus præiudicialibus, sine quibus causa principalis decidi nequit *l*), cognoscere possint.

§. LVI.

Num laudo
standum?

Sententiæ, quam tulerunt arbitri, stare tenentur *m*), proptereaque appellare nequeunt, qui in illos compromiserunt *n*). Id quod tamen fallit (1) si arbitri *illicita* iniunxisse *o*), aut (2) contra *ius in thesi* uel (3) *compromissi tenorem* *p*) sententiam tulisse probentur; (4) si partes hoc medium sibi *reseruaerint*, aut (5) arbitri sint *statutarii* &c.

§. LVII.

A quibus &

Quia compromisso res periculo futuræ decisionis exponitur (§.LII, 4.), facile patet, in arbitros compromittere (1) neminem cogi, & (2) illos tantum posse, quibus libera rei controuersæ administratio &

i) c. 8. 9. X. eod.

k) c. 9. X. de rest. in int.

l) c. 10. X. h.

m) c. 2. 4. X. h.

n) LVDOVICI d. de

effectu & oblig. laudi.

o) c. 2. seq. X. h.

p) c. 6. X. h.

& alienatio competit. Itaque in arbitros compromittere nequeunt (a) *praelatus* sine consensu capituli ratione bonorum ecclesiasticorum q), (b) *procurator* sine speciali mandato &c. Si quis uero horum de facto compromiserit, principali suo non praeiudicat, ipse tamen ad poenam compromisso additam, uel ad interesse tenetur r).

§. LVIII.

Ex eodem axiomate (§. LII, 4.) sequitur (3) ut in causis priuati arbitrii, neutiquam uero (a) in *matrimonialibus*, si sponsalia de futuro exceperis s), (b) *criminalibus*, quæ ad uindictam publicam tendunt t), (c) *liberalibus*, (d) in causis *monachorum* & (e) *statum ecclesie publicum* concernentibus u), & (f) *illis spiritualibus*, quæ transactionem respuunt x) &c. queat compromitti.

§. LIX.

Caterum ex arbitrii natura & indole per se patet, finiri arbitri officium (1) *tempore*, in quod compromissum, præterlapsis; (2) *sententia* siue bene siue male de omnibus causis controuersis dicta publicata.

q) c. 1. X. de his quæ in int. sunt sine cons. cap. u) c. 5. X. h.
r) c. 9. X. h. x) c. 2. X. h. c. 7. X. de transact.
s) arg. c. 2. X. de spons. r) c. 9. in f. X. de restit.

taque; (3) mutuo *dissensu* utriusque, aut
 (4) *morte** alterutrius compromittentium;
 (5) *rei*, de qua litigatur, *interitu*.

* Si uero *beredum* quoque nomine compromissum fuerit, aut ex pluribus actoribus, qui compromiserunt, unus tantum uel alter mortuus sit, praesertim si causa, de qua litigatur, sit indiuidua &c. non expirat arbitrium.

§. LX.

Denique notandum erit (1) quod, si plures arbitri electi fuerint, hique dissentiant in re ipsa, id, quod pars maior iudicauit y); sin in quantitate omnes dissentiant, id, quod minimum est z), praefertur; (2) quod, si pares numero arbitri dissentiant, superarbitrè *Obmann*, quem dicunt, uel in compromisso nominatus uel ab arbitris *electus*, litem finiat stando a parte alterutrius arbitrorum; (3) quod compromisso saepe *pæna conuentionalis* determinetur, ab illo soluenda, qui laudo non sit staturus a); (4) quod *registraturæ* ab arbitro confectæ fidem faciant ordinario iudici.

TIT. VI.

DE

PERSONIS LITIGANTIBVS.

§. LXI.

Pro se
postulare

Personæ litigantes sunt (1) *principales*, actor nimirum & reus, qui licet eodem

y) c. 1. X. h.

135. nr. 1. seq.

z) c. 1. h. in *bro.* BARBOSA collect. To. IV. p.

a) c. 9. 12. X. h.

dem iure censeantur, tamen partes rei in quibusdam capitibus fauorabiliores sunt partibus actoris; (2) *minus principales*, utpote aduocatus, procurator, syndicus. Qui omnes, nimirum *illi* pro se, *bi* pro illis *postulant*, seu desiderium aliquod iudici exponunt, uel ei, quod aduersarius exposuit, contradicunt.

§. LXII.

Pro se postulare nequeunt (1) *minores* XVII. annis, (2) *surdi & muti*, (3) *excommunicati*, tempore quo aliquid petunt.

MEMBR. I.

DE

A D V O C A T I S.

§. LXIII.

Aduocatus est uir litigantibus in iudicio iura suggerens. Aduocatus, qui

§. LXIV.

Unde hæc deriuo axiomata :

- I. Aduocatus ciuili munere fungitur.
- II. Iurium peritus esse debet.
- III. Non admittitur, dum factum cum suis circumstantiis laudandum est.

§. LXV.

Fallor, aut ex primo (§. pr. i.) intelligi ciuili munere *Engau ius eccles.* L1 pot-

nere fingi-
tur, &

potest: (1) aduocatos *honore* prosequen-
dos, & *privilegiis* munitos esse; (2) aduo-
catorum numero accenseri non posse,
quotquot (a) *infamia* laborant, utpote iu-
dæi b), hæretici c), aliique criminosi &c.
aut (b) a *civilibus* arcentur *officiis*, ut femi-
næ, cæci &c. qui tamen omnes (a) pro
sanguine iunctis, adfinibus & amicis, (β)
pro fatuis & furiosis admittuntur.

§. LXVI.

iurium pe-
ritus esse
debet,

Ad secundum (§. LXIV, 2.) notes: (1)
de illius, qui aduocatum agere cupit, pe-
ritia iurium constare debere. De qua
constabat olim uel ex *testimonio* antecesso-
rum istius academiæ, qua literis incubue-
rat, uel ex *gradibus academicis*, quibus or-
natus erat; hodie uero ex eo, quod in
examine, quod iudex habuit, probe flete-
rit d).

§. LXVII.

factum sæ-
pe enarrare
nequit.

Ex tertio (§. LXIV, 3.) facile patet cau-
sa, cur reiiciatur aduocatus (1) dum *ueri-
tas* dicenda, & (2) ad *articulos inquisitiona-
les* respondendum est. Reiicitur porro
(3) in *causis matrimonialibus*, dum durat
primus terminus &c. e).

§. LXVIII.

b) c. 16. 18. X. de *Iudeis*.

c) c. 13. X. de *hæret.*

d) ENGELBRECHTI
d. de *aduocato*.

e) SCHLITT d. de *ne-
gotiis in persona propria ex-
plicandis*.

f) c. 1. X.
122 To. l. p.
g) v. 11.
u. penult. p.

§. LXVIII.

Quia aduocati munere suo funguntur in iudicio (§. LXIII.), facile est ad intelligendum, (1) *sacerdotes* non, nisi (a) pro ecclesia, cui seruiunt, (b) pro miserabilibus personis f), quæ omni consilio destituuntur g), & (c) in causâ ecclesiastica, postulare queant; (2) cur *clerici* non solum illis casibus, quibus postulare licet sacerdotibus, aduocatum agere, sed & (a) pro reis intercedere b), et (b) sanguine iunctos defendere, possint; (3) cur *monachis & canonicis regularibus* uix liceat postulare (lib. I. §. CIV.), nisi pro monasterio, quo degunt, ex speciali mandato superioris.

Num clerici &c. aduocati esse queant?

§. LXIX.

Aduocato debetur honorarium, quod illius labori respondeat. Huius intuitu, si BARBOSAE k) fides habenda, gaudet hypotheca tacita in facultatibus clientis, atque præfertur omnibus creditoribus aliis.

Aduocatorum salarium.

§. LXX.

Denique notandum (1) quod litigantibus quandoque aduocatus detur ex officio; (2) quod clerico, monacho &c. pro alio

L1 2

f) c. I. X. h. GONZALEZ To. I. p. 910.

b) c. C. 23. q. 5. VIVIANVS c. l. p. 280. seq.

g) VIVIANVS *ration. iur. pontif.* p. I. p. 282.

k) To. V. *collect.* p. 232.

nr. 6.

alio postulanti, nullum debeatur honorarium *l*); (4) quod clericus pro alio contra ecclesiam, cui seruit, postulans, priuetur beneficio, quod in ea obtinuit *m*); (5) quod in Germania nemo eorum, qui adprobatae cuidam religioni addictus est, a munere aduocati iure arceatur.

§. LXXI.

Ufus in ter-
ris euang. Ecclesiarum ministros custodesque, non tamen hæreticos aut excommunicatos, ab aduocati munere arcent euangelici.

MEMBR. II.

DE

PROCVRATORIBVS.

§. LXXII.

Procura-
tor, qui

Procurator hic nobis est uir ad id constitutus, ut pro absente postulet.

§. LXXIII.

constituitur
mediante

Unde sequitur, ut procuratores constitui nequeant (1) ad postulandum pro aliis inidonei (§. LXVIII.), (2) in causis aduocatum repellentibus (§. LXVII.) *n*), (3) ab eo, qui nullam personam habet standi in iudicio.

§. LXXIV.

mandato
uero aut

Nemo procurator habetur, nisi instructus

l) c. un. C. 15. q. 2. *Inst. I. Can. p. 175. Dn.*
m) c. 3. X h. GONZA- PELTSCH *Elem. L. Can.*
LEZ c. l. p. 907. III, 66. WIESTNER h.
n) Dn. BOEHMER art. 3.

ctus mandato o) legitimo, quod uel scripsit, uel subscriptione firmavit, constituens. Quod, ut legitimum queat dici, continere debet (1) iudicis, coram quo lis est, (2) constituti procuratoris, (3) constituentis & (4) partis huic aduersæ nomina; (5) causam, in qua, & (6) negotia, ad quæ peragenda constitutio facta est; (7) formulam, qua constituens cauet, se ea omnia, quæ procurator sit ui huius mandati peracturus, rata habiturum esse.

§. LXXV.

Mandatum interuenisse præsumitur, præsumto quoties in iudicio actum speciale mandatum non requirentem expedis illius nomine, qui (1) tibi sanguine iunctus, aut (2) coniux, aut (3) concors litis est. Semper tamen cautionem de rato præstare debes.

§. LXXVI.

Tantum procuratori concessum dicitur, quid per quantum in illius mandato legitur, aut agere potest causa præsumtionis tribuit. Hinc (1) ad ^{lit?} litem *generaliter* constitutus * actus maioris momenti ceu speciale mandatum requirentes p), & (2) *socius* socii causas, a societate alienas &c. peragere nequit.

* Quodsi uero mandato generali addita fuerit clausula: *cum libera*, aut, post relationem quorundam actuum speciale mandatum requirentium,

LI 3

o) c. 1. X. h.

in Cro.

p) c. 4. seq. de procurat.

tium, hæc: *cum similibus*; transigere, iusiurandum deferre, & in constituentis animam præstare constituto licet, c. 4. h. in *6to*. Id quod tamen praxis non solet admittere, iubens, omnes omnino actus maioris momenti exprimi. WERNER d. de *clausula cum libera in mandatis superflua*.

§. LXXVII.

Denique notandum (1) quod *plures* procuratores simul in eadem causa queant constitui *q)*, & quidem (2) tam *definite* quam *indefinite*, si (3) exceperis causas spirituales, in quibus uel in solidum dandi sunt, uel unus ex pluribus debet eligi *r)*; (4) quod procurator alium *substituere* nequeat, nisi (*a*) hanc potestatem acceperit, aut (*b*) factus sit litis dominus *s)*; (5) quod mandato uel expresse uel tacite * *reuocato*, reuocata sit potestas procuratoris; (6) quod factum procuratoris *falsi* aut *reuocati* non præiudicet domino *t)*.

* Procuratorem suum tacite reuocasse dicitur (1) qui nouum constituit c. pen. X. h. aut (2) ipse, sine ulla protestatione, pro se in eadem causa postulare cepit. c. 8. h. in 6.

MEMBR.

q) c. 1. eod.

de dominio litis.

r) c. 6. eod.

t) c. 3. X. h.

s) Ill. BOEHMER d.

MEMBR. III.

DE

SYNDICIS.

§. LXXVIII.

Procurator ab uniuerſitate approbata Syndicus, conſtitutus, audit *ſyndicus*.

§. LXXIX.

Eſtque uel *perpetuus* uel *temporalis*. Ille, quiſquis qui ad omnes omnino lites conſtituitur, ſit officium gerit publicum, ſalarioque gaudet annuo; *hic* ad unam tantum alteramue cauſam conſtituitur.

§. LXXX.

Uterque (1) tam ex gremio collegii eſt procurator conſtitui, quam extraneus aſſumi poteſt (§. LXXIII.); (2) iure reuocatur (§. LXXVII.), perpetuus tamen non niſi ex cauſa prægnantiſſima: (3) nullum actum maioris momenti peragere poteſt, niſi ſpeciali mandato inſtructus (§. LXXVI.); (4) is ſit, qui a procuratoris munere non arceatur (§. LXXXI, 1.) *u*).

§. LXXXI.

Illud autem ſingulare eſt, quod (5) in ab uniuerſitate cauſis criminalibus admittatur *x*); (6) ab uniuerſitate conſtituatur, dum huius membra omnia & ſingula conuocata ſunt, &

LI 4 ſaltem

u) GONZALEZ To. I. p. 941. nr. 10.

x) SANNIG *Schal.* canon. I. 39. c. 1. nr. 4.

saltem duæ tertiæ comparuerunt, quæ illum per maiora uota designarunt.

§. LXXXII.

per decretum constitutus.

Se rite constitutum esse, per *decretum* probat syndicus. Instrumentum uero, prout uniuersitas constituens ordinata est aut inordinata, sigillo, aut singulorum membrorum subscriptione, firmandum est y).

TIT. VII.

DE

PROCESSV ORDINARIO

& speciatim

DE

LIBELLO.

§. LXXXIII.

Processus

Ratio, qua causæ in iudicium deducuntur, deductæque discutiuntur, *processus* dicitur.

§. LXXXIV.

uariat, præsertim

Variat pro causarum in iudicium deducendarum qualitate uaria. Sic *processus civilis*, cui *criminalis* opponitur, uariat, prout actor *iure* aut *possessione* nititur, quid? quod actor *iure* nitens non eadem semper uia, sed mox *ordinaria* mox *summaria* procedit. Unde tot sunt processuum diuisiones.

§. LXXXV.

y) LYNCKER *de form. procurat.* c. II. §. 25

§. LXXXV.

Quarum prima est diuisio processus ^{in ordinari-} *ordinarium & summarium**, in quorum ^{rium &} *il*o ^{summarium &} *ri*um & ^{um distri-} *solemnis ordo seruatur, in hoc autem de* ^{buitur.} *summarium* ^{um distri-} *simplici & plano proceditur. Ille insti-* ^{buitur.} *tuendus est, nisi causa in iudicium dedu-* *cenda uel per se uel per accidens summa-* *ria probetur esse.*

* Processus, quem pontifex in causis *notoriis* fecit legitimum, singularis est, immo tumultuarius. Ad hereticos eo facilius condemnandos adinuentus esse uidetur.

§. LXXXVI

Forma processus ordinarii hæc est: Ubi ^{Forma} *(1) solemnem libellum obtulit actor, (2)* ^{processus} *iudex iustum diem ponit termini. (3) Ad* ^{ordinarii.} *hunc citatur reus per literas legitime conceptas, (4) rite ei insinuandas. (5) Die stato ubi uterque litigantium comparuit, legitime, atque (6) actor libellum repetiit, (7) reus uero exceptiones, quas habet, opposuit, (8) litemque negatiue contestatus est: (9) iudex actori intentionis suæ probationem, quæ (10) per testes, instrumenta, indicia, iurisque iurandi delationem fieri potest, iniungit, (11) reprobatione tamen reo reseruata. (12) Probationem & reprobationem ubi satis perpendit iudex, (13) fert sententiam, quæ (14) ubi a neutro litigantium, interposito quodam medio uel suspensiuo uel deuolutiuo, impugnata est, (15) dari debet executioni.*

§. LXXXVII.

Libellus,

Libellus est scriptura, qua facti species, fundamentum agendi, actorisque petitio exprimuntur.

§. LXXXVIII.

quisquis
fit,

Diuiditur (1) in solemnem & minus solemnem, (2) in libellum conuentionis & reconuentionis, (3) in simplicem & articulatum 2).

§. LXXXIX.

facti spe-
ciem,

Facti speciem breuibus uerbis fistat, nec circumstantias, ad litem decidendam nihil facientes, contineat. Quid? quod replica ei non est inferenda, nisi ad illas exceptiones, quæ litis ingressum impedire & liquidæ esse uidentur, elidendas directæ a).

§. XC.

causam
petendi,

In actionibus *personalibus* specialis, in *realibus* uero generalis causa petendi laudanda est. Cæterum plerumque satius est, etiam specialem in reali actione adduci b). Nomen actionis ut exprimatur, nullibi requiritur c). Sic quoque non opus est, ut iura laudentur, nisi admodum specialia sint, aut consuetudinaria.

§. XCI.

ipsamque
petitionem

Petitio debet (1) *certa*, non autem genera-

2) c. 6. X. de fid. instrum.

a) FRITSCH d. de
rephca libello inferenda.

b) GAIL Obseru. I, 16.

c) c. 6. X. de iudic. c. f.
X. de libell. oblat.

neralis *d*)*, uel alternatiua *e*) esse**, (2) continere *concludere* i. e. actioni intentatæ conuenire, nec (3) re, causâ, loco uel tempore *plus**** continere, quam debetur.

* Quæ tamen admittitur (1) in causis criminalibus, (2) iudiciis uniuersalibus, (3) dum quantitatem rei petitæ nonnisi progressus litis demonstrare potest, (4) dum petuntur fructus, usuræ, damna uel interesse.

** Nisi hanc concipi iubeat uel legis dispositio, uel alternatiua obligatio.

*** Actor qui plus petit (1) *causa*, reo, qui ab instantia absoluitur, expensas refundere debet; (2) *re*, in expensas condemnatur, ubi reus paratus est, iustam quantitatem soluere; (3) *loco*, interesse reo præstare tenetur; & si (4) plus petierit *tempore*, induciæ duplicantur. c. un. X. de plus petit. WIESTNER *Inst. Cau.* II, II.

§. XCII.

Libello uariæ adiici solent *clausulæ*, qua- Clausulæ.
rum pars maxima nullius momenti est *f*).
Nec clausula, quam salutarem nominant,
uitiosum libellum sustinet *g*).

§. XCIII.

Libello inseritur, uel seorsim cum libel- Supplicatio.
lo exhibetur, pro decernenda citatione.
supplicatio. Hæc continere debet (1)
sup-

d) c. 2. X. de lib. oblat.
BASTINELLER d. de uitiis libelli.

e) DU. BOEHMERI d. de libellis alternat.

f) THOENNIKER
adu. prud. p. I. sect. 2. n.
20. seq.

g) STRYK d. de clausula libelli salutari.

supplicantis & (2) supplicati nomina, illiusque (3) subscriptionem, (4) causam, ad quam discutiendam alter citandus, (5) nomen iudicis, ad quem dirigitur supplicatio &c. b).

§. XCIV.

Actio-
num
cumulatio.

Cumulari nequeunt actiones (1) ad idem tendentes, aut (2) sibi inuicem contrariae, aut (3) quarum, una electa, altera consumitur.

§. XCV.

Libellum *declarare*, quouis iudicii tempore, *emendare* uero, ante L. C., & denique *mutare* nunquam, licet sine refusione expensarum.

§. XCVI.

Praxis Ger-
maniae.

In Germania (1) libellus *articulatus* est *prohibitus i*), non uero (2) *certis numeris distinctus k*); (3) libellus *rubro*, adiuncta uero aliis signis numerisue notari debent *l*); (4) alicubi libello addi possunt articuli probatoriales *m*), sicque (5) in eo exceptiones elidi.

TIT.

b) FIBIGII *process.* p. 86. seq. ed. SCHWEN-
DEND.

i) R. I. 1654. §. 34. 65.
LUDOVICI *Civil. Proc.*
c. IX. §. 25.

k) STRYK d. *de cau-*

*telis circa quantitatem rei
controuersae in foro civili
observandis.*

l) Seyfarts *U. Reichs-
Proc.* lib. I. c. 1. §. 22. not. d.

m) R. I. 1654. §. 35. 39.

Lib. IV. Tit. VII. De libello.
C
Actio (§. I.)
Comiti m
toris a iud
* In illis cau
proce
GER
Est ea (1)
que iterum
(2) uel
dicta, uel im
peratori
toria, (3) u
Porro (4)
tur, aut per
est, quo u
citatio re
* Que fir
loco p
quand
Clem.
(4) si
n) Clem.
o) 2018

TIT. VIII.

DE

CITATIONE.

§. XCVII.

Citatio (§. LXXXVI, 3.), quæ regulariter ^{Citatio,} Comitti nequit ⁿ), est rei ad instantiam ^{quæ} actoris a iudice in iudicium facta uocatio.

- In illis causis, in quibus de plenitudine potestatis procedi potest, saepe omittitur. MYSINGER cent. II. obs. 91.

§. XCVIII.

Est ea (1) uel *canonis*, uel *iudicis*, hæc uarii generis, (2) uel *generalis*, uel *specialis*, (3) uel *publica**, uel *priuata*, (4) uel *mediata*, uel *immediata*, (5) uel *dilatatoria*, uel *peremptoria*** , (6) uel *monitoria*, uel *arctatoria*, (7) uel *personalis*, uel *non personalis*. Porro (8) in *realem* & *uerbalem* dispescitur, ast perperam. Realis enim medium est, quo utuntur iudices, ut ne uerbalis citatio reddatur inutilis o).

- * Quæ fit per edicta c. II. X. de cler. non resid. in loco publico uel adfigenda, uel proclamanda, quandoque ex suggestu ecclesiastico recitanda. Clem. un. de comp. Huic non datur locus, nisi (a) citandus incertus sit (b) latitetue, aut (c) ipse

n) Clem. 2. de V. S. ratione reali.

o) POSNER II. de ci-

ipse uel illius magistratus faciat, quo minus citatio ei insinuari queat. Clem. 1. *de iudic.*

- ** Qualis est (a) ea, quæ continet clausulam *de procedendo in casum absentie*; (b) tertia, si uel maxime clausulam comminatoriam non contineat. WVRMSER. *obseru. pr. tit. VI. obs. 2.*

§. XCIX.

ubi a iudice Reum citat (1) iudex competens, isque tam ordinarius, quam delegatus, quorum uterque (2) limites iurisdictionis suæ seruare debet *p*). Citat (3) ad instantiam actoris *q*), nisi (4) causa ita comparata sit, ut ex officio procedere possit *r*).

§. C.

per scripturam facta & Scriptura, per quam reus citandus est, continere debet (1) iudicis, (2) actoris, & (3) rei* nomina, itidem (4) causam citationis**, (5) locum iudicii, (6) diem termini iustum *s*), cumque (7) non feriatum, & (8) negotium in iure peragendum.

- * Qui ubi plures sunt, ad unum omnes citari debent, ut ne sit locus exceptioni plurium litis interessentium.

- ** Qua de re uel copia, uel tenor libelli adiicitur.

§. CI.

reob Ad notitiam rei perducitur citatio, dum insinuatur *in faciem*, uel si citandi copia ha-

p) c. 1. X. *de caus. possess.* de iudice ex officio proced.

q) c. 18. X. *de for. comp.* in processu civili.

r) Dn. BOEHMER d. *s*) c. f. X. *de dilat.*

haberi nequeat, *ad domum t*), uel, si nullus domesticorum eam recipere uelit, *adfigitur adibus*.

§. CII.

Insinuatio fit uel per *nuntium iudiciali*-insinuata lem, uel per *notarium*. Facta uero pro-est, batur modo per relationem nuntii, modo per recepisse.

§. CIII.

Rite facta & insinuata (1) iubet citatum *quid ope-* in termino comparere, (2) interrumpit *retur?* *prescriptionem*, (3) inducit *praeventio-* *litisque pendentiam u*), (4) perpetuat *iurisdic-* *tionem x*) &c.

§. CIV.

Euangelicorum consistoria alibi media-Praxia te y), alibi immediate citant z). In Saxo-Euangelicorum, nia pastores per superintendentes citantur a).

TIT.

*) Clem. un. *de for.* tit. IV. obs. 4. not. 2. comp. HORN *iur. publ. prud.*

u) Clem. 2. *Ut lite pen-* c. 59. §. 8. dente &c. z) BRUNNEMANN

x) c. pen. X. *de for.* I. Eccl. III, 2, II.

comp. a) LYNCKER *decif.*

y) BERGER *Elect.* 895.

TIT. IX.

DE

EXCEPTIONIBVS

speciatim

DILATORIIS.

§. CV.

Exceptiones
nes

Quando partes extrajudicialiter non transegerunt, nec iudicialiter transigere uolunt*: reus, ubi libellum suum repetiit actor, excipit.

* Partes ad concordiam coguntur, quoties hanc suadet utilitas publica.

§. CVI.

temporales
sunt uel

Exceptiones in *temporales & perpetuas*, seu, quod eodem recidit, in *dilatorias & peremptorias* diuiduntur. Illæ iterum sunt uel *declinatoriæ iudicii*, uel *dilatoriæ* in specie sic dictæ.

§. CVII.

iudicii de-
clinatoriæ,

Declinatoriæ iudicii sunt: (1) *iudicis incompetentis* (§. XXXV. XXXVII. seq.) (2) *inhabilis* (§. XXXIV.) (3) *suspecti* (§. XXXVI. XLVI.); (4) *præuentionis*, (5) *primæ instantiæ* &c.

§. CVIII.

uel dilato-

Dilatoriæ uero sunt: (1) *actoris inhabilis*

lis (§. LXII.), (2) excommunicati *b*), (3) ^{riae, quarum hæc} ad causam non legitimati &c. (4) *advocati* inhabilis (§. LXV.), (5) iurium non periti &c. (6) *procuratoris* falsi, (7) non satis legitimati (§. LXXIV.), (8) causæ procuratorem respicientis (§. LXVII. LXXIII.) &c. (9) *syndici* non rite constituti (§. LXXXI.), (10) non legitimati (§. LXXXII.), (11) *processus* illegitimi (§. LXXXIV.), (12) actionis non competentis, (13) *libelli* generalis, (14) alternatiui (§. XCI, 1.), (15) inepti (§. XCI, 2.), (16) articulati (§. XCVI.), (17) mutati, expensis nondum refusus (§. XCV.), (18) causâ petendi destituti (§. XC.), (19) non communicati (§. C.**); (20) plus petitionis (§. XCI.***), (21) ineptæ cumulationis (§. XCIV.), (22) *dilationis* illegitimæ (§. C. 6.), (23) plane non, aut non rite insinuata (§. CI.), (24) loci non tuti (§. C. 5.), (25) plurium litis interessentium (§. C.*), (26) termini nimis angusti (§. C. 6.), (27) feriarum (§. C. 7.), (28) spoliis &c.

§. CIX.

Quæ figillatim & successive opponi possunt. Plerumque tamen ponitur terminus, intra quem sub pena privationis sunt opponendæ *c*). Quo tamen casu satius est, ut declinatoriæ reliquis præferantur. simul opponendæ.

Engau ius eccles.

Mm

§.CX.

b) Clem. un. de except. *c*) c. 4. X. h.

§. CX.

Praxis Ger-
manicæ.

In Germania omnes exceptiones dilatoria simul, & quidem ante L. C. opponendæ sunt *d*). Quodsi uero (1) post L. C. natæ sint, aut (2) demum ad notitiam rei peruenerint, aut (3) grauamen successuum contineant, aut (4) processum reddant nullum &c. adhuc opponi queunt.

§. CXI.

Exceptio
spolii,

Exceptio spolii (§. CVIII, 27.) datur (1) ei, qui sine iure priuatus est possessione uel quasi rei cuiusdam mobilis, immobilis, aut iuris, (2) contra spoliatores*, ex qua uelit causa, dummodo non ecclesiastica *e*), agentem. Quæ intra XV. dies, a tempore, quo opposita est, computandos *f*) probatur, facit, ut spoliatus prius respondere non teneatur, quam quod ad omnia restitutus**.

* Hic etiam intelligitur esse, qui spolium mandauit, factum probauit, aut rem spolio surreptam a spoliatore sciens accepit.

** Quando hæc regula cesset, docent LANCELLOTVS *Instit.* III, 10, 8. LINCK *comment.* in X. II, 13, 6. alique.

§. CXII.

feriarum,

Etiam *exceptio feriarum* (§. CVIII, 26.) dif-

d) R. I. de A. 1654. in 6to.

§. 40.

e) c. 1. de restit. spol.

f) eod. c. 1.

differt iudicium*. Sunt autem feriæ uel *diuinae* (lib. II. §. CCXXXIX.), uel *humanae*, utpote messis, uindemiarum, nundinarum. His, a principe seculari determinatis, partes renuntiare possunt expresse pariter ac tacite *g*). Sic quoque quarumuis feriarum exceptio cessat (*a*) in negotiis nullam moram ferentibus, & (*b*) dum reus de fuga suspectus est.

* Citatus ad illum diem, quo feriæ repentinæ celebrantur, hunc insequente non feriato comparere tenetur. WIESTNER c. l. II, 9, 29.

§. CXIII.

In dilatoriis porro est exceptio *termini termini nullius uel nimis angusti*, proptereaque con-nullius uel cedendarum *dilationum*. Hæ uel *iudicialia* nimis angustis, & uel *extraiudicialia* dicuntur esse, quarum illæ iterum in *legales, conuentionales* & *arbitrarias* diuiduntur. Data ex iusta causa ad instantiam impediti prorogari possunt *b*). Secunda uero prorogatio, quæ tertiam dilationem constituit, non aliter conceditur, quam si (*a*) de impedimento legitimo satis constet, aut (*b*) præstetur legalis solemnitas *i*).

§. CXIV.

Huc denique pertinet exceptio *nondum nondum præstiti iuramenti calumnie*. De quo iure præstiti iuramenti calumnie.

Mm 2

g) c. f. X. de fer.

i) R. I. d. A. 1654. §. 50.

b) c. i. X. Ut lite non Ord. Cam. p. III, tit. 16. contest.

iurando hæc notanda erunt: (1) quod sit uel *generale*, uel *speciale*; (2) quod illud partes exigant, uel iudex iniungat ex officio *k*); (3) quod præstandum sit in quavis causa, non tamen (4) ubi in iusiurandum ueritatis degenerat *l*); (5) quod calumniam iurare non debeat, nisi de ea suspectus *m*); (6) quod in tertii animam præstari *n*), & (7) quandoque repeti possit *o*).

TIT. X.

DE

LITIS CONTESTATIONE.

§. CXV.

Litis contestationis

Actoris intentioni satis declarata dum contradicit reus, *litem contestari* dicitur *p*).

§. CXVI.

Unde sequitur (1) ut litis contestationem non inferant (*a*) nuda facti narratio, (*b*) exceptionis peremptoria oppositio *q*), (*c*) positiones, & ad has data responsio *r*); (2) ut

k) c. 1. de iuram. calumn. in 6to.

l) STRYK de iuram. calum. BECK de præscind. periur. causa.

m) BRVNNEMANNI I. Eccl. III, 5, 16.

n) c. f. de iuram. calumn. in 6to.

o) BRVNNEMANN c.l. §. 17.

p) c. 1. X. h.

q) c. 2. h. in 6to.

r) c. 54. X. de elect.

(2) ut diuisio L. C. in *adfirmatiuam* & *negatiuam* probari nequeat s).

§. CXVII.

Litis contestatio uariat, quare Dd. illam ^{sunt uariæ} diuidunt (1) in *solemnem* & *minus solemnem*, (2) in *puram* & *euentualem*, (3) in *coniecturalem* & *iuredicialem*, (4) in *generalem* & *specialem* t). Et quia reus quandoque in contumaciam mox adfirmando, mox negando respondisse fingitur: L. C. (5) in *ueram* & *fictam* distribuitur.

§. CXVIII.

Reus uel ipse, uel per alios u. c. pro-^A curatores, aduocatos &c. intentioni acto-[&] ris contradicere, & errorem, si quem hi commiserint, dum litem contestati sunt, reuocare potest u).

§. CXIX.

Fieri autem debet L. C. (1) coram *iudice competente* (§. LXXXVI, 8.), (2) *intra* ^{quando} *terminum*, nisi reo competant (a) ^{fiat} L. C. exceptiones fori *declinatoriæ* x), aut (b) *litis finitæ* y), aut (c) *spolii*, eaque *liquidæ*. Sin dubiæ sint, euentualiter fieri debet L. C. z).

M m 3

§ CXX.

s) Seyfert c. l. c. 7.

x) R. I. de A. 1654.

§. 2.

§. 40.

t) c. 6. X. de iuram. calumn.

y) c. 2. h. in 6to.

z) STRYK d. de L. C.

u) c. 62. X. de appell. euentuali.

§. CXX.

quidque
facta ope-
retur?

Litis contestatio facit (1) ut libellus emendari nequeat (§. XCV.); (2) ut lis ad heredes transeat; (3) ut intelligatur, quid & a quo illud probandum sit. Unde constare potest, cur ante L. C. neque ad probationem, neque ad sententiam procedi queat, (4) ut procurator fiat litis dominus. Hic propterea (a) actionem directam sibi acquirit, (b) alios substituere, nec (c) temere reuocari, aut (d) mandato renunciare potest. Sic quoque (e) in eum concipitur sententia a).

§. CXXI.

Porro L. C., speciatim ubi generalis est, facit (5) ut ex libello formentur *positiones*, quæ debent esse (a) singulares, (b) certæ, (c) nec super iure uel conclusione libelli, aut (d) per modum interrogationis conceptæ*; (6) ut præstentur *iusiurandum dandorum & respondendorum b)*.

* Ad quas si respondere nolit, confessus habetur, c. 2. de confess. in 6to. nisi eas impertinentes aut illegitime conceptas doceat. MICHALOR de *positionibus*.

§. CXXII.

Usus in
Germania.

In Germania (1) sublata est L. C. generalis

a) BOEHMERI d. de *ramento dandorum & respondendorum.*

b) SCHUSTERS d. de iu-

ralis c), non tamen (2) ubique cessat positionum usus d); (3) iuramenta dandorum & respondendorum sunt de calumnia e); (4) reus ad quasvis positiones, salvo tamen iure impertinentium, respondere cogitur; (5) dominium litis, illiusque effectus in plerisque locis cessant.

TIT. XI.

DE
EXCEPTIONIBVS PER-
EMTORIIS.

§. CXXIII.

Exceptiones peremptoriae (§. CVI.) post L. C. opponuntur. Oppositae inuntunt minime, quod excipiens actoris intentionem confiteri uoluerit.

In exceptionibus peremptoriis, quae

§. CXXIV.

Iure Germanico L. C. statim sub pena L. C. depraclusionis sunt subiiciendae f). Ex tamen, quae ex instrumentis guarentigiatis, aut ex confessione aduersarii liquido probari possunt, etiam post sententiam, immo in ipso executionis termino adduci queunt g).

M m 4 §. CXXV.

c) R. I. c. §. 37.

f) c. R. I. §. 37.

d) GASSER d. de inutilitate positionum.

g) RHETII d. de except. paratam execut. impediunt.

e) Seyfart c. l. c. 9.

§. 8.

§. CXXV.

sunt 1) ex-
cept. trans-
actionis,

In exceptionibus peremptoriis inter alias sunt: (1) exceptio *transactionis*, quæ non attenditur, ubi transactio (a) dolo malo elicita, aut (b) contra bonos mores b), (c) in detrimentum ecclesiæ i), (d) super rebus, quæ non sunt privati arbitrii k), inita, aut (e) ab illis, quibus non licet alienare, celebrata est &c.

§. CXXVI.

2) præscri-
ptionis,

Eodem pertinet II. exceptio *præscriptio- nis*, quæ eliditur replica (a) deficientis, minoris, uitiosæ, aut interruptæ *possessionis*; (b) *fidei* uel ab initio, uel postea *malæ*; (c) *rei* uel lege, uel testamento alienari aut præscribi prohibita; (d) *tituli* deficientis; (e) *defectus temporis* ad præscriptionem necessari; (f) *domini* agere non ualentis &c.

§. CXXVII.

3) rei iudi-
cata &c.

Porro in peremptoriis except. est III. exceptio *rei iudicatæ*, cui neruum subtrahit probans, fuisse rem inter alios actam, diuersamue causam petendi. Reliquas exceptiones peremptorias laudare nec lubet, nec licet.

TIT.

b) c. 20. 21. C. 22. q. 4. k) c. 2. sq. X. de trans-
i) c. 4. 5. 8. X. de pact. act.

TIT. XII.

D. E.

CONFESIONE.

§. CXXVIII.

Quæ reus, dum litem contestatus est, Confessio
aut ad positiones respondit, *confessus* est, i. e. a se, aut illo, in cuius locum
successit, facta adfirmavit sciens & intelli-
gens, actor probare non tenetur.

§. CXXIX.

Quia alias confessio (1) in *ueram & si- quænam*
etam, (2) in *puram & conditionatam*, (3) in
simplicem & qualificatam, nec non (4) in
iudicalem & extraiudicalem diuiditur; no-
tes uelim, confessionem (a) facti proprii
(b) coram iudice competente l), (c) a sci-
ente & intelligente, (d) libere m), (e) simpli-
citer, & (f) ita factam, ut naturæ rei, uel le-
gibus non repugnet n), actorem ab one-
re probandi liberare, immo uim senten-
tiæ habere o).

* Error non probatus statim, probatus uero quouis
tempore, reuocari potest. c. f. X. h. Quod si
uero ecclesia per uiam restitutionis in integrum
errorem a prælato uel syndico commis-

M m 5 sum

l) c. 4. X. de iudic. co-
STA comment. p. 278. sq.

n) WIESTNER *Instit.*
Can. h. nr. 7.

m) c. 1. C. 15. q. 6. c. 16.
de offic. iud. deleg.

o) c. 7. D. 21.

sum reuocare uelit, hoc facere debet intra quadriennium c. 2. *de rest. in integr. in 6to.* ENGEL *Colleg. I. Can. II, 18, 16.*

§. CXXX.

probet ?

Confessio iudicialis, quæ neque reip., neque ecclesiæ præiudicat *p*), siue uerbis, siue literis facta, nocet confitenti, non tertio *q*). Itaque non nocet (1) adultero designato, quæ adultera *r*), aut (2) confortibus litis, quæ eorum unus, in causa præsertim diuidua, adfirmavit. Confessio aduocati, parte præsentē, facta, huic præiudicat, nisi eodem die reuocetur *s*).

§. CXXXI.

Quid de confessione qualificata &

Confessio qualificata diuidi, & pro parte acceptari, pro parte reici, nequit, nisi (a) exceptionem contineat, aut (b) præsumptioni iuris contrarietur qualitas confessioni addita *t*).

§. CXXXII.

extraiudiciali notandum ?

Confessio extraiudicialis, quæ (a) præsentē aduersario, (b) ex iustis causis, (c) libere facta, & (d) per duos testes in iure probata est, probationem plenam conficit.

TIT.

p) KOENIG *princ. I. signatione patris a matre infantis facta.*
Can. II, 18, 10.

q) c. 1. f. X. h.

s) c. 62. X. *de appell.*

r) STRYK *d. de allegante propriam turpitudinem* E. A. STRYK *de de-*

t) SCHOEPPF. *d. de confess. qualificata.*

TIT. XIII.

DE

PROBATIONE.

§. CXXXIII.

Probatio est actus, quo de facto dubio *Probatio iudici fit fides legitima.

* Eo nimirum, a cuius circumstantiis dependet litis decisio. arg. c. 8. X. de except.

§. CXXXIV.

Diuiditur (1) in *artificialem & natura-* uariat.
lem seu *inartificialem*, alia enim argumen-
ta ex facti circumstantiis, alia extrinsecus
petuntur; (2) in *plenam & minus ple-*
nam u), quum modo nihil, modo aliquid
desit probationi; (3) in *regularem & ir-*
regularem, quæ posterior dicitur probatio
ad perpetuam rei memoriam.

§. CXXXV.

De probatione hæ notandæ erunt re-
gula:

- I. Factum dubium probandum est.
- II. Quilibet factum, quo intentio-
nem suam superstruit, probare
tenetur.
- III. Probatio nonnisi in iudicio fieri
potest.

§. CXXXVI.

n) STRYK d. de *semiplena probationis existentia.*

§. CXXXVI.

Factum
dubium

Ex prima (§. pr. 1.) sequitur, ut (1) *facta* ab aduersario negata, quæ neque notoria *x*), neque præsumptione iuris fundata *y*), sunt, itidem (2) *consuetudines* in dubium uocatae, ac (3) *iura partium* probari debeant, non uero (4) *leges z*), earumque obseruantia.

§. CXXXVII.

ab eo, qui
illud adfir-
mat,

Secunda (§. CXXXV, 2.) docet (1) *actorem* actionis uel replicationis, (2) *reum* uero exceptionis uel duplicationis fundamentum demonstrare debere, (3) siue adfirmatiua siue negatiua, definita tamen, propositione usus sit, dummodo (4) pro eo neque præsumptio *a*) neque possessio militet.

* Glossa *negatiuam* uel facti uel iuris uel qualitatis esse statuens, nihil certi proponit uel distincti.

§. CXXXVIII.

suo tempo-
re ita fieri
debet,

Ad tertiam (§. CXXXV, 3.) notes, probationem intra tempus, quod lex statuit uel iudex *, sub pœna desertionis fieri, non tamen absolui, debere. Iudicis, tempus illud determinantis, est, qualitatem causæ locorumque distantiam attendere.

* Quæ

x) c. 3. X. de test. cog. *z*) c. 44. X. de appell.
y) arg. c. un. X. Vi ec- *a*) c. 14. X. de fide in-
cluf. benef. sine deminut. strum.

- Quæ pœna cessat, dum (1) *impedimentum* probatur legitimum, (2) pars, quæ intra tempus non probavit, gaudet beneficio *restitutionis in integrum*, aut (3) pœnam desertionis *remittit* aduersarius. Seyfert T. X. Proc. c. 12. §. 15.

§. CXXXIX.

Licet pro diuersa causarum qualitate ^{ut concludat.} mox grauiora desiderentur, mox leuiora sufficiant argumenta ^{c)}; tamen ea semper requiruntur, quæ concludunt. Hinc u. c. genere probato, hæc uel illa species, quæ nomen a genere diuersum sortitur, probata non uidetur.

§. CXL.

Etiam in Germania (1) tam lex quam ^{Praxis Germanicæ.} iudex uarium tempus probationi statuit, quod (2) alibi a die, quo sententia publicata est, alibi a die, quo publicata uires rei iudicatæ nacta est, currere incipit ^{d)}.

TIT. XIV.

DE

TESTIBVS ET PROBATIONE
QVAE PER EOS INSTI-
TVTIVR.

§. CXLI.

Testis est persona fidem iudici iurato ^{Testes} faciens de probando themate.

§. CXLII.

c) c. 13. X. h.

d) Seyfert c. l. §. 13.

§. CXLII.

Unde has deriuo regulas :

- I. Qui ueritatem dicere potest & uel le præsumitur, testis omni exceptione maior est.
- II. Testis non iuratus nullam fidem facere potest.
- III. In iudicio deponere debet.

§. CXLIII.

quinam in
totum

Ex prima regula (§. pr. i.) consequitur, ut (i) qui factum, de cuius circumstantiis disputatur, plane *nesciunt*, aut infames sunt, aut habentur perfidi, fidem facere nequeant. Hinc ad testimonium ferendum non admittuntur *furiosi, de crimine publico accusati e), hæretici, excommunicati* (lib. III. §. CXIV, 5. d.) *f), infideles, apostatae g), rei læsæ maiestatis, eorumque liberi h), infames i), pretio conducti &c. k).*

§. CXLIV.

uel in tan-
tum sint in-
habiles.

Contra uacillare uidetur fides eorum (3) qui, dum ferunt testimonium, uel *reuerentiam* lædunt, uel *officii* sui rationes. Hinc secundum quid inhabiles sunt (a) laici contra clericos in causis criminalibus l), (b)

e) c. 56. X. h.

f) c. 1. X. de hæret.

g) c. 24. C. 2. q. 7.

b) c. f. de pen. in 6ro.

i) c. 9. C. 3. q. 5.

k) c. 9. X. h.

De testib.
D), (b) liberet
sine agens
centi agunt
fisti in c.
LXVI. b.)
de qua sermo
note XIV. a.
mi satis exp
ti; (6) qui
do suspecti
ducto immi
centis fami
ducti g),
lit (a) de
aut (3) de
beri nequ
fuerunt in
negotiorum
causa contr
sociis crim
ter agatur
Per teste
l) c. 14. X.
m) sup. c. 6.
sive fil. can.
n. 6.
n) c. 12. X.
o) c. 1. C.
p) c. 4. C.
X. de sum.
q) c. 1. C.

l), (b) liberi contra parentes, (c) monachi sine superioris licentia m), (d) clerici in causa sanguinis, & (e) sacerdotes in causis sibi in confessione reuelatis (lib. II. §. LXXVI. b.) n) deponentes; (4) qui rem, de qua sermo est, non satis intelligunt, utpote XIV. a. minores o); (5) qui sensa animi satis exprimere nequeunt, ut surdi, muti; (6) qui de falso dicendo quodammodo suspecti sunt. Huc referunt (a) producto inimicos p), (b) eos, qui de producentis familia contra extraneos sunt producti q), nisi testimonium perhibendum sit (a) de eo, quod domi gestum est r), aut (3) de illa re, cuius ueritas aliter haberi nequit; (c) eos, qui in eadem causa fuerunt iudices, aduocati, procuratores, negotiorumue conciliatores s); (d) qui ex causa controuersa sperant commodum t); (e) socios criminis in causa simoniae, nisi ciuili- ter agatur u).

§. CXLV.

Per testes probaturus articulos x), quos Ubi artic.

CON. probat.
sunt oblati

- | | |
|--------------------------------|-----------------------------|
| l) c. 14. X. h. | X. h. |
| m) arg. c. 6. X. h. SAN- | r) c. 10. X. de probat. |
| NIG schol. can. II, 20. c. 2. | STRYK d. de domesticis. |
| n. 6. | s) c. 38. C. 2. q. 6. c. 6. |
| n) c. 12. X. de penit. | X. h. c. 4. eod. in 6to. |
| o) c. 1. C. 4. q. 2. | t) c. 3. §. 2. C. 4. q. 2. |
| p) c. 2. 4. C. 3. q. 5. c. 32. | u) c. 1. h. in 6to. |
| X. de simon. | x) c. 42. X. h. |
| q) c. 1. C. 3. q. 5. c. 24. | |

concepti claros, *breues*, certos, pertinentes, concludentes singularesque, iudici intra terminum probatorium* offerre, testes nominare ** y). & simul hoc petere debet, ut productionis terminus ponatur, ad eumque citentur productus testesque.

* Qui si positus non fuerit, testes usque ad conclusionem in causa produci queunt. Quid? quod probaturo licet tertia, immo, sub solemnitate tamen legali, quarta uice novos testes denominare & producere.

** Post denominationem testium ut adscribatur *directorium*, satius, non tamen necesse, est. Eo enim non addito, iudex testes rogat ad omnes articulos.

§. CXLVI.

ponitur
productio-
nis termi-
nus, quo

Quo facto iudex ponit *terminum*, post-
tumque notum facit producto testibus-
que, quos citat, *illum* scilicet ad uiden-
dum produci & iurare testes, nec non ad
dandum, si uelit, interrogatoria*, *hos* ue-
ro** ad deponendum.

* Quæ ut eo facilius concipere possit, ad eum trans-
mittuntur probatoriales articuli. c. 2. h. in 610.

** Hi sepe aliene iurisdictioni subsunt. Quo casu
eorum iudex competens requirendus est, ut
examea instituat legitime.

§. CXLVII.

testes pro-
duci

Probaturus testes, quos denominauit (§. CXLV.), in termino, siue præsentés sint siue absentes, sub pœna amissionis produ-
cere,

y) c. 2. h. in 610.

cere, atque, ut iureiurando adstringantur, & ad articulos rogentur, petere debet. Productus contra testium personas excipit, simulque exhibet *interrogatoria* tam generalia quam specialia z), quæ tamen, si impertinentia sint, iniuriola aut captiosa, reiiciuntur.

* Ægroti, senes, summa paupertate pressi, & ita privilegiati, domi examinandi sunt. c. 8. X. h.

§. CXLVIII.

Testes nominati & producti, ubi fideiureiurandi digni sunt, ad iussum iudicis debent (1)^{do} adstringi *iurare* (§. CXLII, 2.) a), nisi productus iusiurandum remiserit, & causa, in qua producuntur, sit privati arbitrii b); (2) *testimonium perhibere*, si uel maxime de hoc non ferendo antea iurauerint c). Quod si uero contumaces sint, censura aliqua ecclesiastica compelluntur.

§. CXLIX.

Testes, remotis partibus, rogat iudex ad rogarum articulos (§. CXLV.) pariter atque ad interrogatoria (§. CXLVI.) d), & quidem (a) figillatim e), nec non (b) ita, ut a quolibet rogatorum categoricam responsionem exigat; alias examinis repetitione opus est.

Engau ius eccles.

Nn

§.CL.

z) c. 2. 41. X. h.

a) c. 20. C. 3. q. 9. c. 51.

X. h.

b) c. 39. X. h.

c) c. 18. X. h. c. 1. X. de

test. cogend.

d) c. 2. h. in 670.

e) c. 52. X. h.

§. CL.

eorumque
dicta publi-
cari debent.

Examine rite peracto, dicta testium in monumenta publica *f*), uel, ut hodie moris est, in *rotulam g*) debent redigi. Hic ad instantiam producentis publicatur. Qua publicatione facta, nulli testes super iisdem aut directo contrariis articulis amplius produci queunt *h*), ne quidem in adpellationis instantia *i*).

TIT. XV.

DE

INSTRUMENTIS ET PROBATIONE QVAE PER EA INSTITVITVR.

§. CLI.

Instrumen-
ta, quae

Instrumenta sunt scripturae, quae fidem iudici de facto dubio faciunt *k*).

§. CLII.

r. in publi-
ca &

Diuiduntur (1) in *publica & priuata*. Illa dicuntur (1) quae a persona publica legitime condita *l*), (2) sigillo quodam authentico corroborata *m*), aut (3) ex archiuo publico deprompta sunt *n*), utpote
acta

f) c. 41. 43. 50. X. h.

g) R. I. de A. 1654. §. 52.

h) c. 19. 25. 46. X. h.

i) c. 17. X. h.

k) c. 10. X. h.

l) c. 2. 5. 15. X. de prob.

c. 9. X. h.

m) c. 2. h. ibique GON-
ZALEZ.

n) c. 13. X. de praeser.

acta iudicialia o), notariorum* instrumenta, libri parochiales de actibus parochialibus testantes p) &c.

* Ab hæreticis condita non valent. c. 13. X. de hæret.

§. CLIII.

Instrumenta priuata, quæ (a) aduersarii priuata, aut (b) testium subscriptione, uel (c) antiquitate temporis munita sunt q), itidem (d) quæ ex consuetudine fidem publicam consecuta sunt r) &c. publicis quodammodo æquiparantur.

§. CLIV.

Diuiduntur porro (2) in authentica & 2. in originalia & transumpta, quorum hæc nihil plane probant, nisi (a) de re antiqua loquantur, transumpta & sintque suffulta aliis adminiculis s), aut (b) diuiduntur ex instrumento, quod authenticum cognouit iudex, descripta a persona publica, presentibus iis, quorum interest t).

§. CLV.

Per instrumenta probaturus (1) eorum ubi rite copias iudici, coram quo lis est (§. CXLII, sunt producta, 3.) u), tradere, simulque (2), ut cum aduersario communicentur, petere, nec non

N n 2 (3) eo-

o) c. 11. X. de probat.
p) Conc. Trid. sess. XXIV, de ref. matr. c. 1.
q) c. 13. X. h.
r) c. 9. X. cod.

s) c. 13. X. de probat.
t) c. f. X. h. BECK de copia uidimata. WIESTNER h. art. 2. nr. 25. seq.
u) c. 4. X. h.

(3) eorumdem *originalia* in termino probatorio * realiter, & quidem, prout causæ qualitas postulat, uel in totum uel in tantum x), producere debet. Post terminum probatorium nulla, dissentiente aduersario, produci queunt, nisi nouiter reperia y).

* Cui nullus terminus probatorius positus, cuius iura dant beneficium restitutionis in integrum; ille usque ad conclusionem in causa instrumenta potest producere, c. 9. X. h.

§. CLVI.

Producta aduersarius, uel ipse uel per procuratorem speciali mandato instrumentum, quod ad contenta & subscriptionem simul, *recognoscere* aut *diffiteri* debet, ni docere uelit, instrumenta (a) falsa z) aut (b) indiscreta a) esse, eaque (c), quæ legi nequeant b), sicque ea, quæ recognita non profint. Porro excipere potest (d) quod instrumenta sint rasa & cancellata c), (e) dicis causâ scripta, (f) referentia sine relatis producta, (g) siue contraria d), (b) die & consule desinituta &c.

§. CLVII.

x) c. 5. X. h. Seyfart de instrumentis indiscretis. c. l. c. XIV. §. 22. seq. b) c. 6. X. h. Ill. BOEH-

y) c. 4. X. de except. Gottwalt d. de instrum. legibilibus. MER d de scripturis non

nouiter reperia. c) c. 3. 6. X. h.

z) c. 4. 10. X. h. d) c. 13. X. h.

a) ENGELBRECHT

§. CLVII.

Actor reo, & hic illi edere debet instrumenta (1) *communis* e), (2) petentis *propria*. Præterea (3) actor reo instrumenta, quibus ad probandam defensionem, (4) reus uero actori ea, quibus ad probandam replicam opus est, edere compellitur. Sic quoque ab actore reo, & a reo actori edenda sunt (5) ea instrumenta omnia, sine quibus ueritas haberi nequit.

Instrumentorum editio.

§. CLVIII.

In Germania (1) instrumentis publicis æquiparantur priuata *testium subscriptione* firmata f), (2) instrumentum a notario, huius uel illius religionis adprobata socio, conditum tanquam ab hæretico confectum impugnari nequit; (3) plerisque locis moris est, ut factum ex instrumentis probandum redigatur in articulos, quibus sub pœna desertionis instrumentorum producendorum copiarum * iungi debent; (4) alibi nullius, alibi immatriculati tantum notarii instrumenta ualent g).

Praxis Germanicæ.

* *Inductio & specificatio* documentorum, quibusdam utilis tantum, aliis necessaria uidetur esse.

N n 3

TIT.

e) c. 12. X. eod.

f) R. I. de A. 1512. tit.

von Notarien.

g) Seyfert c. l. §. 3.

TIT. XVI.

DE

IUREIURANDO.

§. CLIX.

Iusiuran-
dum, quod **D**e iureiurando, quippe per quod mox fit, mox perficitur, mox diluitur probatio, iam differendum erit. Est uero illud actus religiosus, quo quis sub inuocatione dei uindictis aliquid asseuerat serio.

§. CLX.

solemniter
præstan-
dum, Unde sequitur (1) ut sola *obtestatio* iusiurandum non conficiat; (2) ut iuraturus uti debeat *formula*, quæ deum in uindictam inuocari satis innuit; (3) ut causa iurisiurandi sit ecclesiastica. Voluerunt etiam canones (4) ut *solemnis b)* & (5) ad *reliquias sanctorum i)*, quatuor euangelia *k)* &c. directa adhibeatur, nec (6) nisi a *ieiunis l)* iuretur.

§. CLXI.

diuiditur
in promif-
forium &
adsert.
Illud Iusiurandum in *adsertorium* & *promissorium* diuiditur. Huic pactum subest. Unde consequitur, ut præstari nequeat (1) ab eo, qui arbitrio *discretionis*, uel libera *uoluntate* destituitur; (2) de *re* uel naturaliter

b) LVDOVICI d. de C. 35. q. 6.
solemn. iuram.

k) c. 9. C. 1. q. 7.

i) c. 12. C. 22. q. 1. c. 9.

l) c. 16. C. 22. q. 5.

ter uel moraliter *impossibili*. Id quod etiam papa statuit, habens ualidi iurisiurandi comites *iustitiam, iudicium, ueritatem m)*. Hinc ex illo iureiurando, quod (*a*) dolo, ui aut metu adactus, uel (*b*) contra bonos mores *n)*, pietatem, religionemue *o)*, uel (*c*) in præiudicium tertii *p)*, præstitisti, obligaris minime.

§. CLXII.

Ex eodem porro constat (3) iusiuran-^{strictissima} dum *strictissime interpretandum*, nec ad in-^{interpret.}terpretatam *q)* extendendum esse; (4) illud [&] *remitti posse* ab eo, cui facta est promissio.

§. CLXIII.

Et quia iuriurando promissorio subest pactum, mox principale mox accessorium: notes uelim, hoc (1) sequi naturam illius, ad quod accedit, sicque (2) corruere obligationem inde ortam, ubi principalis corruit; (2) uim *certiorationis* non habere, nec (3) supplere *defectum solemniium*, nec (4) tollere *conditiones* conventioni principali tacite subesse solitas *r)*, sed (5) proprias adhuc continere *s)*.

N n 4 §. CLXIV.

m) c. 26. X. h.

n) c. 5. §. C. 22. q. 4. c. 18. seq. C. 22. q. 5.

o) WIESTNER c. I. art. 4. nr. 48. seq.

p) c. 28. X. h.

q) c. 20. X. h. WIEST-

NER c. I. art. 7. BAR-
BOSA *collect.* To. I. p.
146. n. 7. seq.

r) WIESTNER c. I. art. VII. nr. 89. seq.

s) FIRHING *meth.* I. *Cau.* II, 24, 119. seq.

§. CLXIV.

uarii generis est:

In promissoriis sunt (1) *iuramentum fidelitatis*, a quo ne prælati quidem immunes sunt t), (2) *uasfallagium* &c.

§. CLXV.

Adfertorium est

Iusiurandum adfertorium, quod in iure præstatur, uariat, aliud enim præstant testes, litigantes aliud. Hoc, quia mox ad instantiam unius litigantium, mox ex officio deferretur, in *uoluntarium* & *necessarium* diuiditur.

§. CLXVI.

uel uoluntarium, quod

Rem tibi probandam ubi non probasti u), aduersarii conscientia & pudori relinquere potes, dummodo sis liber rei non probatae arbiter. Iurisiurandi enim delationi subest transactio. Unde iusiurandum deferre nequis (a) in causis publicis, beneficialibus x), criminalibus y), contra matrimonium z) &c. (b) per *procuratorem*, nisi speciali mandato instructum a).

§. CLXVII.

aut acceptandum,

Pars aduersa iusiurandum, quod ei delutifisti & probauit iudex, uel *acceptare* & præstare uel *referre* debet b). Delatum ac-

1) IDEM c.l. nr. 14. seq. *re iudic.*

u) c. 2. X. *de probat.*

x) c. 18. X. *de transact.*

y) c. f. X. h.

z) c. 7. X. *de sentent.* §

a) c. 4. *de procurat.* in
6to.

b) c. f. X. h.

e) c. 3.
confess. in
d) l. 1.
d. de relator.
e) c. 3. h.
11118

acceptantis est petere, terminum poni, quo illud præstet, statim atque deferens de calumnia iurauerit. Qui sibi delatum iusto tempore non acceptat, aut in termino, quo iurandum est, non comparet, iurare nolens, ille uero, qui acceptatum præstare recusat, confessus & conuictus c) habetur.

§. CLXVIII.

Iusiurandum, quod super facto communi delatum est, referri potest, dummodo referatur eadem forma, qua delatum d). Sic relatam necessario præstandum est.

§. CLXIX.

Iusiurandum, quod aduersario tuo detulisti, hicque acceptauit, reuocare nequis, nisi probare uelis, hunc per iurium commissurum esse e).

§. CLXX.

Iusiurandum, quod alteri litigantium uel iudex defert ex officio, uel in litem est f), uel calumnie, de quo supra (§. CXIV.) uel in litem diximus, uel litis decisioni uiam parans. Illud uel de ueritate uel de affectione uel de interesse singulari præstatur g), datque

N n 5 locum

c) c. 38. X. h. c. f. de en. 27.

confess. in 6to. f) c. 7. X. de iniur. &

d) LAVTERBACHII damno dat.

d. de relat. iurisi.

e) c. 5. seq. C. 22. q. 5. g) PIRHING c. I. II,

29, 19.

RIVINVS tit. XVIII.

locum appellationi, querela de periurio, aliisque exceptionibus.

§. CLXXI.

uel supple-
torium

Iusiurandum, quod defert iudex, ut litem decidere possit (§. pr.), in *suppletorium b*) abicit & *purgatorium*. Illud deferretur ei, qui semiplene probavit, dummodo causa in iudicium deducta non sit maior & ardua.

§. CLXXII.

uel purga-
torium di-
citur esse.

Purgatorium, quo reus a suspicionibus se liberat, in causis criminalibus solemniter præstandum est. Olim præstabatur super reliquiis martyrum & adhibitis compurgatoribus * *i*). Plerumque dicitur *purgatio canonica ***.

* Hi debebant esse fide digni, c. 7. II. X. *de purg. can.* &, dum sacerdos se purgare tenebatur, eiusdem ordinis, c. 10. X. eod. Numerus eorum differebat pro diversa qualitate cause in iudicium deductæ, atque suspicionis contra reum militantis.

** A qua differt *purgatio vulgaris*, pontificibus odiosa. Ad hanc referuntur iudicia aquæ calidæ & frigidæ ESPEN I. *Eccl.* p. III. tit. 3. c. 4. nr. 3. seq. *purgatio* per ferrum candens seu uomeres ignitos, per panem execratum, per crucem, per duellum, per lancem & stateram, per rogam accensum &c. *Elem. I. Crim.* lib. II. tit. XVIII.

§. CLXXIII.

b) c. f. X. h.

III. tit. 8. c. 4. nr. 43. seq.

i) ESPEN I. *Eccl.* p.

§. CLXXIII.

Denique notandum (1) quod quibusdam temporibus iurare nemini liceat *k*); (2) quod heredes & suecessores ex testatoris & decessoris iureiurando uix sint obligati *l*); (3) quod iusiurandum purgatorium iudæo contra christianum deferri nequeat; (4) quod iusiurandum ita accipiendum, sicut ille, cui iuratur, intelligit *m*).

§. CLXXIV.

In Germania (1) *formula iurisiurandi* Usus in plerumque LL. provincialibus determinata, & (2) ab omnibus, quorum religioni non contrariatur, seruanda est; (3) ignorantur *compurgatores*; (4) iuratur auf Gott und das heil. Evangelium *n*); (5) quibusdam in locis non licet iurare per *procuratorem*, ne quidem speciali mandato instructum; (6) iuraturum iudex *monere* debet *de uitando periurio* *o*); (7) in Saxonia actori, ante L. C. puram, reo uero super exceptionibus peremptoriis, quouis tempore iusiurandum deferre licet; (8) ubique fere quouis anni tempore iuramenta prastari possunt.

§. CLXXV.

- k*) c. 17. C. 22. q. 5. nr. 3.
l) PIRHING c. l. sect. n) R. I. de A. 1553.
 §. 106.
m) c. 9. C. 22. q. 5. o) STRYK *de cautel. iuram.* p. II. sect. 2. nr. 66. seq.
 BRVNNEM. ad reg. 57.

§. CLXXV.

Probatio
pro exone-
randa con-
scientia.

Præterea (9) iurisiurandi delati præstatio declinari potest *probatione pro exoneranda conscientia*, quæ reprobationem, & quod inde sequitur, interrogatoria specialia respuit, atque intra terminum, quem lex posuit, uel iudex, peragenda est. De qua probatione hæc etiam quin adducam me temperare nequeo: quod (a) facta, super quibus iusiurandum delatum est, ne utique uero exceptiones *in articulos redigi*, & (b) *testes* eodem modo, ac in ordinaria probatione, produci debeant; (c) quod, qui probationem *deseruit*, nullibi, (d) is uero, qui *conscientiam* probatione *non exoneravit*, plerisque in locis adhuc se iureiurando purgare possit p).

TIT. XVII.

DE

PROBATIONE PER OCULAREM INSPECTIONEM.

§. CLXXVI.

Ocularis
inspectio

Quandoque *probatio per ocularem inspectionem* suscipitur. Id quod quouis iudicii tempore, etiam in executionis termino, fieri potest.

§. CLXXVII.

rite facta

Hæc probatio, siue sola fit, siue cum aliis

p) Seyfert c. l. c. 15, §. 23. seq.

aliis coniuncta*, ita fieri debet: ut (1) iudex (2) per peritos in arte *q*), eosque (3) probos, & (4) iureiurando ad hunc actum fideliter peragendum adstrictos, (5) præsentibus, saltim citatis, iis, quorum interest, (6) rem, de qua dubium est, inspiciat. Periti, quod inspiciendo cognouerunt, ad acta referre, relationisque rationes reddere debent.

* Hoc casu articuli formandi sunt, nec locus negari potest disputationibus.

§. CLXXVIII.

Probatio per inspectionem ocularem *ri*-quid effi-
te & legitime facta omnes alias superat *r*), *ciat*?
nec contraria probatione elidi potest *s*).

TIT. XVIII.

DE

PRÆSUMTIONIBVS.

§. CLXXIX.

Supereft probatio artificialis (§. CXXXIV.) De præ-
seu ea, quæ fit per *præsumtiones*. Di-
sumtione,
citur autem præsumtio, coniectura ex cir-
quæ
cumstantiis facti legitime desumpta.

§. CLXXX.

q) WIESTNER c. l. II, & *conf.* 190. nr. 1.
19, 26. *s*) BOEHMER *Consul.*
r) PIGNATEL. To. II, p. II, *conf.* 898. nr.
LI To. I. *consul.* 86. nr. 9. 8. 9.

§. CLXXX.

dicitur esse
uel

Præsumtio (1) quia uarios gradus habet, a quibusdam Dd. in *temerariam*, *probabilem*, *uiolentam* & *necessariam* t), atque (2) quia mox nititur, mox desinitur canonum auctoritate, in præsumtionem *iuris* & *hominis* diuiditur.

§. CLXXXI.

hominis,
uel

Præsumtio *hominis* non efficit probationem, sed probaturum tantum adiuuat. Quare semper admittit probationem contrarii.

§. CLXXXII.

iuris, & hæc
iterum, uel
iuris tan-
tum,

Præsumtio *iuris*, prout enuntiatiuis aut dispositiuis uerbis legum nititur, *iuris tantum*, aut *iuris* & *de iure* dicitur esse. Illa (1) facit, ut is, contra quem militat, (a) probationem suam iureiurando supplere nequeat, & (b) ad id, ut aduersario pauperi sumtus processus & alimenta fuggerat, adstringatur u); (2) ueritati cedere debet x).

§. CLXXXIII.

uel iuris &
de iure,

Præsumtio *iuris* & *de iure* habetur ueritas, proptereaque respuit omnem probationem contrarii. Qui hanc admittunt, con-

t) CORVINUS *Eroz.* c. XVII. §. 7.
I. *Can.* III, 20, 4. seq.

x) ESPEN *I. Eccl.* p. III.

u) Scygart *cit. loc.* tit. 7. c. 3. n. 23. fq.

confundunt præsumtionem iuris & de iure cum præsumptione iuris tantum, ut uel exemplum WIESTNERI *y)* docere potest. Illud lubens concedo, quod nihil impediatur, quo minus negetur illud, cuius qualitatem hanc uel illam præsumunt canones.

§. CLXXXIV.

Hæc quoque notatu digna sunt: (1) quæ sint quod præsumtio iuris & de iure nascatur u. c. ex re iudicata *z)*, desponsatorum coitu, facto uoluntati declaratae contrario *a)* &c. (2) quod iura præsumant, (*a*) naturalia *b)*, & legalia inesse subiecto; (*b*) rem in eodem statu adhuc esse, quo fuit antea *c)*; (3) quod ex præsumtionibus in iudicio criminali nemo condemnari queat *d)*; (4) quod quandoque ex præterito præsens, quandoque ex præfenti præteritum præsumere liceat *e)*.

TIT.

y) c. l. II, 23. art. 4.

X. de scrutin. in ord. fac.

z) c. 13. 15. X. de sent.*c)* c. 6. 15. X. h. c. 47.

de re iudic.

de R. I. in 6to.

a) c. 6. X. de condit.*d)* c. 14. X. h.

appos.

e) CANISIVS ad X. in*b)* c. 2. 12. 16. X. h. c. un.

oper. p. 124.

TIT. XIX.

DE
REPROBATIONE.

§. CLXXXV.

Reprobatio **R**eus, prout illud quod intentioni actoris contrariatur, aut exceptiones peremptorias L. C. subiunctas, probavit, uel directo, uel per indirectum reprobasse dicitur.

§. CLXXXVI.

quomodo & Reprobatio per testes, instrumenta, iurisiurandi delationem & præsumptiones eodem modo suscipitur, quo probationem suscipi debere diximus.

§. CLXXXVII.

quando suscipienda? *Reprobatio directa* ante publicata testimonium dicta debet *f*), *indirecta* uero etiam post sententiam super probatione latam potest suscipi.

§. CLXXXVIII.

Reprobatione uti nequit, qui iusiurandum detulit, quod alter præstitit, aut declinavit, dum probando exoneravit conscientiam (§. CLXXXV.).

§. CLXXXIX.

Ufus in Germania, In Germania (1) nimis uariat tam fatale re-

f) c. 26. X. de test.

reprobationis, quam terminus, a quo illud computandum est; (2) inter reprobationem directam & indirectam plane non distinguitur; (3) reprobatio reprobationis non admittitur, nisi reus reprobationi suae noui quid inseruerit g).

TIT. XX.

DE

PROBATIONE AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

§. CXC.

Irregularis probatio (§. CXXXIV, 3.) est, Probatio in qua fit (a) ante L. C. (b) in perpetuam rei memoriam*, (c) per testes aut per instrumenta b). perpet. rei memoriam

* Itaque differt ab examine testium, quod pro informatione susceptum est.

§. CXCI.

A reo semper & indistincte, ab actore a quo uero tunc demum suscipi potest, si metuat, ne sibi testimonium pereat propter morbum uel absentiam testium i). a quo &

§. CXCII.

Qua probatio eodem modo suscipitur, quomodo quo regularem fieri debere diximus (§. CXXXVI. seq.), V. c. aduersarius citetur suscipiatur?

Engau ius eccles. O o ad

g) R. I. de A. 1654. c. 5. X. Ut lite non contest. §. 37. seq. i) R. I. de A. 1600. b) c. 41. 43. X. de test. §. 132.

ad uidendum coram iudice litis futura competente produci & iurare testes, nec non ad dandum, si uelit, interrogatoria (§. CXLVI.) *k*), nisi præsens in mora sit periculum, aut producti copia haberi nequeat. Quo factio testium examen instituitur, eorumque dicta rediguntur in rotulum (§. CL.), tempore, quo probatio ordinarie facienda est, publicandum.

TIT. XXI.

DE

PROBATIONVM EFFECTIBVS
ET COLLISIONE.

§. CXCIII.

Effectus
probatio-
nis specia-
lim

Probatio (1) ubi *plena* est, fidem facit iudici, & illud, ut pro probante feratur sententia. Unde regula: actore non probante absolvitur, probante uero, condemnatur reus. Quodsi (2) *minus plene* tantum probauerit actor, locus dandus est uel suppletorio (§. CLXXI.), uel purgatorio (§. CLXXII.); (3) quæcunque sit, efficit, ut statim a productione communes sint testes, communia instrumenta.

§. CXCIV.

per testes

De probatione per *testes* nota: (1) quod
duo

k) c. 41. X. de test.

duo omni exceptione maiores de ipso facto deponentes plene probent, nisi lex adsit, plures expressis uerbis requirens *l)*; (2) quod *unus testis*, nullus testis, quamuis (a) moribus semiplenam probationem efficere uideatur, & (b) plenam efficiat, dum (a) ui officii deposuit, (β) unius testimonium qualitas causæ exigit *n)*, uel (γ) admittit uoluntas partium *o)*.

§. CXCIV.

Instrumenta *priuata* nihil probant, nisi ^{instru-} ab aduersario producta, aut aliis admini- ^{menta} culis suffulta sint; *publica* uero plene probant, nisi legitimis exceptionibus elisa sit eorum uis probandi.

§. CXCVI.

Qui *iureiurando* legitimo se purgauit, aut alio absoluendus est, (b) is autem, qui eo pro- modo re- bationem suam reddidit plenam, euadit ^{gulariter,} uictor; (c) contra præstationem iuris i- uel randi ab aduersario delati, aut (d) *pro- bationem pro exoneranda conscientia* non datur locus reprobationi (§. CLXXV. CLXXXVIII.). Probatio per *inspectionem* omnes alias superat (§. CLXXVIII.); ea uero, (f) quæ per *præsumptiones* facta est, uaria efficit, pro præsumtionum uarietate.

O o 2

Ubi

l) c. 5. 10. 23. X. de test. *bar. plena per unum testem*
m) c. 23. 28. 47. X. cod. c. 3.
n) HORN d. de pro. *o)* IDEM c. d. c. 4.

Ubi enim præsumptio est iuris tantum, onus probandi in aduersarium deuoluit (§. CLXXXII.); si iuris & de iure, efficit ueritatem (§. CLXXXII.).

§. CXCVII.

inperpetuam rei memoriam facta. Probatio in *perpetuam rei memoriam* facta (1) non impedit, quo minus adhuc alia probatio queat suscipi; (2) operatur fidem quod ad reum in perpetuum, quod ad actorem uero, ad annum, si eam reo absente susceperit p).

§. CXCVIII.

Collisio testium inter se. Dum *testes* colliduntur, iudex, quis meliorem probationem efficiat? cogniturus, omnium & singulorum qualitatem, dicta horumque rationes probe attendere debet q), quum non testimoniis, sed testibus fides habenda sit. Quandoque eorum numerum r) & dignitatem attendere potest.

§. CXCIX.

testium cum documentis. Quia sæpe testes loquuntur aliud, aliud documenta, sciendum est (1) in probatione negotii cuiusdam publici, ætatis, rerum antiquarum, earumue, quæ scriptura expediuntur, documenta præferri testibus

p) c. 5. X. *Ut lite non contest.* §. 13. sq.

q) BOEHMERI d. X. *de test.* r) c. 9. X. *de probat.* 32. de *collisone probat.* c. 1.

bus s); contra (2) documenta fide superant testes instrumentarii, adfirmantes ea falsa, aut aliter res actas atque scriptas esse t).

§. CC.

Si instrumenta utrinque producta collidantur, publica priuatis præferenda; & si utraque eiusdem farinae, diiudicandum est, sint contradictoria, an derogatoria; illa enim omnia & singula sua fide destituuntur, horum uero ultimum attenditur u).

instrumentorum &

§. CCI.

Quando præsumptiones sibi inuicem contrariantur, fides habenda erit (1) specialiori, (2) uiolentæ, (3) ei, quæ naturæ negotii, aut ueritati magis conuenit, uel (4) pluribus rationibus instructa est x).

præsumtionum.

§. CCII.

Si utrinque æqualis probatio facta, contra illum pronuntiandum est, qui probare debuit y), nisi illius causæ iura moresue faueant z).

s) BOEHMER c. d. sione præsumt. c. 2. §. 7. sq.
 c. 2. HOMBERGK d. de con-
 r) IDEM c. l. §. 13. seq. curs. præsumt. §. 31. sq.
 u) IDEM c. d. c. 3. y) c. 3. X. de probat.
 x) IDEM d. de colli- z) c. f. X. de sentent.

TIT. XXII.

DE

ORDINE COGNITIONVM.

§. CCIII.

Ordo cog-
nitionum

Vt concurrentium quæstionum confu-
sio euitetur *a*), seruandus est ordo
cognitionum, seu modus, quem plures
quæstiones, præsertim inter eosdem mo-
tas, examinaturo præscribunt canones.

§. CCIV.

quisnam
seruandus?

Est autem hic: quod præferenda sit
causa (1) quæ alteram perimit *b*), aut eo
facilius cognoscendam & decidendam ef-
ficat *c*); (2) quæ maior est *d*), nisi ex mino-
ris decisione diiudicari debeat; (3) quæ
prius est proposita, si utraque principalis
sit, nec una præiudicet alteri; (4) quæ in-
cidens est, & ad aliud forum pertinet *e*).

§. CCV.

Quodsi (5) duæ quæstiones se inuicem
non contingentes diuerso modo proposi-
tæ fuerint, uidendum est: num una per
modum conuentionis, altera per modum
reconuentionis, an uero una per modum
actio-

a) c. 3. X. h.*b*) c. 1. X. h.*c*) c. 2. X. cod.*d*) WIESTNER h.
nr. 5. sq. KOENIG princ.

I. Can. h. §. 8.

e) HERTII d. de or-
dine causarum in iudicio
tractandarum. STRYK d.
de causa incidente.

actionis, altera per modum exceptionis in iudicium fuerit deducta. Illo casu, utraque quaestio simul cognoscenda est; hoc uero, ordo cognitionum uariat pro uaria exceptionis oppositae indole, uariisque illius priuilegiis f).

TIT. XXIII.

DE

SENTENTIA.

§. CCVI.

Sententia est causa controuersae decisio*, Sententia quam iudex secundum leges & acta facere debet.

- * Huic locus est, ubi in causa concluderunt partes. Qua conclusione facta, nihil facti amplius laudari potest, si causas criminales, matrimoniales & quasdam alias exceperis. WIESTNER *Instit. Canon. h. t. art. 1. nr. 4. seq.*

§. CCVII.

Diuiditur (1) in definitiuam & interlocutoriam, quia mox causam principalem, mox articulum quendam incidentem definit; (2) in sententiam canonis & hominis.

§. CCVIII.

Interlocutoria (§. pr.) subdividitur inquam *simplicem* & *mixtam*. Haec dicitur, quae principali negotio obest, & grauamen infert, quod reparari nequit.

O o 4

§. CCIX.

§. CCIX.

ubi legitime &

Sententia, quæcunque fit (§. CCVII. seq.), debet respondere (1) legibus *g*), (2) actis & probatis *b*), (3) libello, quod ad obiectum & causam petendi *i*). Sit porro (4) certa (5) puraque *k*). (6) Rationem ei inferi quandoque sat, immo necessarium, est *l*).

§. CCX.

a iudice concepta, nec non

Sententiam ferre iudicis est. Quodsi pluribus competat causam cognoscendi & diiudicandi potestas, pluralitas uotorum attendenda erit. Sin paria sint uota (*a*) *ordinariorum*, prævalent uota pro reo lata, nisi actoris causa fauorabilis; (*b*) *delegatorum*, quænam ualere debeat, dependet a delegantis arbitrio; (*c*) *arbitrorum*, neutra tenet *m*).

§. CCXI.

solemniter publicata est,

Sententia legitime (§. CCIX. seq.) & (1) in scriptis concepta (2) partibus, præuia citatione *n*), (3) a iudice pro tribunali sedente *o*), (4) die *p*) non feriato *q*), publicari debet.

§. CCXII.

- | | |
|---------------------------------------|--|
| <i>g</i>) c. 1. 8. X. h. | art. 4. nr. 39. |
| <i>b</i>) c. 13. X. h. | <i>m</i>) c. f. X. h. |
| <i>i</i>) c. 32. X. <i>de rescr.</i> | <i>n</i>) Clem. 2. h. |
| Clem. 2. §. Verum <i>de</i> | <i>o</i>) c. f. h. in <i>6to</i> . |
| <i>V. S.</i> | <i>p</i>) c. 13. X. <i>de offic. deleg.</i> |
| <i>k</i>) c. 29. C. 2. q. 6. | <i>q</i>) ESPEN I. <i>Eccl. p.</i> |
| <i>l</i>) W I E S T N E R h. | II, tit. 17. c. 4. n. 6. |

§. CCXII.

Rite concepta & solemniter publicata post X. dierum spatium vires rei iudicatae consequitur *r*), habetur veritas, atque constituit inter partes ius, etiam in alio iudicio attendendum *s*). Tertio autem neque nocet neque prodest.

vires rei
iudicatae
nanciscitur,

§. CCXIII.

Vires tamen rei iudicatae non nanciscuntur (1) sententiae interimificae, (2) criminales condemnatoriae, (3) nullitate laborantes *t*), utpote (*a*) a iudice incompetente *u*), aut (*b*) excommunicato *x*), uel (*c*) haeretico, (*d*) contra canones *y*), aut (*e*) rem iudicatam *z*), (*f*) in praedictum absentis non contumacis *a*), (*g*) ex falsis instrumentis *b*), aut (*b*) falso testimonio *c*) &c. latae, uel (*i*) illegitime publicatae *d*); (4) religioni & pietati praedictum creantes *e*).

O o 5

§. CCXIV.

- | | |
|--|--|
| <i>r</i>) c. 15. X. h. | <i>a</i>) VIVIANVS ration. |
| <i>s</i>) RICHTER <i>consil.</i> p. I. c. I. nr. 22. | <i>iur. pontif.</i> lib. II. p. 149. |
| <i>t</i>) c. 20. X. h. | <i>b</i>) c. 2. X. de except. c. 2. |
| <i>u</i>) c. 24. X. h. GONZALEZ To. I. p. 176, nr. 12. | X. de crim. fals. |
| <i>x</i>) c. 13. X. de haeret. GVTIERREZ <i>quest. can.</i> I, 1, 75. | <i>c</i>) c. 9. X. de test. c. 22. X. h. |
| <i>y</i>) c. I. X. h. | <i>d</i>) c. f. h. in 6to. BOEHMERI d. de sentent. in rem iudic. non trans. |
| <i>z</i>) WERNHER p. X. obs. 299. | <i>e</i>) WIESTNER h. art. V. nr. 73. |

§. CCXIV.

nec retractur.

Sic quoque sententia retractari potest (1) per restitutionem in integrum *f*), (2) per denuntiationem euangelicam *g*), (3) per instrumenta nouiter reperta, ubi sententia lata est in causis publicis, (4) per instrumenta non quidem nouiter reperta, ea tamen, quæ ob impedimentum ab aduersario factum produci non potuerunt.

§. CCXV.

Ufus in Germania.

In Germania iudex (1) terminum inrotationis ponere, & (2) acta ad extraneum aliquod Ictorum collegium transmittere, potest; (3) sæpe sententiam in uim publicati cum litigantibus communicat.

TIT. XXIV.

DE

EXECUTIONE.

§. CCXVI.

Executio

Sententia, quæ in rem iudicatam transit, nec ulla laborat nullitate (§. CCXIII.), nec retractari potest (§. CCXIV.), dari debet *executioni h*).

§. CCXVII.

a quo fiat &

Idque uel a *iudice*, qui pronuntiauit, uel ab

f) c. 6. X. de restit. in contra rem iudic. c. 4. iuregr.

h) c. 3. C. 2. q. 1.

g) STRYK de remed.

ab *alio*. Hic modo solus executor est, modo iudex condemnati ordinarius. Quod notare debet decifurus quæstionem: num executor exceptiones executioni peragenda oppositas cognoscere & diiudicare possit?

§. CCXVIII.

Fit ea hoc modo: (1) ubi *res certa* petita & per sententiam euicta, in eam statim fit executio *i*), nisi tertius, cui hæc præiudicio est, interueniat *k*); (2) ubi *actio personalis* fuit instituta, & reus ad soluendum condemnatus, post aliquam dilationem fit executio in mobilia, immobilia, nomina.

§. CCXIX.

In Germania, siue iudex ecclesiasticus Praxis Germanicæ. requirat secularem *l*), siue secularis ordinarium, requisitus executionem rogatam denegare nequit *m*).

TIT. XXV.

DE

APPELLATIONE.

§. CCXX.

Appellatione impeditur, quo minus sententia uires rei iudicatæ consequatur, de- Appellatio,

i) c. 5. X. de sent. & re de offic. iud. ordin. iudic.

m) R. I. 1654. §. 160. sq.

k) c. 17. X. cod.

l) c. 10. X. de iudic. c. 1. tit. 49.

l) c. 10. X. de iudic. c. 1. tit. 49.

deturque executioni. Est autem *adpellatio*, ab inferiore iudice* ad superiorem illati grauaminis causa intra decendum *n*) facta prouocatio.

* *Adpellatio*, quæ *extraiudicialis* dicitur, plerumque nuda prouocatio ad causam & simplex querela est, non uera adpellatio. c. 5. X. h. Quia de re etiam ad iudicem primæ instantiæ dirigitur. Quia uero ad instar adpellationis proponitur, effectum suspensiuum producit merito. LYNCKERI tr. de grauam. extraiud..

§. CCXXI.

quæcunque
fit,

Quia modo simpliciter modo sub hac uel illa conditione ab inferiore ad superiorem prouocatur: adpellatio in *puram* & *euentualem* seu conditionalem solet diuidi.

§. CCXXII.

Ex descriptione adpellationis (§. CCXX.) has deriuo regulas:

- I. Grauamen in causa est, cur adpellatur.
- II. Grauantis in eadem causa superior adpellandus est.
- III. Sententiam a uiribus rei iudicæ suspendit adpellatio.

§. CCXXIII.

nititur gra-
uamine.

Ex prima (§. pr. i.) sequitur (1) ut a quolibet sententia, tam interlocutoria quam defi-

n) c. 15. X. de sentent. & re iudic.

definitiva, (2) adpellare possint ii, quibus ea grauamen aliquod illatum est; (3) ut grauamine cessante cesset adpellatio o); (4) ut nihil intersit, magnum an uile sit grauamen, nisi lex prouincialis aut mores summam aliquam determinent adpellabilem.

§. CCXXIV.

Non tamen adpellare possunt, quot-Quibus & quot (1) adpellationis medio *renuntiarunt* * uel expresse uel tacite p), aut (2) eo in eadem causa *bis* iam usi q), aut (3) ob *contumaciam* r) uel *confessionem* s) condemnati sunt. Sic quoque non datur locus adpellationi (4) ab apertura testamentorum t), (5) ab edictis perpetuis u), (6) ab executione, uel (7) a disciplinari correctione, nisi modus excedatur x), (8) a grauamine futuro, nisi de hoc iam fatis constet, (9) a rescripti concessione (Prol. §.XCVI.) &c.

* Renuntiatio tamen adpellationis non nocet (1) *renuntiantri*, ubi facta est (a) in causis criminalibus, aut (b) sub conditione, de cuius implemento nondum constat; (2) *tertio*, ubi facta est iniquo & iniusto tempore.

§. CCXXV.

Secunda (§.CCXXII, 2.) docet (1) ces- quos ap-
sare pellare
non liceat ?

o) c. 60. X. h.

s) c. 61. §. porro X. h.

p) c. 20. X. de offic. & potest. ind. del.

t) Grat. §. 17. ad c. 41. C. 2. q. 6.

q) c. 65. X. h.

u) c. 29. X. h.

r) HORN de contumace non adpell.

x) c. 3. 26. 32. X. h.

fare adpellationem, quoties iudex, qui pronuntiando grauamen intulit, superiorem uel non habet, uel ob priuilegium de non adpellando, aut rescriptum clausula: *remota omni adpellatione*, munitum *y*), habere non præsумitur; (2) neque ad *parem* *z*), (3) neque *per saltum* *, (4) neque ab episcopo, qua seculari aut feudali iudice *a*) ad papam &c. adpellandum esse.

* Non tamen deserta est *adpellatio per saltum* facta, sed causa ad intermedium iudicem remittitur. Quodsi uero iudex, ad quem per saltum directa est adpellatio, causam non remisit, sed ipse pronuntiauerit, sententia nulla est, salua tamen adpellatione. c. 66. X. h.

§. CCXXVI.

Quam rite
interpo-
suisti,

Adpellatio rite interponenda, nec non apostolis petitis apud superiorem introducenda & prosequenda est. *Interponi* uero debet (1) intra *decendum* (§. CCXX.), a sententia publicata, aut tempore, quo absens cognouit, quid pronuntiatum fuerit *b*), computandum; (2) a sententia interlocutoria simplici, in scriptis & expressa adpellationis causa *c*), a sententia uero definitiua, & ea interlocutoria, qua uim definitiuae habet, aut damnum irreparabile in-

y) c. 1. X. de rescr. c. 17.
X. de offic. & potest. iud.
deleg.

z) c. 28. §. illo uidelicet.
C. 2. q. 6.

a) arg. c. 7. in f. X. h.

b) c. 8. h. in 610.

c) c. 59. X. h. c. 1. h. in

610.

d) c. 1.
h. eod.

infert, (a) tam uiua uoce quam in scriptis, (b) tam generaliter quam speciatim significato grauamine adpellari potest.

- * Factis quoque interponi potest adpellatio c. 9. X. h. dum u. c. is, cui damnum intulit sententia, intra iustum tempus uel iter ad superiorem tendens ingreditur, c. 2. X. h. uel protectioni superioris se submittit, dummodo seruet ea, quæ seruare debet adpellans c. 34. X. h.

§. CCXXVII.

Apostolos * seu literas, quibus iudex inferior, adpellationem apud se interpositam, testatur, causamque ad superiorem iudicem remittit, intra XXX. d. a tempore latae sententiæ computandos, instanter & sapius, & quidem sub pœna desertionis petere debet adpellans d). Ubi iudex (1) eos denegat, iterum adpellandum est; sin (2) ad illos recipiendos ponat terminum, in hoc adpellans sub pœna desertionis comparare tenetur e).

- * Diuiduntur in reuerentiales, refutatorios, testimoniales & conuentionales.

§. CCXXVIII.

Adpellationis introductio hæc est: (1) adpellans, ubi intra tempus, quod iudex inferior, silente lege, statuit f), (2) libellum adpellationis & grauaminum obtulit, quod sub

d) c. 6. h. in Gro. Clem. 2. eod.

e) c. Clem. 2.

f) c. 4. 26. X. h.

sub pœna desertionis facere debet, (3) petit processus adpellatorios, siue hoc, ut (a) ponatur terminus iustificandæ adpellationis, ad quem *citetur* aduersarius; utque (b) ad iudicem inferiorem mittantur *inhibitoriales** & *compulsoriales***.

* Quæ literæ, ubi a sententia definitiua adpellatum est, statim, sin ab interlocutoria, ab illo demum tempore, quo iudex superior grauaminum ueritatem cognouit, decernuntur. Et nullæ plane dantur, quoties non constat (a) utrum, aut (b) an debite adpellatum fuerit? (c) utrumue ad iudicem adpellatum pertineat adpellationis causa. c. 3. 7. h. in 610.

** Quibus iudex superior iubet, inferiorem transmittere acta primæ instantiæ.

§. CCXXIX.

prosecutus es:

In termino *adpellationis prosequendæ* adpellans, uti pragmatici loquuntur, iustificare debet g) (1) *formalia*, i. e. ad oculum demonstrare, se iusto tempore adpellationem interposuisse, apostolos, prout decet, petiisse &c. (2) *materialia*, i. e. omnium & singulorum grauaminum b) ueritatem, uel ex actis primæ instantiæ, uel ex nouiter deductis* iudicem docere.

* Id quod tamen cessat, ubi a sententia interlocutoria adpellatum est. Tunc enim ex actis prioribus omnis fieri debet iustificatio. Clem. 5. h.

§. CCXXX.

ea producit effe-

Quia sententiam a uiribus rei iudicatæ
suspens-

g) c. 4. X. h. Clem. 6. h.

b) c. 70. X. h.

suspendit adpellatio (§. CCXXII, 3.) sequitur ut executioni dari nequeat. Id quod tamen fallit (a) in causis alimentorum i), aliisque nullam moram ferentibus k), (b) ubi ab interlocutoria factam adpellationem nulla inhibitiō subsecuta est l), (c) ubi executionem secum fert sententia u. c. interdicti (lib. III. §. CXXIV, 3.) m), excommunicationis n). Sic quoque (d) sententia plura capita continens, ubi ab uno uel altero adpellatum est, quod ad reliqua uires rei iudicatæ nanciscitur o).

§. CCXXXI.

Præter effectum suspensiuum (§. pr.) etiam deuolutiuum producit adpellatio. Hinc iudex a quo, ubi in causa procedit, committit attentatum, a superiore per mandata corrigendum p).

§. CCXXXII.

Iudex ad quem sententiam, a qua adpellatum est, uel confirmat uel reformat. Illo casu adpellans in expensas adpellationis condemnatur, & acta ad iudicem primæ instantiæ remittuntur q); hoc uero, Engau ius eccles. P p fit

i) BARBOSA collect. To. I. p. 701. nr. 3.

k) BOEHMERI d. de executione, pendente adpellatione, facienda. GVTIERREZ quest. can. I. 34, 91. seq.

l) c. 3. §. 5. h. in cro.

m) c. 37. X. h.

n) GVTIERREZ c. 16.

II, 16. nr. 23. BARBOSA c. 1. To. VI. p. 140. nr. 1.

o) c. 56. X. h.

p) c. 7. h. in cro.

q) c. 59. X. h.

fit expensarum a partibus litigantibus factarum compensatio, & iudex ad quem executioni dat sententiam.

§. CCXXXIII.

Hæc quoque notatu digna erunt: (1) quod *non adpellans*, ubi protestatus est, quandoque habeatur adpellans *r*); (2) quod *fatalia* non currant (*a*) ubi adpellans impeditur, quo minus ea seruet *s*), aut (*b*) adpellatio per compromissum aut alio modo ab utraque parte litigantium dilata est *t*); (3) quod unius adpellatio pro fit omnibus eadem sententia condemnatis *u*).

§. CCXXXIV.

Ufus hod.

Hodie (1) non ubique discrimen adpellationis ab interlocutoria & definitiua sententia interpositæ (§. CCXXVI, CCXXVIII. CCXXX. b.) attenditur; (2) alicubi sub pœna deserendæ adpellationis (*a*) redimendi sunt apostoli, & (*b*) deponi debet pecunia, in casum succumbentiæ perdenda; (3) adpellatus adpellationi contra totam sententiam, commune grauamen continentem, interpositæ, etiam post decendum, *adherere* potest.

TIT.

r) c. f. X. h.

s) Clem. 4. h.

t) RICHTER *consil.* To.

u) c. 72. X. h.

TIT. XXVI.

DE

RECONVENTIONE.

§. CCXXXV.

Reconuentio est actio, quam reus contra Re-
actorem coram eodem iudice instituit. uentio

§. CCXXXVI.

Quæ, ubi ante L. C. instituitur, gau-
det effectu *simultanei processus*, nisi an re-
conventioni locus sit, demum finita con-
uentione constare possit *x*); sin propona-
tur post L. C., in prima tamen instantia,
iurisdictio tantum prorogatur. Illa *propria*,
hæc *impropria* plerumque dicitur.

§. CCXXXVII.

De *propria* hæc notatu digna iudico: *Quid de*
(1) quod utraque causa in iudicium dedu-
cta eadem *sententia* finiatur; (2) quod *mo-*
odus procedendi in causa conuentionis de-
terminatus, seruari quoque debeat in cau-
sa reconuentionis, sicque (3) adpellatio
ibi remota hic quoque remota censea-
tur *y*); (4) quod *cesset*, ubi causa conuen-
tionis & reconuentionis sunt diuersi com-
matis *z*). Hinc institui nequit (*a*) super
proprietate, ubi conuentio est super pos-

Pp 2

sessio-

x) c. f. X. de mut. petit.

y) c. 2. X. cod.

z) BARBOSA I. Eccl.

To. I. p. 426. nr. 144.

sessione *a*), (*b*) ubi causa conuentionis est liquida, aut (*c*) celerem expeditionem requirens, utpote electionis, alimentorum, spoli &c. En causam, cur Dd. statuunt, reconuentioni nullum locum esse in causa executiua *b*), criminali, adpellationis *c*) &c.

§. CCXXXVIII.

impropria
notandum? Quod ad *impropriam* attinet, ea (1) lo- cum sibi uindicat, etiamsi actor a conuentione destiterit; (2) cessat, ubi iudex conuentionis inhabilis est ad cognoscendam causam reconuentionis. Hinc, qui coram iudice seculari, ciuili &c. egit, in causa spiritali, criminali &c. ibi reconueniri nequit.

§. CCXXXIX.

Quando
utraque
cesset? Neque propria (§. CCXXXVII.) neque impropria (§. CCXXXVIII.) institui potest (*a*) coram arbitro *d*), aut (*b*) ab excommunicato *e*), uel (*c*) spoliatore, qui spolium nondum restituit *f*), uel (*d*) criminis accusato, donec se de eo purgaue- rit *g*). Sic quoque neutrius reconuen- tionis datur reconuentio *b*).

§. CCXL.

- a*) IDEM *collect.* To. I. 1031. nr. 2. 5. 6.
b) WERNHER p. V. obs. 214.
c) KOENIG *princ.* I. *Can.* To. I. p. 274. n. 14. seq.
d) c. 6. X. *de arbitr.*
e) c. 5. X. *de except.*
f) c. 2. X. *de restit. spol.*
g) c. 1. C. 3. q. 11.
h) c. 2. *de rescr.* in 6to.
 BARBOSA c. l. To. I. p. 390. nr. 12.
 GONZALEZ To. I. p.

§. CCXL.

In plerisque foris Germaniæ reconuen- Praxis hodie
tio non admittitur, nisi in causis conne-
xis, & finita conuentione.

TIT. XXVII.

DE

CONTUMACIA, ILLIVS-
QVE POENIS.

§. CCXLI.

Contumacia est obedientiæ a legitime Contumacia
citato *i*) facta derelictio.

§. CCXLII.

Diuiditur in *ueram* & *presuntam*, seu quæ in ue-
in qualificatam & simplicem. Illa *dolus* ram & præ-
dicitur. suntam di-

§. CCXLIII.

Unde ad intelligendum est facile (1) quisnam
contumaciam committi posse tam a liti- reus sit?
gantibus, quam a testibus; nunquam ta-
men (2) commissam uideri, nisi de citatio-
ne rite facta & legitime insinuata ex actis
constet.

§. CCXLIV.

Contumacia punitur uarie. Si enim Quomodo
(1) actor ante L.C. contumax fuerit, reo puniatur
expensas refundere, & de lite prosequen- contuma-
da cia actoris,

Pp 3

i) c. I. X. h.

da cauere tenetur k); sin post L. C., reus uel negatiuæ probationem suscipere, uel hoc petere potest, ut actori terminus ad probandum peremptorius præfigatur, quorum alterutro facto definitiua ferri potest sententia l).

§. CCXLV.

rei,

Reus ubi contumax ante L. C., modo mulctatur, modo in expensas termini condemnatur & iterum sub pœna confessi & conuicti, recogniti &c. citatur, mox lis habetur negatiue contestata, actorque ad probandum admittitur m). Sin post L. C. se contumacem gesserit, iudex pronuntiat.

§. CCXLVI.

Singularis etiam contumaciam rei coercendi ratio hæc est: Ut scilicet actor in rei, ante L. C. contumacis, bonorum* possessionem n) primum custodia causa, post annum uero, ut sola proprietatis quæstio seruetur reo, immittatur. Sin reus post L. C. contumax, actor post missiōnem iam uerus possessor est, & si reus in contumacia perseveret, actor petere potest, ut uel distrahantur uel sibi in solutum dentur bona, in quæ missus est.

* Scilicet rei petiæ, aut, si actio personalis instituta fuerit, tanti pretii mobilium, hisque deficienti.

k) c. 1. h. in Gro.

l) c. 3. 4 X. h.

m) c. 34. X. de rest.

n) c. 5. X. Ut lite non

contest.

cientibus, immobilium, & denique iurium, quanti est debitum, quod actor duxit in iudicium.

§. CCXLVII.

Testes ubi contumaces sunt, coguntur ^{testium.} arbitrarie o), mox censura mox pœna aliqua, prout iudex, cuius iussum contemferunt, ecclesiasticus est aut secularis.

§. CCXLVIII.

Actor tamen, reus & testes, quos casus, ^{Quando pœna contum. cesset?} uis maior, muneris publici ratio &c. impediuerunt, quo minus iussui iudicis satisfacerent, a pœnis contumaciæ liberi sunt & immunes p). Sic quoque reus, in cuius bonorum possessionem immisus est actor, possessionem repetit, si intra annum ueniat, refundat expensas, purgetque contumaciam q).

§. CCXLIX.

Missio in possessionem in Germania exu- ^{Ufus hod.} lare deberet r), ast alicubi adhuc obtinet hodie.

TIT. XXVIII.

DE SEQUESTRATIONE.

§. CCL.

Sequestratio est actus, quo res litigiosa Sequestra- ^{apud tioni}

Pp 4

o) GONZALEZ ad c. *pedim.*
11. X. de *rest. cogend.* q) c. 5. X. *Ut lire non*
p) c. 6. X. h. GERHARD *conest.*
& STRYK de *legitim. im-* r) R. I. 1654. §. 36.

apud tertium deponitur, hac lege, ut eam custodiat, & lite finita uictori restituat.

§. CCLI.

necessariæ Diuiditur in *uoluntariam* & *necessariam*, seu conuentionalem & iudicalem. *Ill*a a deposito parum differt, nec huc pertinet; *hæc* uero, quum priuet possessione, regulariter est prohibita.

§. CCLII.

quando & Decerni tamen potest, quoties iuri actoris, quod summarie demonstratum est, periculum aliquod imminet (ut si in lite sint res mobiles, harumque possessor fugam paret, aut disceptetur de fructibus, quorum dilapidatio metuenda s), neuiquam uero sine causæ cognitione, solo petentis periculo.

§. CCLIII.

in quibus rebus detur locus? Unde constabit, (1) non pecuniam solum, sed & (2) iura t), immo (3) beneficia, quid? quod (4) uirgines & uxores, in quas sauiunt parentes & mariti &c. sequestrari posse. Sic quoque sequestrari solet puella, de qua duo proci contendunt u).

§. CCLIV.

s) c. 3. X. h. c. 26. C. 2. q. 6.
 t) c. 1. 2. X. h. c. 15. X. de indic.
 u) c. 4. X. de spons. duor. COCCEII d. de sequestr. fem.

§. CCLIV.

Sequestro nonnisi custodia datur ad li- Actio se-
tis usque exitum (§. CCL.). Unde fru- questraria
ctus suos facere nequit, sed rationes red-
dere tenetur. Qua de re contra illum ui-
ctori datur actio sequestraria x).

§. CCLV.

Etiam sequestratio ob contumaciam rei Sequestra-
decernitur y), si missioni in possessionem tio ob con-
locus dari nequeat commode. tumaciam.

TIT. XXIX.

DE

VARIIS PROCESSVS SVMMARII
GENERIBVS.

§. CCLVI.

Vbi causa summaria (§. LXXXV.) in iu- Proc. sum-
dicium deducta est, de simplici & marius.
plano proceditur. Nam (1) non opus
est libello solemni, aut (2) L. C. ordinata;
(3) sufficit demonstratio; (4) cessat attesta-
tionum solemnis publicatio; (5) dantur
breues rarioresque dilationes; (6) repel-
luntur exceptiones altioris indaginis, &, quæ
sunt alia, hoc facientia, ut processus red-
datur breuior z).

Pp 5 §. CCLVII.

x) GOEDDEVS de de dolo & contum.
sequestr. possess. & fruct. z) MENCKE de pros.
y) Clem. un, h. c. 2, X. summar.

§. CCLVII.

Proc. pos-
fessor.

In processibus summariis inter alios est *possessorius*, quem Dd. in *ordinarium* & *summarium*, uel *summarium* & *summariissimum* diuidunt. In *illo* quantitas & qualitas seu antiquitas & ius possessionis, in *hoc* uero praesens possessio, nulla temporis aut modi ratione habita, inuestigatur. In utroque (1) raræ sunt dilationes, (2) sufficit demonstratio (§. pr. 3.), a), dummodo sit specifica b). (3) In alterutro qui succubuit. petitorium c) coram eodem iudice d) * instituire potest, dummodo sententiæ priori plene iatisfecerit. (4) Summarium contra principem institui nequit e).

* Id quod tamen fallit, si de rei cuiusdam ecclesiasticæ possessione in foro seculari disceptatum fuerit.

§. CCLVIII.

Ordinarii
& summa-
rii, iidem

Qui non solum praesentanea, sed & antiquiore eaque qualificata possessione nisus implorat iudicem, *ordinarium* & *summarium* cumulare dicitur, quod canone permittente facere potest.

§. CCLIX.

a) PIGNATELLI ad P. I. obs. 119.
To. IV. consult. 35. nr. 22. c) c. pen. X. de causa
seq. BERGER El. proc. possess. & propr.
possess. §. 28. d) c. I. X. cod.
b) WERNHER, suppl. e) BERGER c. l. §. 26.

§. CCLIX.

Cumulari quoque potest possessorium ^{possessorii & petitorii} cum petitorio ^{cumulatio.} f). Quo facto, iudex, pro ut causâ liquet, uel in alterutro, uel in utroque iudicio pronuntiare potest g). Præterea hæc notanda erunt: (1) quod in sententia ferenda præmittatur possessio, in illius autem executione præualeat proprietas; (2) quod possessorium cum petitorio non nisi iusto tempore, & coram iudice habili, cumulare liceat; (3) quod iudicium possessionis retinendæ cum petitorio quandoque cumulari possit; (4) quod penes illum, qui usus est utroque iudicio, sit petitorium suspendere, & solum possessorium continuare h).

§. CCLX.

Ratio, qua in foro ecclesiastico proceditur, summaria est, præsertim si causâ, quæ tractatur, matrimonialis audiatur i). Hinc ^{Processus consistorialis, speciatim} (1) solemnis libellus non requiritur, (2) reiiciuntur guarandæ, satisfactionis aliæque exceptiones, (3) non admittuntur procuratores uel aduocati, tempore, quo tentatur amicabile compositio &c. Præterea singulare est, (4) quod citationi sæpe

f) c. 3. seq. X. de caus. poss.

g) c. 6. X. eod.

h) Clem. un. eod.

i) Clem. 2. de iudic.

pe infit inhibitiō *k*); (5) quod matrimonium adfirmans illud neganti *iusiurandum deferre* nequeat; (6) quod reus actori etiam ad fundandam actionem *instrumenta edere* teneatur; (7) quod ob neglecta *fatalia* litigantes facile restituantur in integrum *l*).

§. CCLXI.

desertionis. Si quis coniugum queritur de desertione, iudex in huius causas, tempus & qualitatem inquit, atque, ubi malitiam desertioni subesse deprehendit, desertorem uel in faciem, uel per edictum in trium dominorum territoriis adfigendum citat primum ad respondendum, dein ad legitima impedimenta, post ad audiendam sententiam *m*). Edictalis citatio insinuat, quando uel ex suggestu recitatur, uel in loco publico adfigitur. Ubi desertor non comparuit, & accusata fuit illius contumacia, fertur sententia, qua dissoluitur coniugale uinculum *n*).

TIT.

- k*) CARPZOV *Iurispr. repud. & diuort.* p. 2. c. 2. *Conf.* lib. III. def. 32. nr. 8. sq. 27. sq. BERGER
l) GRIBNERI *cent. El. proc. matrim.*
obseruat. fori eccles. obs. *n*) SCHRADER *de*
 48. seq. *caus. for. eccl.* p. 98.
m) NICOLAI *tr. de*

TIT. XXX.

QVIBVS MODIS DE CRIMINIBVS
AGATVR.

§. CCLXII.

Modi, quibus de criminibus agi iubent
canones, sunt: *accusatio*, *inquisitio*,
denuntiatio. Quandoque etiam crimen
per *exceptionem* alicui obiicitur o).

§. CCLXIII.

Accusatio est ad iudicem competentem *Accusatio*
uindictæ publicæ causa facta criminis de-
latio.

§. CCLXIV.

Unde constabit facile, non posse defer-
ri crimen, (a) quod commisit *clericus*, ad ^{coram quo} iudicem
laicum p), nec (b) quod a laico pa-
tratum est, ad ecclesiasticum. Hoc tamen
fallit, quando delictum mere ecclesiasti-
cum aut mixti fori est. Cæteroquin iu-
dicem competentem esse, quod in illius
districtu uel delictum commissum q), uel
reus deprehensus fuerit, ex supra dictis
constat satis superque.

§. CCLXV.

Accusare nequeunt, nisi uiri integræ fi- a quo,
dei

o) c. 16. X. h.

comp.

p) c. 1. seq. X. de for.

q) c. 1. X. de rapz.

dei *r*), quippe accusando nec rationem muneris, quod gerunt, nec reuerentiam alicui debitam uiolant. Hinc ab accusatoris munere arcentur (*a*) inimici *s*), (*b*) quorundam criminum rei *t*), (*c*) infames *u*). Speciaticim liberi parentes, serui dominos, ciues principes, laici clericos *x*) aut clerici laicos *y*) &c. accusare prohibentur.

§. CCLXVI.

contra
quem &

Accusari possunt, quotquot crimen aliquod commiserunt, aut committi fecerunt, sint cuius uelint generis, status aut conditionis *z*).

§. CCLXVII.

quomodo
instituitur?

Forma processus hæc est: Ubi accusator libellum obtulit, atque in talionis uinculum inscripsit *a*), accusati, qui ipse* comparere debet, officium est, litem contestari. Lite negatiue contestata, accusator fundamentum accusationis suæ probare tenetur, reprobatione accusato salua &c.

* Si crimen per modum exceptionis obiectum fuerit,

r) c. 17. C. 2. q. 7.

s) c. 7. X. h.

t) c. 22. C. 2. q. 7.

u) c. 1. C. 3. q. 4.

x) c. 6. c. 3. q. 5. c. 10. X. h.

X. h.

y) c. 6. C. 2. q. 7.

z) arg. c. 13. X. de iudic.

a) c. 2. C. 4. q. 4. c. 14.

X. h.

Quibus modis
c. 1. p. 1.
c. 18.

Amarius p.
penditur b);
c. 1), aut (3)
requit.

Quid in G
tionis, quam
pitum intui

Demerit
accusationem
relatio occu
ta, ut peccat
eret, confi
eret.

Inaque dicit
) fiebat h
& (2) secret
debet denun

b) arg. c. 1.
un.
c) c. 4. X.
d) Elm. I.

erit, a parte accusati comparere potest procurator, c. 16. X. h.

§. CCLXVIII.

Accusatus, dum pendet accusatio, (1) Instituta a muneribus publicis, si quæ habet, suscipitur *b*); (2) novas dignitates ambire *c*), aut (3) accusatorem recriminare nequit.

§. CCLXIX.

Quid in Germania tam uinculi inscriptionis, quam reliquorum accusationis capitulum intuitu uigeat, docuimus alibi *d*).

§. CCLXX.

Denuntiatio (§. CCLXII.), quæ præter accusationem iam olim usitata fuit, est reuelatio occulti criminis episcopo ad id facta, ut peccatorem ad confitendum induceret, confessumque pœnitentiæ subiiceret.

§. CCLXXI.

Itaque differebat ab accusatione; nam antiqua & (1) fiebat fraterna monitione præuia *e*), & (2) secreto; (3) in crimen non inscribebat denuntians *f*) &c.

§. CCLXXII.

b) arg. c. 2. X. de purg. tit. 5. can.

e) c. 24. X. h.

c) c. 4. X. h.

f) c. 16. X. h.

d) *Elem. I. Crim. lib. II.*

§. CCLXXII.

hodierna. Hodie non est singularis procedendi modus, sed uia ad inquisitionem. Itaque fieri debet a uiris fide dignis.

§. CCLXXIII.

Inquisitio- nis *Inquisitio* (§. CCLXXII.) olim plane incognita, post ab Innocentio III. in subsidium recepta, succedente tempore quorumuis delictorum denuntiatorum ergo instituta est.

§. CCLXXIV.

fata. Ex quo uero ad fora secularia transit, nouam plane faciem induit, quam exhibuimus alibi g).

g) *Elem. I. Crim. lib. II. tit. 6. seq.*





INDEX I.
TITVLORVM.

PROLEGOM.

Cap. 1.	de religione & ecclesia in genere	pag. 1
2.	de religione & ecclesia iudaica	3
3.	de religione & ecclesia christiana	8
	Membr. I. de ecclesia, illiusque ad ciuitatem habitu ex mente pontificiorum	13
	II. de ecclesia christiana ex mente protestantium	16
	III. de religionis & ecclesie christiane flatu hodierno in Germania	24
4.	de legibus ecclesiasticis	
	Membr. I. de legibus ecclesiasticis in genere	35
	II. de legibus ecclesiasticis, quae in Germania ante reformatam sacra uiguerunt & adhuc uigent	50
5.	de iurisprudentia ecclesiastica necessitate, utilitate & subsidiis	35

LIB. I.

Tit.	I. de christianorum uita uarioque statu	63
	II. de clericorum uita, ordinibus & functionibus in genere	65
	III. de Romano Pontifice	73
	IV. de episcopis & eorum uariis ordinibus	78
	Membr. II. de episcopis euangelicorum	91
	V. de presbyteris	96
	VI. de diaconis & subdiaconis	98
	VII. de canonicis	102
	VIII. de monachis	109
	IX. de abbatibus	114
	X. de sacris ordinib. equestribus	118
	XI. de feminis ecclesiasticis	122
	XII. de legatis	125
	XIII. de chor-episcopis & episcopis nomine talibus	130
	XIV. de archipresbytero & presbytero pœnitentiaro	132
	XV. de archidiacono	134
	XVI. de official. & uicariis general.	138
	XVII. de parochis	142
	XVIII. de canonicorum reliquorumque clericorum uicariis	144
	XIX. de coadiutoribus.	145
	XX. de senatu ecclesiastico	147
	XXI. de iis, penes quos est, tempore sedis uacantis uel impeditæ, regimen	154

L. I. Tit. XXII.	de qualitatibus hoc uel illo statu ecclesiastico decoran- dorum	160
XXIII.	de qualitatibus eorum, qui ad hunc uel illum ordinem sa- crum sunt recipiendi	165
XXIV.	de electione	167
XXV.	de postulatione	177
XXVI.	de confirmatione	181
XXVII.	de nominatione & præsentatione clericorum	185
XXVIII.	de iure eligendi, postulandi &c. in superiorem deuoluto	187
XXIX.	de statu aliquo ecclesiastico conferendo in genere	189
XXX.	de baptismo	190
XXXI.	de confirmatione	199
XXXII.	de tonsura	201
XXXIII.	de ordinatione	203
XXXIV.	de consecratione	212
XXXV.	de pallio	215
XXXVI.	de receptione canonicorum, monachorum, & monialium, itidem de benedictione abbatum & abbatissarum	219
XXXVII.	de ordinatorum receptorumque liberalitate	222
XXXVIII.	de modis, quibus sedes uacans aut ecclesia uidua redditur, speciatim de renuntiatione	224
	Qq 2	XXXIX.

L.I.T.XXXIX. de translatione	230
XL. de maioriata & obed.	232
XLI. de parochianis.	235
LIB. II.	
Tit. I. de rebus ecclesiasticis in genere	238
II. de uerbo diuino & uariis modis illud annuntiandi	251
III. de sacramentis in genere	256
IV. de sacramentis, quæ iterari nequeunt	259
V. de sacramento pœnitentiæ.	261
VI. de sacramento altaris	272
VII. de extrema unctione	281
VIII. de matrimonio	283
Membr. I. de contractu matrimo- nii	284
II. de cognatione	290
III. de nuptiis cognatorum prohi- bitis	295
IV. de dispensatione in nuptiis co- gnatorum prohibitis	297
V. de solemnitatibus ecclesiasticis, quibus consummari debent nu- ptiæ	301
VI. de iure & effectibus matrimo- nii	307
VII. de uariis matrimoniorum ge- neribus	310
IX. de sponsalibus	313
X. de sponsionibus sponsalium	322
XI. de dissolutione matrimonii & sponsa- lium	324
	Membr.

Index I. titulorum.

Membr. I. de nullitate matrimonii & sponſalium	324
II. de diuortiis.	327
III. de repudiis.	331
XII. de matrimonio inſtaurato	333
XIII. de ſecundis nuptiis	334
XIV. de liturgia	336
XV. de dominico aliisque diebus feſtis	339
XVI. de eccleſiis	343
Membr. I. de eccleſiarum exſtructione & reparatione	344
II. de eccleſ. conſecratione & reconciliat.	349
III. de ſubſelliis	354
XVII. de cœmeteriis	356
XVIII. de ſepultura eccleſiaſtica	360
XIX. de religioſis domibus	365
XX. de piis corporibus	370
XXI. de bonis eccleſiaſticis	376
XXII. de decimis	383
XXIII. de primitiis & oblationibus	389
XXIV. de beneficiis ſeu præbendis	391
XXV. de beneficiorum collatione eaque libera	395
XXVI. de collatione beneficiorum neceſſaria	399
Membr. I. de mandatis de prouidendo & expectatiua	400
II. de nominatione regia	

	gia	402
III.	de praesentatione a patrono facta & singulis patronorum iuribus	404
IV.	de institutione	413
XXVII.	de pluralitate beneficiorum	415
	Membr. I. de commendis	416
	II. de ecclesiarum & beneficiorum unione	417
XXVIII.	de oneribus beneficiorum	
	Membr. I. de pensionibus	422
	II. de cathedratico aliisque beneficiorum oneribus	424
XXIX.	de commendaturis	427
XXX.	de praestimoniis seu stipendiis	429
XXXI.	de honorariis & sportulis clericorum	432
XXXII.	de redivibus vicariorum cuiuscunque generis	435
XXXIII.	de adibus, agris & sylvis clericorum	436
XXXIV.	de anno deseruito & gratia	438
XXXV.	de bonis clericorum	443
XXXVI.	de testamentis	446
XXXVII.	de contractibus ecclesiae	450
	Membr. I. de mutuo	450
	II. de	

Index I. titulorum.

II. de emtione uenditione	452
III. de permutatione	453
IV. de precariis	454
V. de feudis ecclesiasticis	455
VI. de reliquis contractibus	457

LIB. III.

SISTENS

IVS CRIMINALE ECCLESIASTICVM.


Tit. I. de delictis ecclesiasticis in genere	459
II. de simonia	460
III. de infidelitate	
Membr. I. de iudaismo	464
II. de paganismo	467
IV. de hæresi	468
V. de schismate	472
VI. de apostasia	474
VII. de delictis sanguinis	475
VIII. de delictis carnis	478
IX. de furtis	481
X. de falsis	484
XI. de delictis clericorum propriis	486

L. III. Tit. XII.	de pœnis ecclesiasticis in genere	489
XIII.	de pœnitentia publica	492
XIV.	de excommunicatione	494
XV.	de interdictis	501
XVI.	de pœnis clericorum propriis	503

LIB. IV.

Tit.	I. de iurisdictione ecclesiastica	506
	II. de iudiciis ecclesiasticis	509
	III. de iudice tam ordinario, quam delegato	513
	IV. de iudicium qualitibus	518
	V. de arbitris	524
	VI. de personis litigantibus	528
	Membr. I. de aduocatis	529
	II. de procuratoribus	532
	III. de syndicis	535
	VII. de processu ordinario & speciatim de libello	536
	VIII. de citatione	541
	IX. de exceptionibus dilatoriis	544
	X. de litis contestatione	548
	XI. de exceptionibus peremptoriis	551
	XII. de confessione	553
	XIII.	

L.IV.T.XIII. de probatione	555
XIV. de testibus, & probatione quæ per eos instituitur	557
XV. de instrumentis & probatione, quæ per ea instituitur	562
XVI. de iureiurando	566
XVII. de probatione per ocularem inspectionem	572
XVIII. de præsumtionibus	573
XIX. de reprobatione	576
XX. de probatione ad perpetuam rei memoriam	577
XXI. de probationum effectibus & collisione	578
XXII. de ordine cognitionum	582
XXIII. de sententia	583
XXIV. de executione	586
XXV. de appellatione	587
XXVI. de reconuentione	595
XXVII. de contumacia illiusque pœnis	597
XXVIII. de sequestratione	599
XXIX. de uariis processibus summarii generibus	601
XXX. Quibus modis de criminibus agatur	605





INDEX II. RERVM ET VERBORVM.

A.

Abactio partus

III, 52.

Abbatcs

qui dicantur I, 116.

sunt uel seculares uel regulares 117. uel mediati uel immediati, & quidem tam hierarchiæ 118. quam imperii nostri intuitu 124. uel locales, uel generales, uel prouinciales 121.

sunt monachorum principes, uariisque gaudent iuribus 120.

cui subsint, in terris protestantium I, 127.

Eorum electio 261. benedictio 356.

Euangelici 125. sq. sunt ab ordine liberi 270. benedictionem tamen recipiunt 359. 4.

Abbatcs mitrati

quinam sint & quæ illorum iura I, 119.

Ubi in terris euangelicorum degunt, principi subsunt 125.

Abbatissarum

status I, 140. diuersa conditio secundum canones 142 & rationem imperii nostri 144. electio 262. benedictio 357.

Quid de euangelicis notandum I, 145. 3.

Abortus

V. abactio partus

Absolutio

ab excommunicatione III, 113. ad cautelam 114.

a peccatis quando fiat & quid facta operetur II, 62.

Ab-

Abstinentia

a certo ciborum genere II, 65.*

Academiarum

descriptio II, 307. ciues 309. iura 310

Germanicarum iura & priuilegia non sunt eadem 315

In euangelicas cui competat potestas 316.

Academicarum dignitatum

collatio II, 313.

ex *Academico triennio*

colligitur eruditio I, 239. 1.

Accusatio

quid sit? IV, 263. coram quo 264. a quo 265. &

contra quem instituat 267.

Ea pendente quid iuris sit circa accusatum 268.

Accusator

quis possit esse IV, 265.

Accusatorii processus

forma IV, 267.

Acolutbus

est clericus minorum ordinum I, 10.

Actio sequestraria

quæ sit? IV, 254.

Actionum cumulatio

quænam illicita? IV, 94.

Actoris

contumacia quomodo puniatur IV, 244.

Adfinitas.

Illius definitio II, 121. diuisio 122. tria genera 127.

& gradus improprie sic dicti 124.

quousque impediatur matrimonium 134.

neque secundum, neque tertium illius generis hodie

obest matrimonio 134.*

Adia-

Adiaphora

mutaturus princeps agat prudenter. Prolog. §. 56.

Adiuncti

in ecclesiis euangelicis quinam dicantur I, 65.

Administratores bon. eccles.

hodierni II, 323. antiqui *

Adoptio

imitatur carnalem cognationem II, 129.

Adorationis

symbolorum eucharisticorum causa II, 93. 2.

Adpellationis

descriptio IV, 220. diuisio 221. causa 223. effectus

230. seq. renuntiatio 224. I. & * sententia 232.

fatalia quando non currant 233.

quibus, in quibus causis 224. & quos adpellare non
liceat 225.

quomodo interponatur 226. introducatur 228. iusti-
ficetur 229.

per saltum facta non est deserta 225. *

factis quoque interponi potest 226. *

quasnam sententias a uiribus rei iudicatæ non suspen-
dat 230.

Adpellatio extraiudicialis

IV, 220. *

Adulter

quibus casibus adulteram ducere possit II, 117.

Adulterium

presumptum ad diuortium sufficit II, 212.

qua pœna uindictetur III, 59.

Aduocati

quinam sint IV, 63. quæ eorum qualitates 166.

esse nequeunt sacerdotes, clerici, monachi & canonici regulares 68. I, 106. I.

Eorum honorarium IV, 69. priuilegia 70. 2.

Aduocatus diaboli

de uita, rebus gestis, miraculis &c. canonizandi excipit. II, 6.

Aduocato ecclesie

quidnam incumbat II, 400.

iure *Aduocatie*

non inducitur ius reformandi. Prol. §. 70.

Ædium paroch.

exstructio & reparatio II, 475. immunitas eod. usus fructus parocho datus 474.

Agapetas

dimittere coguntur clerici I, 8.*

Alchymistæ

sunt in numero falsariorum III, 75.

Alienationis bon. eccl.

solemnitas V. *bon. eccl. alien.*

decretum quomodo firmetur in Germania II, 329. 3.

ius *Alimentorum*

competit patronis II, 392.

Altaria

sunt uel maiora uel minora II, 14. annumerantur rebus sacris 13.

lignea hodie sunt prohibita 15.*

portatilia quæ sint, & quibus eorum usus competit 17.

Altarium solemnis exstructio 15. consecratio 16. sigillum 15. 8. iura 16.

Altaria non exigit religio christiana. Prol. §. 20. 3.

Quid de illis sentiant euangelici II, 32. 6. seq. quidque

que sit statuendum 33. 3. seq.

de *Altarium ornamentis*

quid sentiant euangelici II, 32. 11. seq.

Altaristæ

quinam sint? I, 77.

Amatorie literæ

num probent sponsalia inita esse II, 184. *

lex Amortizationis

obest acquisitioni rerum immobilium II, 517.

ferri potest a principibus Prol. §. 55. lata est a quibusdam statibus imperii II, 329. 5. & probata a principibus euangelicis 330. 7.

Annatæ

quæ sint? II, 439. seq.

cui & quænam debeantur in Germania 443. in terris euangelicorum 444

Annus

quo hunc uel illum ordinem suscepturo opus est, per unum diem inchoatus sufficit I, 241. *

Annus claustralis

Quæ de eo sint notanda inter canonicos I, 235. monachos 236. 3. & ** in Germania 239. 2. & ecclesiis euangelicis 240. 2.

canonicis secularibus facile remittitur 239. 2.

Annus decretorius

in causis Germanorum religiosi probe attendendus est. Prol. §. 65. seq. tribuit ius irreuocabile 67.

Annus deseruitus

quis sit II, 478. cui debeatur 479. quibus rebus constet 480. quomodo computetur 481.

Annus

Annus gratia

compensans annos carentia II, 482.
debetur uiduae liberisque 483. ex singulari legis dispositione 484.
qua ad illum referantur 485.
quando cesset 487.

Annus luctus

seruandus est II, 223.

Annus nouitiatus.

Per illum qua fiant I, 236. & **

Annus probatorius

I, 237.

Annus sanctus

quis & qua illius celebratio II, 74. & *

Apostasia

descriptio III, 43. diuisio 44. poenae 46.

quis illius reus dici nequeat 45.

De ea sententia euangelicorum 47.

Apostasia studiorum

inter anilia figmenta refertur merito III, 47. 3.

Apostata

dicitur etiam uotorum uiolator, I, 109.

Apostoli.

Eorum liturgiæ spuria. Prol. §. 88.

Apostoli siue libelli dimiss.

quot sint & quo petantur modo IV, 227.

Apostolici canones

V. can.

Apostolicae constitutiones

sunt spuria. Prol. §. 88.

Aque

quid cum uino miscetur in sacra coena II, 88.

Aqua

Aqua benedicta

II, 10. illius honor competit patronis 391.

Arbitrorum

descriptio IV, 50. uarietas 51.

munus in quo consistat 54. & quando finiatur 59.

laudo num standum sit 56.

Quinam 55. a quibus & quomodo 53. in quibus
causis possint eligi 58.

Quid iuris, si arbitri dissentiant 60.

Archidiaconalia bona

uaria sunt in una eademque dioecesi I, 170.*

Archidiaconi

sunt in diaconorum numero I, 172.

leuiores tantum causas cognoscunt 173. nisi aliud

uelit consuetudo uel præscriptio*

dirigunt clerum inferiorem, uisitant, corrigunt 174.

episcopi nomine 177.

dicuntur prælati esse 176.

Eorum fata 177. potestas uariis temporibus & locis
uaria 170.* 173.*

Eorum status inter euangelicos 179.

Archiepiscopus

quis sit, & quæ illius iura I, 46.

Archiepiscoporum Germanie

status iuraque I, 53. seq.

Archipresbyter

quis sit I, 163. quotuplex 164.

præst presbyteris 165 exercet forum pœnitentiale 166

episcopi nomine 167.

Illius status hodiernus 160.

Archipresbyter ruralis

I, 164.

Arma

portare nequeunt clerici I, 8.

Articuli probatoriales

quomodo concipi & offerri debeant IV, 145.
transmittuntur productio, ut interrogatoria concipere
possit 146.*

Articuli Smalcaldici

sunt liber symbolicus euangelicorum Prol. §. 121.

Assassinii

reorum pœnæ III, 49.

ius Asyli

competit ecclesiis II, 261. ad aliquot passus*
Eo quinam non fruuntur. eod.

Attentatum

quando committat iudex inferior IV, 131.

Augustana Confessio

& illius apologia sunt libri symbolici euangelicorum
Prol. §. 60.*

Augustini

regula I, 110.

B.

Baccalaureatus

II, 313, 1.

Baculum

non gerit pontifex I, 23.*

Balistarum

usus prohibitus III, 58.

de Baliaie Brand.

rectore, prorectore & equitibus quæ sint notanda I,
135. 2. seq.

Baliuii

conficiunt capitulum prioris I, 132.

Engau ius eccles.

R r

Ban-

Banna nupt.

V. Procl.

Bannum parochiale

plerumque defendunt euangelici I, 397.

Baptismi

descriptio I, 300. forma & solemnitas 303. minister
304. necessitas 306. II, 53.

reiteratio in delictis est II, 53.

effectus I, 305. ex eo oritur cognatio spiritualis II,
130.*

Quid sentiant euangelici de eo I, 310. seq. illiusque
necessitate II, 56. I.

Quid feruetur in locis mixtæ religionis I, 312.

Baptismus initiationis

iudæorum I, 300.*

Baptismus necessitatis

tempore administrandus I, 307.

Baptismales libri

quid probent? I, 308.

Baptisteria.

Eorum exstructio & consecratio II, 18. usus I, 303.**

Beatificatio

quomodo differat a canonizatione II, 6.*

Bede

II, 467.

Bedstabslehn

II, 562.

in Bello

quæ arma adhibere non liceat? III, 55.

Benedictio

res sanctificat II, 11.

Benedictio sacerdotalis

quæ sit II, 150.

præ-

præuia dispensatione quolibet in loco peragi potest*
quo tempore danda 151.

ex quorundam Dd. sententia non est necessaria 155.

Benedictus

monachos adstrinxit ad certam regulam I, 103.*
quæ reformatores nacta est 110.

Beneficiorum

definitio II. 351. origo* diuisiones 355. seq. iura 353
natura feudis conuenit 356.

collatio V. coll.

erectio quomodo fieri debeat II, 357. 1.

restauratio 357. 2.

in deterius mutatio 357. 3. an & quomodo in Ger-
mania fieri possit 358.

onera II, 429. seq.

permutatio II, 518.

pluralitas prohibita II, 411. non tamen simpliciter 412

Biblia

De illis quid statuunt pontificii, Prol. §. 82. euange-
lici 122. 1.

Bigamus

a sacris arcetur ordinibus I, 242.

a ministerio sacro in ecclesiis euang. non arcetur 245

Blutzehenden

II, 335.*

Bona ecclesiastica.

Eorum descriptio II, 327. origo* diuersitas 328.

exemptio ab imperio ciuili 320. & commercio 321

Eorum immunitas quanta sit in Germania II, 329

Quid de iis sentiant euangelici 330. & dispositum sit
in pace Osnabrugensi 330. Prol. §. 66.

Bonorum ecl. administratio

a quibus II, 322. & quomodo suscipiatur 323.

Bonorum eccl. alienatio

prohibita II, 324.

Quænam bona 325. ex quibus causis 326. & sub
quibus solemnitatibus alienari queant 327.
solemniter facta quid operetur 328.

Bonorum eccl. dominus

quis? Prol. §. 33.

Bremensis AEp.

non amplius superest I, 58.

Bulle

quid sint et quomodo differant a breuibus Prol. §. 98*

Bullarii

editio nouissima quæ? Prol. §. 98.*

Burchardi

uolumen decretorum Prol. §. 115.

C.

Celibatus lex

quibusnam imposita I, 11.

reprobatur ab euangelicis 19. 4.

Calendarium

Iulianum, Gregorianum, reformatum II, 242.

In eo describuntur festi dies 327.

Calix ministerialis

in rebus sacris est II, 19.

illius materia & consecratio. eod.

Camera Imp.

assessore a quibus & quomodo presententur. Prol.
64. **

V. Iudic. Cam.

Cancellariæ apostolicæ

regulæ Prol. §. 112.

Cancellarius acad.

II, 312.

Canones

quid denotent? Prol. §. 124.*
in conciliis conditi Prol. §. 86.
Eorum collectiones usitatae in eccl. orientali 88. &
occidentali 89.

Canones apostolici

sunt spurii Prol. §. 82.*

Canonici

qui sint I, 88. quinam olim dicti*
sunt clerici 89. maiores 90.
Eorum munera sunt uel communia uel propria 91.
muneribus a se inuicem differunt & diuersa sortiun-
tur nomina 91.

gerunt annulum ui dignitatis 89.*

formant collegium licitum 94.

uiuunt sub praeposito 95. & decano 96.

absentes quando uocentur ad capitulum*

In eorum numerum quinam 234. & quomodo reci-
piantur 353. in ecclesiis cathedralibus Germaniae
239. 3. 6. 7.

Inter receptos quisnam maior 387.

De bonis suis testari queunt in Germania II, 495.

Euangelicorum status & iura I, 101.

Canonici honorarii

I, 97. 5.

Canonicorum

regularium descriptio statusque I, 92.

secularium descriptio I, 92. status 93. in Germa-
nia 97.

Canonissarum

diuersitas & regimen I, 138.

euangelicarum status I, 144.

Canonizatio

quibus fiat ritibus II, 6.
quomodo differat a beatificatione *

Capellæ

quæ sint II, 23. quænam ecclesiis parochialibus non
subiiciant 247.

Capellani

qui sint I, 76.

Capellania

II, 24.

Capitula

quæ denotent I, 94. & ****

fuo modo gaudent potestate statuendi 94. 5. seq.
tempore sedis uacantis imperant 223. non autem
utuntur iuribus prælati personalibus 224.

In eis quæ uota attendantur 94. ***

immediata quædam sunt in Germania 98. 7.

Quæ iura his competant, ubi sedes uacat I, 229. 2. 3.

mediata cuiusmodi subsint I, 100. & quænam iura in
ea competant principi euangelico? I, 100.

Capitulares

sunt senatores episcopi 216.

quid notandum de euangelicis 263. 4. seq.

Capitulationes

quæ continere soleant I, 263. * debeantque eod. 2.
a quibusnam condantur eod. **

inter euangelicos sunt perpetuæ 264. d.

Cardinales

qui sint hodie I, 209. quique fuerint olim *
sunt diuersi ordinis 210.

conficiunt consistorium pontificis 212.

Eorum dignitas & tituli 213. singularia iura 214.

congregationes 215. numerus 210. * potestas in
titulis

titulis 210
212
Quomodo
suo p
imp
prelati con
Status & m
diuersitas I
solui debet
quænam fi
quænam d
quid? III, 8
quænam deb
quando reb
ordinatione
negant eua
debetur ep
nequeunt
descriptio
num horu
161. *

titulis 211. & tempore, quo sedes papalis uacat
222.

Quid iuris in Germaniam illis competat tempore quo
sedes papalis uacat 229. I.

Castitatis uotum

nuptiis impedimento est II, 117.

Catechetica institutio

præstat concionibus II, 37.

Catechumenorum

status & iurium uarietas II, 37.*

diuersitas I, 303.*

Cathedraticum

solui debet episcopo II, 436.

Cause ecclesiastice

quænam sint? IV, 1.

Cause summarie

quænam dicantur IV, 85.

Censura eccl.

quid? III, 88.

Census

quænam debeantur episcopis II, 442. seq. patronis 393

Cerei

quando rebus sacris annumerentur II, 28.

Characterem indelebilem

ordinatione imprimi statuunt pontificii I, 331. 2.

negant euangelici 338.

Charitatum subsidium

debetur episcopo II, 436.

Chirurgiam exercere

nequeunt clerici I, 8.

Chor-episcoporum

descriptio I, 159. fata* & 160.

num horum munus in decanos rurales sit translatum

161.*

R r 4

Chris-

Chrisma

quid? II, 4.

in *Christianorum*
numerum quis recipiatur I, 232.

Christus

est sacerdos, rex & propheta Prol. §. 18. seq.

Circulum ferreum

olim gestarunt peccatores II, 64.

Citationis

descriptio IV, 97. diuisiones 98.

formula quæ continere debeat 100.

insinuatio quomodo facienda 101. & facta probe-
tur 102.

Rite concepta & insinuata quid operetur 103.

Ea quandoque omittitur 97. *

A quo 99. & quomodo decernatur 100.

Citatio peremptoria

quænam IV, 98. **

Citatio publica

quibus modis fiat IV, 98. *

Claudi

ad sacerdotium adspirare nequeunt I, 243. 4.

Clausura tempora

quæ sint II, 151.

quid circa ea iustum sit in terris protestantium 156. 3

Clastrum

custodire debet monachus I, 108. 6. seq.

Clementinæ

Prol. §. 91.

Clericatu

quisnam initietur I, 233.

Clericorum

descriptio I, 7. uita 8. iura & priuilegia 9. subordi-
natio 12. *

diui-

diuisio in maiores & minores 10. seq.

functiones 13. seq.

status quis & a quo queat peti 333.

De eo quid sentiendum I, 17. quidque sentiant Germani 18. & euangelici 19.

Clerici sunt sancti, gaudentque immunitate a tributis I, 9. sanguinem effundere nequeunt 8. in quantum gaudeant foro priuilegiato IV, 41. in Germania 48. ac in terris euangelicorum 49.

secularium bona patrimonialia quæ sint II, 489. & quæ in illa successio 491.

profectitia quæ sint 490. & quomodo in illa succedatur 491.

quomodo separentur 493.

Coadiutores

irregulares qui sint I, 198. & quæ de illis notanda 200.

num dentur adhuc hodie 202.

regulares qui sint II, 198. quænam de iis notanda 199. num dentur adhuc hodie 202. etiam inter euangelicos 203.

unde alimenta petant II, 471.

Codex canonum.

ecclesiæ uniuersæ, orientalis &c. Prol. §. 88. 89.

Coemeteriorum

descriptio 272. natales * uarietas 273.

Ea sunt res sanctæ II, 31. loca publica 276.

benedicuntur 277. fidelium sepulturæ destinantur 278

De iis sententia euangelicorum 279. & dispositio Guestphalica 280.

Canobitæ

qui sint I, 104. & quam uarii generis 105.

V. Monachi

Cocundi potestas

unde diiudicetur II, 115. *

Cognatio legalis

carnalem imitatur II, 129.

nuptiis impedimento est apud pontificios 135. euangelicos 136.

in Germania rarissima 131.

Cognatio spiritualis

quæ? II, 130. an obsit matrimonio 135.

quæ olim ex catechismo oriebatur, cessat hodie 38.

Omnem repudiant euangelici 132. 136.

Cognitionum ordo

quis determinatus IV, 204. seq.

Collatio beneficiorum

in genere quæ sit II, 360. & quotuplex 361. in specie quæ dicatur 362.

Quænam beneficia 364. quibus 365. a quibus 366. & quomodo conferenda 367.

Collatio quid efficiat 368. quando competat pontifici in Germania 370. 4.

de ea quid sentiant Germani 369.

quænam obtineat in ecclesiis euangelicis 371. & mixtæ religionis 372.

Collatio muneris

cui competat, & quomodo fieri debeat I, 290.

Collusio

III, 78.

Coloniensis AEp.

iura & suffraganei I, 56.

ad *Comitia*

recurritur in causis religionem concernentibus Prol.

§. 122.

Commendæ

militares V. Commendaturæ

perpetuæ an differant a beneficiis titulatis II, 313. seq.

Commendaturarum

descriptio II, 446. iura 447. collatio, erectio, mutatio. suppressio 448.

possessio cui competat in Germania 449.

Commissionis

sumtus quis ferre teneatur IV, 32. 4. seq.

Commodatum eccl.

II, 531.

Communio priuata

a principe euangelico permitti & prohiberi potest II, 100

Communioni sub una

quid causam dederit II, 94. **

Competentia iudicis

ex lege IV, 37. seq. priuilegio 41. seq. ex uoluntate litigantium 45.

Compromissum

Per illud electus quis dicatur I, 254.

In arbitros factio pœna conuentionalis quandoque adiiicitur IV, 60. 4.

Compulsoriales literæ

IV, 228. **

Compurgatores

olim in purgatione adhibebantur IV, 172.*

hodie ignorantur in Germania 174. 3.

Concilia

quæ sint? Prol. §. 84. & quotuplicia 85.

Ea sunt in numero iudiciorum ecclesiasticorum IV, 13

Concionatores

quinam sint in ecclesia euangelica II, 39.

Conciones

quis II, 35. quibus 36. & quomodo habere debeat
41. seq.

Conclauē

quinam cardinales introire queant? I, 258.

Conclusa

corporis euangelici & catholici Prol. §. 122.

Concordata nationis Germ.

sunt in legibus ecclesiasticis Prol. §. 118.

Concubinatus

quid? III, 63.

Confessio

quid IV, 128. & quotuplex 129.

de Confessione extraiudiciali

quæ sint notanda IV, 132.

Confessio iudicialis

quomodo debeat esse comparata IV, 129. quid pro-
bet 130.

Confessio priuata

quid & quotuplex II, 58.

cui 59. & quomodo facienda 60.

num sit antiquior Innocentio III, 83. I. & ad sacram
cœnam percipiendam legitima præparatio 2.

Quid de ea sentiant euangelici 80.

Confessio qualificata

diuidi nequit IV, 131.

Confessionarium

eligere, electumque mutare num liceat? II, 83. 4.

Confirmatio baptizatorum

olim fuit accessorium baptismi I, 313.*

ex mente pontificiorum est sacramentum non iterabi-
le II, 54. absolutæ necessitatis I, 314. administra-
tur ab episcopo solemniter 315.

colla-

collata quid operetur 315

Quamnam agnoscant euangelici I, 316.

Confirmatio praelatorum

quid sit I, 278. a quo 281. intra quod tempus petatur 282. I.

quando illi detur locus 280.

Prælati Germaniæ confirmantur a pontifice 283.

Ea non indigent euangelici, imperio immediate subiecti 284.

Confraternitates

quæ dicantur II, 305.

Congregationes cardinalium

I, 215.

Coniuges

ad quid obligentur II, 160.

Coniugium

inter euangelicos neque electori, neque eligendo obest I, 264. a.

Connubia infantum

Quid de iis statuendum II, 165.

V. Matr.

Consanguinitas

quid? II, 121. quousque impediatur matrimonium 133.

In illius gradibus computandis quæ notandæ regulæ 126.

Conscientia

respuit imperium Prol. 3.

Consecrationis

actus & effectus II, 9.

Consecratio eccl.

V. Eccl.

Consecratio episcoporum

quid sit I, 339. a quo 341.* & sub quibus solemnibus

bus fieri debeat 341.
tribuit potestatem pontificalia peragendi 342.
quando petenda 342.*
Illius usus in Germania 343. & in terris euangelico-
rum 344.

Consistoria episc.

quæ sint IV, 16.

Consistoria euang.

sunt uel necessaria, uel uoluntaria IV, 22.

quomodo citent 104.

quæ potestas principi euangelico in ea competat 21. 5.

Consistorium pontificis

modo publicum, modo priuatum est I, 212.

Constitutiones apostolicæ

Prol. 82.*

Consuetudo

quid sit? Prol. §. 107.

est facti 109. habet uim legis 110.

impia iure negligitur 111.

Contritio

quid II, 75.

Contumacie

descriptio IV, 241. diuisio 242.

pœna quæ maneat actorem 244. reum 245. seq. te-
stes 247. & quando ea cesset 248.

Conuentuales

apud euangelicos nullis adstringuntur uotis I, 113.

Conuentus

est senatus abbatis I, 217.

qua potestate gaudeat abbate mortuo uel alia ratio-
ne sublato 228. in Germania 229. & apud euan-
gelicos 230.

Comuiuium nuptiale

an exhiberi queat publici iucius tempore II, 157.

Corporale

Quid cum uetustate consumto & sordibus scarente faciendum II, 25.9.

Cresconii

breuiarium canonum Prol. §. 89.

Crucis signa.

quid de iis notandum II, 26.

Eorum prælatio in publicis processionibus **
num ex ecclesiis euang. queant eliminari 33. 8.

Cuculla

utuntur monachi I, 108. 10.

Cultus dei

uel externus est uel internus Prol. §. 5.

Curie

sunt uarii generis II, 472.

eas optandi ius alicubi obtinet 473.

Custos

quis? I, 92.

D.

Debiti coniugalis

denegatio II, 161.

Decani

inter canonicos auctoritas I, 96.

Decani Euang.

qui? I, 65.

Decimæ

quæ dicantur II, 333.

quo iure 337. quibus, a quibus & quo tempore debeantur 338.

sunt in rebus ecclesiasticis 340.

Eas sibi uindicauerat deus in rep. iudaica Prol. §. 9.*

Quid

Quid de iis sentiant euangelici 344. & disponat P. W.
343

Decimarum noualium

iura II, 338. **** differentia von der Forst- und
Stock- & Garbe 343. 3.

Decimæ personales

quæ sint II, 334.

in Germania ignorantur 343. I.

Decimarum realium

descriptio II, 335. diuisio 350.

Eæ quo tempore, quibus & a quibus soluantur 340
sunt onus fructuum 339.

earum usus in Germania uariis 343. 2.

Decimæ seculares

quæ sint & quæ earum iura II, 341. natales & fata *

Decimarum pensio

III 442.

Decreta eligibilitatis

quid operentur I, 272.

Decretalium collectiones

Procl. §. 91.

Gregorianæ collectionis auctoritas in Germania Procl.

§. 116. seq. usus in terris euangelicorum 120.

Decreti

auctoritas & usus inter euangelicos Procl. §. 123.

Dedicatio

quid? II, 12.

ecclesiarum in quo consistat 265.

Defectus canonici

quinam sint dispensabiles, qui indispensabiles I, 270.

Degradatio

quid III, 127. quæ de ea notanda 128.

De-

Delatio iurisiurandi

V. iusiur.

Delagatorum

potestas strictissima IV, 29. quænam in summis imperii tribunalibus 33.

Delegati papales

IV, 32.

Delicta clericorum propria

III, 79. seq.

Delictorum ecclesiasticorum

descriptio III, 1. diuisio 2.

de iis quæ statuunt canones 3. & euangelici 4.

Delicta secularia

quæ sint III, 49.

Denuntiatio

antiqua IV, 270. illiusque differentia ab accusatione 271.

hodierna 272.

euangelica retractat sententiam IV, 214. & causarum secularium cognitionem ad iudicem deuoluit ecclesiasticum 41.

ius Deportus

quid II, 441.

Depositio

academica II, 309. *

clericorum III, 125. huius effectus 126.

episcoporum V. episc.

Depositum eccl.

II, 532.

Deprecatio

III, 100.

Desertio malitiosa

uariat II, 212. ** Illius processus IV, 261.

Engau ius ecclæs.

S s

ius

ius Deuolutionis

quando obtineat I, 291. quando ortum **

De eo quæ notanda 292.

Num & in quantum ualeat in Germania 293. &
apud euangelicos 294.

Diaconi

sunt ministri sacerdotum 79. in ordinibus sacris con-
stituti 80.

Eorum persona I, 78. diuersitas 82. * iura 82. uestes
81.

Quinam dicantur inter euangelicos 87.

Diaconisse

quid fecerint I, 137.

Dies

dominici, festi &c. Vid. D. f.

Digamos

a ministerio sacro non arcent euangelici I, 245.

Dignitatum acad.

collatio. V. acad. dignit.

Dilationes

sunt uarii generis IV, 113.

Dilatorie except.

V. except.

Dimissorias literas

accipit alibi ordinandus I, 327. *

Diæcesum

descriptio. Prol. §. 34. *

Dionysii

Areopagitæ hierarchia spuria est. Prol. §. 88.

collectio canonum 89. 2.

in *Diptychis*

olim scribebantur canones Prol. §. 87.

Directorium

articulis probatorialibus subiici utilitatis non necessitatis est IV, 145. **

Dismembratio

ecclesiarum quid II, 426.

Dispensatio

circa nuptias prohibitas quid II, 137. a quo 139.

& quo modo impetretur 140.

ad exemplum trahi nequit 142.

Eam petiturus quid laudare debeat 140.

De ea quid sentiant euangelici 144.

Dispensationis diploma

certo pretio redimendum II, 141. & strictissime explicandum est 142.

Dispensations - Gelder

in quos usus conuertantur II, 146.

Distributiones quotidianæ

quibus debeantur II, 464.

Diuortii

descriptio II, 204. diuisio 205. huiusque auctor*

quod ad uinculum causa legitima 209. effectus 211.

quod ad thorum V. *separat. ad thor.*

Nullum fieri potest sine iusta causa 206. illiusque cognitione 210.

Euangelici plures causas diuortii quod ad uinculum agnoscunt 212.

Doctor eccles.

quibus qualitatibus debeat esse præditus I, 250.

Doctoratus

II, 313. 4.

Doctrina publica

a principe potest determinari Prol. S. 54.

Dogmata

in conciliis determinata num habeant normam? Prol.
§. 122. 3.

Doli

exceptio cuius desponsatorum danda? II, 174. **

Domicilium

proprium & commune habent clerici IV, 37.

Dominici

regula I, 108.

Dominicus dies

II, 234.

Dominium litis

cessat hodie in plerisque locis IV, 122. 5.

Dominio directo

non inducitur ius reformandi Prol. §. 70.

Domus religiose

quæ sint & quotuplicis generis, II, 294.

ecclesiasticæ gaudent immunitate 295. & subsunt

episcopo 296. usque dum probetur exemptio 297.

laicales quænam dicantur 298.

ecclesiasticæ an laicales præsumantur 294.*

Quid in terris euangelicorum 302. & inter diuersa-
rum religionum focios obtineat 303.

Donati

non sunt in monachis I, 101.*

Dotem

ecclesiæ constituere, fundatoris est II, 249.

monasterio adferre licet uirgini I, 362. 1.

Duellum

qui suscepit qua poena adficiatur III, 54.

E.

Ecclesia

pro cætu fidelium sumta

quid?

quid? Prol. §. 6. cur indigeat ordine 7.
ex mente pontificiorum est resp. Prol. §. 31. maior
 ciuili 32. in qua imperant pontifex 33. & epi-
 scopi 34. Epicrisis 38
ex mente protestantium est collegium æquale Prol.
 §. 39. seq. uel probatum, uel reprobatum 41.
Quibus iuribus gaudeat ecclesia in totum uel in tantum
adprobata 42. seq. reprobata 45.
subest principi 40.
quando dominans audiat 42.

Ecclesia Christiana

quæ? Prol. §. 24.
diuiditur in internam & externam* uniuersalem &
 particularem 25.
sine ritibus 26. & ordine subsistere nequit 27.
in remp. abiit 29. & iterum purgata est 30.
Illius historia & antiquitates faciunt ad addiscendam
 Iurisprudentiam ecclesiasticam Prol. §. 134.

Ecclesia Christiana

in Germania adprobata

duplex est Prol. §. 58.
ex symbolis, quibus subscribit, dignoscitur 60.
fruitur pace 61. libertate religionis 62. honoribus 63.
 iustitia 64.
Illius historia docet usum iuris canonico-pontificii
 in Germania 138.

Ecclesia iudaica

ad legem adstricta erat Prol. §. 10. constabat ex cle-
 ricis & plebe 11.
in eam solemniter receptio a iudæis natorum & pro-
 felytarum 17.
Illius historia & antiquitates faciunt ad addiscendam
 Iurisprudentiam ecclesiasticam 133.

Ecclesia

pro *æde* sumta

in rebus sacris est II, 20.

quomodo debeat extrui 248. dotari 249.

collapsa cuius sumtibus reficienda 250. seq.

quomodo consecranda 257.

consecrata gaudet sanctitate 258. iure asyli 259. im-

munitate 260. iterum consecrari nequit 261.

polluta quæ sit 262. & quomodo reconcilietur 263.

ex mente euangelicorum non consecranda 266. sed
dedicanda est 265.

quæ iura ecclesiis tribuenda 267.

quid de ecclesiis extruendis & reparandis sentiant

euangelici 253. & disponat pax Gueſtphalica 254.

Controuerſiæ super ecclesiarum extruptione & refe-
ctione natæ 255. seq.

in *Ecclesia aulica*

num exerceri queat noua religio Prol. §. 72. c.

Ecclesia

baptifmalis II, 18. * cathedralis 244. collegiata 245.

conuentualis 246.

creditrix § 13. debitor 512.

filia matrem sequitur 422.

mater quæ dicatur 422. *

parochialis quænam 247.

Ecclesiarum

consecratio, dismembratio, secularisatio, unio &c.

V. C. D. S. V.

Editio instrumentorum.

Quænam instrumenta actor reo & reus actori edere
debeat IV. 157.

Electio Prælatorum

quid sit I, 246. a quibus 248. & ubi fieri debeat 248. 4.

fieri

fieri debet solemniter 249. & libere 250.
pacto restringi potest ad certas personas certumue
modum 250.

Illius tres sunt formulæ, scrutinium nempe, inspira-
tio & compromissum I, 251. seq.

quale ius tribuat 256.

quanam dicatur nulla 257.

Electio abbatum 261. abbatissarum 262. episcopo-
rum 259. pontificis 258.

Quid in eligendis prælatis seruent germani 263. &
euangelici 264.

Electiois Præl. Euang.

diffidiosa iudex I, 265.

Electores absentes

quibus in casibus non sint citandi I, 249.*

Eorum procurator quis esse possit, quæque præstare
debeat **

Elemosynis

redimitur poenitentia II, 68.

in Eligendis

qui nequeant esse I, 255.

Eligibilitatis decretum

V. Decr.

Emancipatio

solemnis ignoratur hodie I, 358. r.

Emigratio

quotuplex & quando ei detur locus Prol. §. 75.

fieri debet iusto tempore 77. & saluo cuiusque iure
78.

in poenam iniungi nequit 79.

quibus iniungi nequeat 80. 4.

Eam iniungit is, cui ius reformandi competit 80.

Emtio uenditio

ab ecclesia celebrata II, 515. seq.

Encænia

II, 264.

eorum festiuitates ciuiles reputant euangelici 267.

quibusdam in locis Germaniæ solemniter publicantur

268. 3.

Episcopalis ordinis

iura quæ sint I, 35.

Episcoporum

descriptio I, 32. insignia 36. 2. natales * nomina **
ordines 12.*

reditus extraordinarii II, 462.

imperium ad diocesin restrictum I, 36. 42.

potestas imperandi 36. 3. seq. leges ferendi 37. ius
dicendi 38. uota commutandi, Dd. constituendi
39. uisitandi 41.

cura salutis ecclesiasticæ Prol. §. 35.

dominium eminens in bona eccles. 40.

electores & electio 259.

si subsunt pontifici I, 43.

Episcopi exempti

qui sint & quæ eorum iura I, 47.

quinam hoc titulo gaudeant in Germania 59.

Episcoporum Germ. immed.

iura sacra I, 51. & secularia 52. qualitates 273. 3.

Episcopi nomine tales

qui sint I, 50. qui eorum natales *

sunt aliorum suffraganei 161.

a pontifice constituuntur 260.

ignorantur inter euangelicos 264. f.

Episcopi protest. in Germ.

quinam sint I, 60.

sunt

funt principes 62. dignitate ecclesiastica quidem fulgentes 63. aut destituti episcopali munere 64.

Equites sacri

funt religiosi I, 129. parent superioribus 130.
quid peragere debeant 129. 6. quinam in eorum numerum recipiantur 238. in Germania 239. 4. 5. apud euangelicos 240. 5.

Eremitæ

qui I, 102.

Error

quisnam obsit sponsalibus II, 174.
in iudicio commissus quando reuocari debeat IV, 129.*

Eucharistia

descriptio II, 94. symbola * usus necessarius 95. & frequens *

fruitio est signum communionis ecclesiasticæ 96.

Quomodo ea usus se preparare debeat 97.

Euangelicorum sententia 98. controuersia 99.

Exarchus

quis? I, 47.

Exceptiones

quot sint? IV, 106.

declinatoria iudicii 107.

dilatatoria quæ sint 108. quando & quomodo opponi debeant secundum ius canonicum 109. & praxin Germaniæ eod.

peremptoria quando opponi debeant secundum ius pontificium IV, 123. & recessus imperii 124.

Excessus

clericorum III, 83.

Excommunicatio

quid sit III, 101. & quotuplex 102.

Vnde nata 101.*

quis eam pronuntiet 104. & quomodo 107.
quinam ea notari possint 105.
Ab ea liberant retractatio 112. absolutio 113.
Quid statuunt euangelici 115. quidque sit statuen-
dum 116.

Excommunicationem canonis
quinam incurrant III, 108.

Excommunicationis maioris
effectus III, 110.

Excommunicationis minoris
effectus III, 109.

Executio
quando IV, 216. a quo 217. & quomodo fieri de-
beat 218.

Praxis Germaniæ 219.

Executores testamentarii
quinam sint II, 502.

Exorcismi
ab ecclesia definiti ad fortilegia non pertinent III, 77.

Exorcista
est clericus minorum ordinum I, 10.

Expectantia
quæ II, 360. 378. a quo & quomodo detur 379.
quibusnam proficit 380.

quænam dicatur tacita 379. *
Illius usus in Germania 381.

Expositio infantum
III, 51.

Extrauagantes
Procl. §. 91. 4. 5.

Extrema unctio
V. Vnct.

F.

Facultatum

quælibet subest decano II, 308.

Falsi

quinam rei sint III, 74.

Femina

tacere debet in ecclesia I, 137.

nullius muneris capax uidetur esse euangelicis 145.

Feriarum

exceptio IV, 112.

Ferrandi

breuiatio canonum Prol. §. 89.

Festi dies

quinam celebrentur II, 235. quomodo diuidantur 236
a quo determinentur 240.

in calendario describuntur & populo significantur 237

Quænam in illis sint illicita 239.

De iis quænam singularia apud euangelicos 241. &
in Germania 243.

Eorum numerum princeps minuere potest Prol. §. 54.

Feuda eccl.

quæ sint II, 524. quomodo constituentur 527.

quænam improprie sic dicantur 526. 528.

plerumque sunt feminea 530. 1.

Fideiussio

clerici num obliget ecclesiam II, 535.

Flagris cruentis

corpus dilacerare, satisfactio est II, 64. 3.

Formula concordie

est liber euangelicorum symbolicus Prol. §. 60. *

Forum

quodnam sit competens IV, 35. intuitu causarum ec-
clesiasticarum 41.

contractus 38. delicti 40. domicilii 37. prorogata
iurisdictionis 47. rei sitæ 39.

Forum priuilegiatum

competit clericis I, 406. paucis casibus exceptis IV,
42. an etiam tonsuratis & minorum ordinum cle-
ricis * num huic foro renuntiari queat? 43.
competit academicis 44.

Francisci

regula I, 110.

ius Fraternitatis

monasticæ non tribuit monachatum I, 103.*

Fratres laici

num abbatem eligere possint I, 261.*

Fratres b. Mariæ de mercede

quid promittant I, 110.

Fratres minores

quid uoueant I, 110.

Furtum

quid & quæ illius pœna III, 65.

G.

Geistliche.

num hoc nomen tribuendum sit Dd. ecclesiæ I, 20.

Generalis

quis dicatur I, 123.

num quid iuris ei competat in abbates, in terris euan-
gelicorum habitantes 126.

in Geradam

matris succedunt clerici II, 495.

Germani

quasnam canonum collectiones receperint Prol. §. 113.
quasque probauerint 114.

Gradus

qui sint II, 124.

Gra-

Gratiani

concordantia discordantium canonum.

De ea quæ sint notanda Prol. §. 90.

Illius auctoritas in Germania 115. 117. usus in terris
euangelicorum 120.

Guardiani

monachorum I, 115.

H.

Hæresis

quid III, 25. quomodo debeat præcaueri 27. extir-
pari 28. puniri 31.

Sententia euangelicorum 32.

Quæ hæresis dicatur in Germania 34.

contra *Hæreticos*

quisnam processus instituendus III, 30.

Hæretificii

crimen III, 36.

Heres

quisnam in testamento scribi possit II, 536.

Serren: Meisterthum

quæ de eo sint notanda I, 135. 2.

Historia Ecclesiastica

prodest iuris ecclesiastici studiolo Prol. §. 133. seq. 138

Soch: und Teutsch: Meister

I, 133.

Homicidia

capitalia non habuerunt patres III, 48. sed pœni-
tentia lui uoluerunt *

Honoraria

ordinatoribus præstari solita I, 363.

Horarum canonicarum

natales & fata I, 93. *

Hospi-

Hospitalia

quæ sint & quotuplicia II, 300.
 diuiduntur in ecclesiastica & laicalia 301.
 De iis quænam disponat pax Guestphalica 303.

Hostia consecrata

adoratio, eleuatio, expositio &c. II, 93.

I.

Jawort

quid inuoluat? II, 195.

Ieiunans

quis II, 65, *

Ieiunia

quomodo diuidantur II, 66. quænam statuta & generalia ** an dominicis & pentecostes diebus seruari queant 67. 4. *

Quid de iis statuunt euangelici 81.

Ieiunus

quis? II, 65. *

Iesuitæ

ad quid obligati I, 110. quoties celebrent capitulum generale 123. *

Imagines

sanctorum sanctæ sunt II, 27.

Inmersio

olim in baptismo usitata erat I, 303. ***

Impedimenta matr.

quotuplicia II, 148. quomodo probentur 149.

Imperatori

comperit potestas hunc & illum a papatu excludendi I, 258. * ius mittendi commissarium ad actum electionis prælatorum Germaniæ 263. ***
 in quibusdam ecclesiis datur locus inter canonicos 99. *

Impa-

Impenitentes

a sacra cœna arcendi potestas num ministris V. D. competat II, 99. 6.

Impotentia coeundi

impedit II, 115. seq. & quandoque nullum reddit matrimonium 198. seq.

de ea quomodo constat 198.

Incestus

III, 60.

Inductio documentorum

num necessaria IV, 158.*

Indulgentiarum

auctores II, 69. diuisiones 70.

Eæ qua ratione 71. quibus 72. & quousque dentur 73.

Infantis

cædes quomodo puniatur III, 50.

expositio qua pœna luatur 51.

Infidelitas

num crimen sit? III, 13.

Inhibitoriales literæ

IV, 228.*

Inquisitionis

origo IV, 273. fata 274.

Inrotulationis terminus

IV, 215.

InforDESCERE

quis dicatur III, 111.

per *Inspirationem*

electus quis dicatur I, 252.

eligere dubitant euangelici 264. c.

Institutio

quid sit II, 404. a quo 406. quomodo 407. & sub quibus solemnitatibus peragatur 408.

facta

facta quid operetur 409.

Illius usus in ecclesiis euangelicis 410.

Instrumentorum

descriptio IV, 151. diuisiones 152 seq. productio 155

recognitio 156. inductio & specificatio 158. *

Quænam actor reo, & hic illi debeat edere 157.

Instrumenta testium subscriptione firmata æquiparantur publicis IV, 158. 1.

Quid probent, 195. ubi collidunt cum testibus 199. aut inter se 200.

Instrumenta priuata

quæ sint IV, 153.

Instrumenta publica

quæ dicantur IV, 152.

Instrumenta transfumta

quando probent IV, 154.

Intentio

quænam in sacramentorum administratore requiratur II, 48. *

Interdictum eccl.

quænam ei dent locum II, 151. an contra illud contracta matrimonia sint nulla 154.

Interdictum pæn.

Illius natura III, 118. origo * uarietas 119. iura 120 de *Interpretatione*

quæ sint notanda Prol. §. 141.

Interrogatoria

concipit productus IV, 146.

quænam reiiciantur 147.

Inuestitura prælat. germ.

a quo fiat & quomodo I, 283. 3.

Euangelicus pro inuestitura quid soluere debeat 284.

Johans

Johanniter-Meister

est princeps imperii I, 135.

Irregularitatis

descriptio I, 241. circa eam dispensatio 244.

Ifidori

collectio canonum. Prol. §. 89. 5.

Iubilæorum

celebratio II, 74.

Iudei

habentur peregrini III, 15.

tolerari queunt 16. quoad usque non obsunt christianismo 17.

sunt serui 18. sublestæque fidei homines 19.

Sententia euangelicorum 20.

Quinam ius iudæos recipiendi & a receptis censum petendi competat in Germania 21.

Judaismus

quid II, 14.

Iudex

quis sit IV, 24. quisnam dicatur competens 35. habitus 34. sincerus 36.

quisnam recusari possit 46.

Iudicem agere nequit monachus I, 106. 1.

Iudices delegati

quinam IV, 27. & quomodo constituantur 28.

quando eorum numerus creuerit 25. * potestas cesset 31.

quinam recusari possint 46. *

Iudices ordinarii

qua potestate gaudeant IV, 26.

Iudicium aulicum.

In eo ficta paritas est assessorum utriusque approbatæ religionis. Prol. §. 64.

Engau ius eccles.

T t

Iudi-

Iudicium Camerale

Illius assessorum utriusque adprobatae religioni addicto-
rum paritas uera Prol. §. 64. presentatio. **

Iudicium eccles.

princeps euangelicus constituere potest Prol. §. 52.

Iuonis

decretum. Prol. §. 115.

Iurisdictio

delegata est uel ordinaria IV, 8. uel *delegata* in spe-
cie sic dicta 9.

ecclesiastica quæ IV, 2. an spiritualis 3.

De ea quid sentiant euangelici 11. & statuerint Ger-
mani 12.

propria competit uel ex lege IV, 5. uel ex priuilegio 6
prorogata IV, 10. & 45.

Ius Canonicum

quid sit? Prol. §. 127.

Ius ciuile

facit ad cognoscendam iurisprudentiam ecclesiasti-
cam. Prol. §. 137.

Ius ecclesiasticum

quid? Prol. §. 123.

distribuitur in canonicum 124. & pontificium 125.

Ius ecclesiasticum protest.

quid? Prol. §. 126.

Iuris ecclesiastici prudentia

quid? Prol. §. 127. num profit studiosis theologiae
128. iuriumque 129.

Iuris ecclesiastici studiosus

quænam præiudicia fugere Prol. 130. & quibus admini-
culis uti debeat 132. seq.

Ius eligendi praelatum.

Illius fata I, 246.*

Ius naturæ

in quantum profit iuris eccl. studioso. Prol. §. 139.

Ius nominandi prælatum

quibus regibus competat I, 246.*

Ius optandi curias

V. Opt.

Ius patronatus.

V. patron.

Ius pontificium

quid? Prol. §. 125.

Ius primariarum precum

V. prec.

Ius in sacra

ex mente pontificiorum principi seculari non com-
petit Prol. §. 30. & si pars illius alicui competat,
salua superioritate sacra competere dicitur §. 37.

ex mente euangelicorum quid sit? Prol. §. 46. cur 48.

& in quæ negotia competat 49.

Illud exerciturus princeps attendere debet salutem
reip. 50. seq. religionis libertatem 53. finem ec-
clesiæ 54. seq.

competit ui superioritatis territorialis 48.

prudenter exerceri debet 56.

Quæstiones controuersæ de iure principum in sacra
ciuium 57.

Ius spoli

quid sit II, 492. num uigeat in Germania 495. &
apud euangelicos 496.

Iusiurandum

quid? IV. 159.

per procuratorem non ubique præstari potest 174. 5.
qua formula, quibusque solemnitatibus sit præstan-
dum 160.

Quid usu seruetur in Germania 174.

adsertorium uariat IV, 165.
calumnie IV, 114.
dandorum & *respondendorum* IV, 121. in Germania præstatur de calumnia 122. 3.
necessarium quotuplex IV, 170.
perborrescentie quando præstandum IV, 47.
promissorium uariat IV, 164. a quibus & de quibus rebus præstetur 161.
 Præstiti interpretatio 162. effectus 163.
purgatorium solemniter præstandum est IV, 172.
religionis hum iustum fit I, 336. **
simonia III, 12.

suppletorium præstare quis debeat IV, 171.
uoluntarium a quibus & de qua re præstetur IV, 166
 delatum acceptandum & præstandum 167. aut referendum 168. aut probatione declinandum est 175
 num delatum reuocari queat 169.

Iustitia honestatis publicæ

oritur ex sponsalibus puris II, 182.

K.

Krummstabs • Lehn

II, 524.

L.

a Lacticiniis

tempore ieiunii quadragesimalis abstinendum est II, 67. 7.

Laici

sunt contemnendi I, 7. simplicia tantum munera subire possunt *

Lancelloti

Institutiones Iuris Canonici. Prol. §. 92.

Laudemium

exigendi ius patronis competit II, 393. 401. 7.

Lecti

Lectiones

in ecclesia institui solita II, 38. 43.

Lector

est clericus minorum ordinum I, 10.

Legatorum apost.

descriptio I, 146. natales * diuisio 147.

potestas ad prouinciam, in quam missi sunt, restricta
154. in Germania limitata 156. & in terris euan-
gelicorum plane sublata est 157.

dati seu missi qui sint 148. & quibus ex causis eo-
rum potestas cesset 155.

a latere qui dicantur 148. quæ eorum potestas 151.

cum caractere legati de latere quinam? 147.*

nati quinam dicantur 147. num presentibus missis
eorum potestas quiescat 153. & quibus ex causis
cesset 155.

Legatorum

iura II, 503.

Legatorum ad pias causas

privilegia II, 503. 2. & 504.

Legitimatio per subsequens matr.

& illis obtingere potest, quorum natiuitatis tempore
nullæ nuptiæ potuerunt esse inter eorum parentes
II, 160.***

in Lehr- Wehr- und Wehr- Stand

ex errore diuiditur ecclesia Prol. §. 40.

Leuitarum Iud.

munus. Prol. §. 13. constitutio 7.

Lex celibatus

quibus iniuncta I, 11.

Eam nesciunt euangelici 19.

Lex diuina Leu. XVIII. XX.

est noua & particularis II, 144.* prohibens personas,
non gradus **

num prohibeat nuptias cum defunctæ uxoris forore
ineundas 145.

Libellus

quid sit IV, 87. quotuplex 88. quæ clausulæ ei sole-
ant adijci 92.

continere debet facti speciem 89. causam petendi 90.
ipsam petitionem 91.

num queat declarari, emendari, mutari 95.

certis numeris distinctus non est prohibitus 96.

Quando in eo admittatur petitio generalis 91.* al-
ternatiua.**

Liberi

quinam sint legitimi II, 160. quinam per subsequens
matrimonium legitimari queant 160. 4. & ***

an legitimi dici queant procreati ex matrimonio nul-
lo 202. aut instaurato 220.

Libri symbolici

euangelicorum, pontificiorum & reformatorum. Pro-
f. 60.*

Iis subscribere debent ordinandi I, 336.

Linea

quid & quotuplex II, 125.

Literæ

amatoriæ, compulsoriæ, dimissoriæ, inhibitoriæ &c.

Vid. A.C.D.I.

Litis contestationis

natura IV, 115. diuisiones 117.

A quibus 118. & quando fiat ea 119. quid facta
operetur 120.

Litis pendentia

quando inducatur IV, 103.

Liturgia

quid II, 227. quotuplex 229. 4.

uariat

uariat pro diuersitate religionis 229.

quomodo comparata esse debeat 230.

Eam adornare cui competat 231.

liturgiæ apostolicæ. Prol. §. 82.*

ius *Liturgicum*

euangelicorum II, 232.

an mutari possit in Germania 233.

Locationis

obiectum quamnam res ecclesiasticæ constituere possint

II, 533.

Lubecensis Ep.

administrator I, 58.

Luctus publici

honor competit patronis II, 391.

Lustratio puerperarum

I, 317.

M.

Magdeburgensis AEp.

seculo addictus est I, 58.

Magisterium

II, 313. 2.

Magistri linguarum & ordinis

I, 132.

Maioritas

quamnam inter prælatos I, 386. canonicos 387. reli-

quosque clericos 388. religiosos 389.

Quæ sit in Germania 391. & apud euangelicos 392.

Maledictum

delictum clericorum III, 81.

Mandatum procurat.

quomodo illius formula comparata esse debeat IV, 74.

quibusnam illud datum præsumatur 75.

sub clausula; *cum libera* datum quid potestatis tri-

buat 76.

T t 4

Man-

Mandatum de prouidendo.

Illius descriptio II, 374. concursus 375. interpretatio
376. iura 377. usus in Germania 381.

b. *Mariæ de mercede*

fratres ad quid obligati I, 110.

Matrimonium

quid sit II, 107. & quotuplex 108. quæ illius iura 159
consensu conficitur 110.

nullum est 1) ob defectum consensus matrimonialis
II, 197. 2) ob impotentiam coeundi in alterutro
198. 3) si alter coniugum salua conscientia ma-
trimonium continuare nequeat 200.

an nullum sit ob defectum consensus parentum uel
centurionis 201.

initur sobolis procreandæ gratia 115. seq.

Illud celebraturi quandoque alterius consensu indigent
162. seq.

an & quando in sacramentum abeat 152.

Euangelici quid sentiant 156. 1. an iusta causa sit, cur
utantur phrasi: heilige Ehe 163.

Matrimonii effectus 160.

V. Connub.

conscientiæ quid & quæ illius iura II, 168.

impar non communicat sortem mariti cum uxore &
liberis ex hac procreandis II, 162.

instauratum quid II, 217. quotuplex 218. seq. quid
efficiat 220.

legitimum II, 159.

ad L. Sal. facit uxorem & ex hac procreandos libe-
ros marito inæquales II, 162.

per procurat. II, 164.

putatiuum quid & quæ illius iura II, 167.

quinquag. a. coni. II, 171.

ratum

ratum quid II, 108. & quæ illius iura 158.

simulatum legibus contrariatur II, 170.

ad thalac quid & quæ illius iura II, 169.

uirgineum an celebrari possit, & quæ sint iura celebrati II, 166.

Medicinam

exercere nequeunt clerici I, 8.

Menses papales

qui sint II, 370. in quibus beneficiis non attendantur *

Metropolitanus

quis & quæ illius iura I, 46.

Metus

quisnam sponsalibus oblit II, 174.**

Militiam

sequi nequeunt clerici I, 8.

Mindensis Ep.

religione solutus est I, 56.*

Ministerii eccl.

necessitas num probanda I, 20.

Fr. Minores

ad quid obligati I, 110.

Missæ

quid II, 84. quotuplex 85.

est sacrificium 89. propitiatorium 90. idque quotidianum 91.

unica quotidie a quoque sacerdotum celebrari potest 97. si diem natiuitatis domini exceperis *

a quo celebrari possit 89.

Euangelici missam repudiant II, 98. i. nec celebrant prælatum electuri I, 264. b.

Missale Ro.

II, 85.*

Missio in possessionem

bonorum rei contumacis quid sit IV, 246.
an obtineat hodie in Germania 249.

Moguntini Archi-Episc.

iura & suffraganei I, 54.

Monachi

tria uota seruare debent I, 111.

Eorum natales & fata 101. * diuersitas 102. sq. officium I, 16. 104. iura singularia 109.

Quæ illis liceant nec ne 104. seq.

inter euangelicos ignorantur I, 113.

In eorum numerum quis 236. & quomodo recipiatur 354.

quamdiu duret annus claustralis I, 236. 4. & **

Monachus apostata I, 107.

V. Cœnobita.

Monachorum

capitulis quæ iura competant I, 112.

regule quæ 108.

priuilegia uariant 109.

Monasteria

cuius auctoritate & quomodo exstrui debeant II, 299.
diocesano subesse præsumuntur *eod.*

Eorum numerus augeri nequit in ciuitatibus mixtæ religionis 303.

Monialium

fata I, 139. uariis status 140. actiones 141.

quæ in earum numerum recipiantur 237. & quomodo 355.

in quo differant ab oblatiis 237. *

Monoculi

ad sacerdotium aspirare nequeunt I, 243. 2.

Mon-

Montes pietatis

quinam dicantur III, 72.

Munera simplicia

subeunt laici I, 7.*

Mutuum

dare II, 510. & accipere potest ecclesia 511.

N.

Nach Jahre

II, 482.

Natiuitas

illegitima ab ordinibus sacris excludit I, 241.

Negatiuam

uel facti, uel iuris, uel qualitatis esse statuit glossa IV,
137.*

Neubruchzehenden

differt von der Forst- und Stock-Sarbe II, 343. 3.

Nobilitas

cum XVI. maioribus ab Imp. concessa num qualificet
ad canonicatus? I. 239.*

Nominatio

quid I, 285. & * quid efficiat 286.

Notarium

agere nequit monachus I, 104.

Nouitii

gaudent religiosorum priuilegiis, I, 236.**

an abbatem eligere possint 261.*

testamentum condere queunt II, 498. &*

Nummus confessionarius

II, 466.

Nuntiaturæ

IV, 15.

Nuntii apost.

qui sint I, 148. qua potestate gaudeant 150. præfer-
tim in Germania 156. cum

cum charactere legati de latere, cur introduci 147.*

Nuptiæ secunda

quæ sint II, 221. a quibus 222. & quo tempore celebrari possint 223.

Earum odium 224. iura in Germania 225. ac in terris euangelicorum 226.

Nuptiale conuiuium

I, 157.

O.

Obedientia

quid I, 390. quotuplex *

Oblati

non sunt in monachis I, 103.*

de Oblatis

quæ notanda I, 237.*

Oblationum

antiquarum uarietas II, 347.

Ius eas percipiendi num competierit patronis 393.

Obmann.

Eum eligere num liceat arbitris IV, 60.

per Ocularem inspectionem

quænam probatio IV, 176. quomodo suscipiatur 177.

quid facta efficiat 178.

Officialium

status I, 180. uarietas 186. natales 180.* status & potestas in Germania 187.

V. Vicar. general.

Officium hereditarium

num competat capitulo tempore sedis uacantis I, 229. 2.

Officium sacrum

quodnam præferendum, diocesanos an Romanum? II,

131. 4.

Oleum

Oleum

uel catechumenorum est uel infirmorum II, 4.

Opfer : Geld

cui cedat II, 347.

ius Optandi curias

II, 473.

Oratoria

sunt uel publica II, 21. uel priuata 22.

quænam deprehendantur in terris euangelicorum 32.

9. seq.

Ordinandi

quinam sint apud pontificios I, 328. sq.

apud euangelicos ubi examen sustinuerunt 336. * li-

bris symbolicis subscribere ac iusiurandum religio-

nis præstare tenentur I, 336.

Ordinationis

ex mente *pontificiorum*

descriptio I, 324. solemnitas 330. & ** tempus * ab-

soluta necessitas ** symbola *** minister 326. sq.

Ea quibus contingat I, 328. seq. quid tribuat 331.

quænam sit hodie 333.

Ordinatio

ex mente *protestantium*

nonnisi ad ministerium sacrum uocatis I, 335. &

probatis datur 336.

est ritus ecclesiasticus 334. quouis die peragendus 337

data non imprimat characterem indelebilem 338

Ordinator

recipit honorarium I, 363. etiam inter euangelicos 364

Ordo cognitionum

quid sit IV, 203. quomodo seruari debeat 204. sq.

Ordo in ecclesia

quomodo determinari debeat Prol. §. 7.

Ordo

Ordo Iobanniticus

in 8. nationes diuiditur I, 132.

de illius lingua germanica & speciatim de baliuia

Brandenburgica quæ sint notanda 135.

quis in illum recipiatur in Germania 239 4. sq.

Vid. Baliuia Br. Johanner Meister

Ordo religiosus

quis dicatur I, 110.

nouus introduci potest, ubi antiquus plane interiit

II, 303.

Ordo sacer

nuptiis impedimento est II, 117. constituit sacramen-
tum uoluntarium 55.

ad illum quinam recipiendi sint I, 241. uel non 242.

Eum in sacramentis esse negant euangelici II, 56. 3.

Ordo sacer equestris

quid sit I, 128. ex quibus membris constet 129. 2.

quibus superioribus sublit 130. quibus priuilegiis
munitus esse soleat 131. b.

est diuersi generis 131.

an & quomodo huic adiungantur euangelici 136. &

feminæ 143.

Ordo Templariorum

sublatus est I, 134.

Ordo Teutonicus

in quot baliuias diuidatur I, 133.

Osculum pedum

exigit Ro. Pontifex I, 28.

Osnabrugens. Episc.

singularis formula est I, 56. *

Ostiarus

est clericus minorum ordinum I, 10.

P.

Pachomius

auctor uitæ cœnobiticæ I, 103. *

Pædobaptismi

natales I, 306. *

de Paganis

quid statuant pontificii III, 23. euangelici 24.

Paganismus

quid III, 22.

Pala

inscriptio num hodie attendenda Prol. §. 90. 4.

Pallium

conficitur quam solemnissime I, 345. **

quid sit 345. & quæ illius fata *

a quo 347. & quibus conferatur 348.

petitur & confertur solemniter 349.

tribuit plenitudinem muneris pontificalis 350.

Quid de eo statuant germani 351. & euangelici 352

Panis

ad sacramentum altaris necessarius II, 87.

Papatum

delictis clericor. propriis annumerant euangelici III, 86.

Parentum

consensus in nuptias liberorum quomodo requiratur

II, 118. ex quibus causis denegari possit 114.

Parochiales

ædes V. ædes.

agri, a quo colantur II, 476.

fyluæ cæduæ II, 477.

Parochianus

quis I, 393. unde æstimetur secundum ius pontifici-

um 396. & mores Germaniæ 398.

facris in ecclesia parochiali peragendis interesse de-

bet 395.

Pa-

Parochus

quis I, 189.
 agit presbyterum 191. eumque pastorem 192.
 præest ecclesiæ plebanatæ 193.
 debet residere 193, aut ueniam absentia impetrare 194
 quando percipiat iura stolæ II, 463.
 inter euangelicos quis sit & quæ illius iura 194.

Partes Gratiani

ProL. §. 90. 3.

Passauiensis transactio

ProL. §. 121.

Patina

in rebus sacris est II, 19.

Patres.

Eorum dogmata nosse prodest ProL. §. 90. **

Patriarcha

qui & quæ eorum iura I, 49.

Patriarchatus

quid ProL. §. 34. *

Patrini

qui esse nequeant I, 302.

Eorum natales 302. * numerus inter pontificios **
 & euangelicos 310. 4.

ius *Patronatus*

pertinet ad res spiritualibus annexas II, 387. est uari
 rii generis 388. 396.

unde probetur 397. quomodo acquiratur 386. *
 transferatur 398. quando cesset 399.

Eo non inducitur ius reformandi ProL. §. 70.

Quid de eo sentiant euangelici 401. seq.

Quæ ad illud referantur perperam 403.

Patronorum

descriptio II, 386. iura honorifica 389. 391. onerosa
 395. utilia 392. seq.

Pax

Pax

religiosa Prol. §. 121. Westphalica. *cod.*

Peculiaritatis uitium

quando contrahatur & quomodo puniatur I, 107.

Peculium clericorum

quid sit II, 490. & quæ in illud successio 491.

Pecunia lustrica

I, 309.

Pensionum

descriptio II, 430. quantitas 433.

Eæ a quo 431. & quomodo adsignentur 432.

Quibus beneficiis in Germania delibare possit pontifex 434.

usus inter protestantes rarissimus 435.

Percussio

III, 80.

Peregrinatio

canon. in quibusdam capitulis requiritur I, 239. 6.

facra est satisfactionis species II, 64. 4.

Peregrini

in Germania inhabiles sunt ad capitula I, 239. 5.

Peremptoriæ except.

V. except.

Pericopæ

quæ sint II, 34. * quid de illis statuunt euangelici 40.

Permutatio

rerum ecclesiasticarum II, 517. præbendarum 518.

Petitorii

cum possessorio cumulatio IV, 259.

Pfarr- Amts- Gebühren

II, 463.

Philosophia moralis

prodest I. Eccl. studioso Prol. §. 139.

Engau ius eccles.

V u

Pho-

Photii

nomocanon Prol. §. 88.

Pia corpora

sunt uarii generis II, 304.

Plebani

quinam dicantur I, 76. 189.

Plus petitio

quot modis fiat & quomodo coerceatur IV, 91. ***

Pena

quid III, 87. quotuplex 88. seq.

diuiditur in spiritualem & uindicatiuam 88. defini-

tam & arbitrariam 90. propriam & communem 91.

quibusnam irrogetur 93. & a quo 94.

Sententia euangelicorum 95.

Penitentia priuata

est sacramentum II, 63.

Quid de ea sentiant euangelici 79.

Penitentia publica

quid sit III, 96. & quotuplex 98. a quo & cui im-

ponatur 97. quid efficiat 99.

Sententia euangelicorum 100.

Politica

facit ad addiscendam Iurisprudentiam ecclesiasticam

Prol. §. 135.

Pollutio eccles.

quibus fiat modis II, 262.

Pontifex

maior regibus Prol. §. 32. & bonorum ecclesiasti-
corum dominus 33.

dicatur episcopus I, 23. & uicarius Christi 24. natus 25

imperat ecclesiae 26. & rebuspublicis 27.

utitur utroque gladio 28.

a quo & quomodo eligatur 263. & *

salutem ecclesiæ curare debet. Prol. §. 35.

uarias accipit sportulas II, 461.

in terris euangelicorum auctoritate destituitur I, 30. sq.

Pontificis M. Iudæor.

munus. Prol. §. 16. constitutio 17.

Pontificalia iura

quæ sint I, 35.

de Portione canonica

parochiali quæ notanda II, 291.

Eam nesciunt euangelici 292.

Portio canonica episcopalis

II, 438.

Positiones

quæ formari debeant IV, 121.

num supersint hodie 122. 2.

Possessorium

est uel ordinarium, uel summarium IV, 257. utriusque cumulatio 258.

Illis cum petitorio cumulatio 259.

in Postillis

asylum quarere non licet II, 42. 11.

Postulare

quid sit? IV, 61.

quinam pro se postulare nequeant 62.

postulatio prælatorum

quid denotauerit olim I, 266. * denotetque hodie 267

Illius admissio sola gratia superioris nititur 269.

quinam postulari possint 271.

reiecta quid operetur 273.

in Germania iustitia plerumque nititur 274.

an frequentetur in immediatis 275. & mediatis eu-

angelicorum capitulis 276.

Postulatio minus solemnis
quid sit, & quomodo illi detur locus I, 277.

Præbendarum

permutatio II, 518.

V. Benefic.

Præceptorie

V. Commendaturæ

ius Prædicandi

perdiderunt episcopi I, 34. *

Prædicatorum

regula I, 110.

Prælati.

Inter eos quis maior I, 386.

Prælati Germ.

quibus qualitatibus debeant esse præditi I, 263. 3.
quando indigeant senatus consensu 218.

Præpositus

caput canonicorum I, 95. eligitur 94.

an hodie superfit in Germania 98. 6.

dux monachorum 115.

Præscriptionis exc.

quando nullius momenti II, 126.

Præsentatio

quid sit I, 287. quomodo fieri debeat 289. II, 389. seq.
Ei regulariter inest ius nominandi & eligendi 288.

Præstimoniorum

descriptio II, 450. diuisio 451. iura 452.

Præsumtionis

definitio IV, 179. diuisio 180. fundamenta 184.

Quidnam efficiat præsumtio hominis 181. iuris tantum 182. iuris & de iure 183.

Earum collisio 201.

Pre-

Precaria

quid? II, 519. quotuplex 520. sub quibus legibus
detur 521.

Illius iura in Germania 523.

Oblatae iura 522.

ius precum primariarum

quid II, 382.

in quibus beneficiis 383. & quomodo exerceatur 384.
num ei detur locus in ecclesiis euangelicis 385.

Precum publicarum

honor competit patronis II, 391.

Presbyteri

descriptio I, 73. sacerdotium secundi ordinis 74. sq.
diuisio 76. status antiquus 73. * & hodiernus in-
ter euangelicos 77.

Quæ illis secundum canones non competant 75.

Presbyter penitentiarius

I, 168.

Presbyteria

num sint iudicia ecclesiastica IV, 17.

hodie uariis nauis laborant 20. 3.

Priester.

Num hoc nomen competat Dd. ecclesiæ I, 20.

Primas

quis & quæ illius iura I, 48.

Primicerius

quis I, 91. 197.

Primitiarum

descriptio iuraque II, 346. natales & fata*

Principes catholici

destituuntur omni iure in ecclesiam Prol. §. 36. sq.

Principes euangelici

gaudent iure in sacra ciuium. Prol. §. 48. seq.

possunt controuersias theologicas decidere 53. 3. pastores punire 50. 2. determinare doctrinam publicam 51. 4. festorum dierum numerum minuere 51. 5. legem amortizationis publicare, iudicia ecclesiastica instituire 52.

Priorisse

I, 140.

Præuilegia

quid sint? Prol. §. 100. quomodo diuidantur 101. a quo concedantur 104. quibus modis amittantur 105.

constituunt exceptionem a regula 103.

Probatio

quid IV, 133. quotuplex 134. quid efficiat 193.

quid 136. a quo 137. quo tempore 138. & quomodo probari debeat 139.

probationis desertio quando cesset 138.*

Ratione temporis, intra quod probandum, uaria praxis est in Germania 140.

Probatio pro exoneranda

conscientia quæ IV, 175. quidque efficiat 196.

Probatio irregularis

quid efficiat IV, 196.

Probatio in perpetuam rei memoriam

quando IV, 190. a quo 191. & quomodo suscipiatur 192.

quid efficiat 197.

Processionis honor

competit patronis II, 391.

Processus

quid IV, 83. quotuplex 84.

ordinarius quis 85. & quæ illius forma 86.

in causis notoriis 85.*

accusatorius V. accusf.

confistorialis IV, 260.

desertionis 261.

possessorius 257.

summarius 256.

Proclamatio nubentium

est ad instar citationis edictalis II, 147.

olim non erat trina * & hodie alicubi unica sufficit
156. 7.

omissa non irritat matrimonium 153.

quibusnam per dispensationem remitti solet eod.

Procuraciones

præstandæ uisitoribus II, 437. seq. 444. legatis apo-
stolicis 468.

Procuratores

qui sint IV, 72, quinam & in quibus causis constitu-
antur 73. quidnam peragere possint 76.

plures quomodo constituentur 77.

quando substituere possint 77. 4.

quando reuocari dicantur 77. 5.

in quibusdam capitulis ad eligendum prælatum non
admittuntur I, 249. **

Pro-domino

indiget ecclesia II, 529.

Productio

documentorum IV, 155.

testium, illiusque terminus 146. solemnitas 147.

Professio

tam expressa, quam tacita facit monachum I, 354.

Eam ignorant euangelici 359. 1.

Professores

quinam sint & quomodo constituentur II, 308.

Promotorum

iura II, 314.

Prorogatio iurisd.

in quem fieri possit IV, 45.

Protestantes

inter se faciunt duas partes Prol. §. 58. & singularibus utuntur iuribus 81.

ex symbolis, quibus subscribunt, dignoscuntur Prol. §. 60.

Eorum prærogatiuæ præ catholicis 68.

fruantur pace 61. libertate religionis atque conscientiae 62.

a nullo honore excludi queunt 63. iis nullibi honor sepulturæ denegari potest II, 298.

Pro-Vasallo

indiget ecclesia II, 529.

Prouincia

quid? Prol. §. 34.*

Prouincialis

quis dicatur I, 122.

num quid iuris habeat in abbates, qui in terris euangelicorum degunt 127.

Prouisio.

V. Mandatum de prouidendo.

Purgatio

quænam canonica IV, 172. quæ uulgaris **

Purgatorium.

De quibus peccatis in eo satisfieri debeat II, 75.

Q.

Quadragesimale ieiunium

II, 66. **

Quarta mortuorum

II, 438.

Qua-

Quatuor temporum ieiun.

II, 66.*

Quartal Pfennige.

cui cedant II, 347.

Quindennium

quid? II, 440.

R.

Rapina

III, 68.

Raptus

III, 61.

Recognitio documentorum

quando recusari possit IV, 156.

Recomentionis

descriptio IV, 235. diuisio 236.

Quid notandum sit de propria 237. & impropria 238

Coram quo & a quo institui nequeat 239.

In quantum admittatur in foris Germaniæ 241.

Rectores

academici qui sint, quæque illorum iura II, 311.

monachorum I, 115.

Recusationis

causæ harumque iudices IV, 46.

ius Reformandi

quid sit Prol. §. 69. quibus competat 70.

exerceri debet salua ciuium confessione 71. saluo sta-

tu anni decretorii 72. si unicum casum exceperis

73. atque saluis pactis & priuilegiis 74.

Ex eo fluit ius emigrationem iniungendi 80.

Regula mon.

quæ dicatur I, 2.*

approbatione indiget 108.

Regula

cancellariae apostolicae. Prol. §. 112.

Reiectiones

in libris Gratiani. Prol. §. 90. 3.

Relegatio acad.

num infamet II, 311. & *

Religio

quid Prol. §. 1. num subsit factis quae deo displicent

4. num mutari queat licite 3. 2.

respuit imperium, nec armis propagari potest 3.

Religio christiana

immunis est a lege mosaica. Prol. §. 20. & omni
coactione §. 21.

intendit animorum emendationem 22. nec iura ciui-
tatis soluit 23.

in superstitionem abiit 27. & iterum purgata est 30.

Religio christiana in Germ.

colitur a duabus familiis. Prol. §. 58. quarum eadem
pax 61. eademque iura 62. seq.

Illius exercitium in Germania est uel publicum uel
priuatum uel domesticum 59. adstrictum ad sta-
tum anni decretorii 65.

Religio Iudaica

quae sit? Prol. §. 8. ad quam legem adstricta fuerit 9

Religionem i. e. monasticam uitam
deserere in quantum liceat I, 107.

Religiosi

quinam sint. Prol. §. 1. & I, 16. quinam inter eos
maiores 389.

Religiosae domus

V. Dom. rel.

Reliquiae sanctorum

qua sanctitate gaudeant II, 8. cui examini subiician-
tur.*

Remis-

Remissio peccatorum

num a parochio fiat in dei uicem II, 83. 6.

Remotio

III, 122.

Renouatio uocationis resignate

I, 377.

Renuntiatio adpellationis

IV, 224.

Renuntiatio muneris

quid I, 366. quotuplex 369.

fieri debet sponte 368. ex iusta causa 370. a superiore cognita & probata 371.

in manus patroni uel principis fieri nequit*

Rite facta quid operetur 373.

spe commodi aut in fauorem tertii facta quando ualeat 374.

num uigeat in Germania 375. & apud euangelicos 376.

Renuntiatio ordinis

apostasia est III, 44.

Replica

quanam libello inserenda IV, 89.

Reprobatio

quæ sit IV, 185. quomodo 186. quando 187. & a quo suscipiatur 188.

Ufus in Germania 189.

Repudii

definitio II, 213. causæ legitimæ 214.

Res

ecclesiasticæ quæ sint II, 1. & quomodo a secularibus differant *

sacræ quæ sint II, 3.

sanctæ quæ sint II, 3.

Spiri-

spirituales quæ dicantur II, 2.

temporales sunt uariae conditionis II, 3.

Res iudicata

R. I. exceptio quomodo elidatur IV, 127.

Rescripta

quæ sint Prol. §. 93. & quotuplicia 94. quid ea uitiæ

98. ** quid de eorum concursu notandum 99.

ad preces uel relationes se referunt 96. atque ius faciunt 97. ubi solemniter & rite sunt condita 98.

Reseruatium eccl.

quid uelit. Prol. §. 62.*

Resignatarius

quem locum obtineat I, 374. 2.

Resignatio

in fauorem tertii facta I, 374.

Reus.

Huius partes in quibusdam capitibus fauorabiliores sunt partibus actoris IV, 61. 1.

Rei contumacia quomodo puniatur 245.

Rbegino

de disciplina ecclesiastica. Prol. §. 114.

a *Risu paschali*

abstinere debent concionatores II, 41. 6.

Ritus

quibus olim adumbrabatur Messias, respuit religio christiana. Prol. §. 20. 2.

Rota Romana

IV, 14.

Rotuli testium

publicatio IV, 150.

Rutgeri Treuirensis

liber decretorum. Prol. §. 114.

S.

de *Sacculo sonante*

quæ sint notanda II, 349.

ad *Sacerdotium N. T.*

quinam adspirare nequeant I, 243.

Sacerdotium uerum

ignorat religio christiana. Prol. §. 20. 4.

Sacerdotum christianorum

munus & diuersitas I, 12.

Sacerdotum iudaicorum

munera Prol. §. 14. qualitates 15. inauguratio 17.

Sacramenta

quid sint? II, 44. quot 45. quomodo diuidantur
47. a.

quibus 48. 1. & sub quibus solemnitatibus celebren-
tur 48. 2.

quid efficiant 49.

constant uerbo & elemento 46.

quid de septenario sacramentorum numero sit iudican-
dum 51.

quid de sacramentis in genere statuunt euangelici 52.

Sacramentalium

species & effectus II, 50.

Sacrificia

nescit religio christiana. Prol. §. 20. 1,

Sacrificium

missæ subest II, 89. & quidem propitiatorium 90.
quotidianum 91.

Sacrilegium

quid III, 67. seq. carnale quodnam dicatur 58.

Salisburgensis AEp.

suffraganei I, 57.

Sancti

Sancti

quinam sint II, 5. quis cultus iis debeatur 7.
eorum reliquiae V. Reliq.

Sanctitas

quænam competat clericis I, 406. rebus II, 11.*

Satisfactio

quid & quotuplex II, 61. quomodo præstetur 64.

Schisma

quid III, 37. quodnam dicatur particulare 38. uni-
uersale 39.

Schismaticorum

status III, 40. poenæ 41.
quidnam de iis statuunt euangelici 42.

Scholarum

descriptio & uarietas II, 306. initia ac incrementa*
Scholasticus

I, 91.

Scrutatorum

officium I, 253.

Scrutinium

Dum per illud prælatus eligendus est, quid obseruan-
dum I, 253.

Secularisatio

an & quomodo fieri possit II, 327.*

Secularisatorum bonorum

natura quæ sit II, 331.*

Sedes in choro

patronis competit II, 391.

Sedes Præl. impedita

quæ & quotuplex I, 225.

quæ iura capitulo competant, ubi sedes in totum 226
aut secundum quid impedita est 227.

Sedes uacans

quid sit I, 219. quando talis esse incipiat 365.

Senatorum eccl.

dignitas I, 207.

iura quæ sint 207. an subsistant, ubi lædunt superioritatem sacram 208.

Senatus abbatis

est conuentus I, 204.

Senatus eccles.

cuique prælato est I, 204.

Illius consensu 205. aut consilio quando opus sit prælato 206. in Germania 220.

Illius auctoritas & potestas tempore sedis uacantis 219. seq.

Senatus eccles. euang.

quæ tractet IV, 21. 4.

Senatus episcopi

est capitulum cathedralis ecclesiæ I, 204.

olim fuit clerus ciuitatensis *

Senatus pontificis

est collegium cardinalitium I, 204.

Sententiæ

descriptio IV, 206. diuisio 207. seq. requisita 209.

publicatio 211. effectus 212. exequutio 216.

Eam ferre iudicis est 210.

Nullos effectus producit sententia nulla 213. retractata 214.

Quid seruetur in Germania 215.

Separationis quod ad thorum & mensam

diuisio II, 205. effectus 211.

Quæ causæ sint perpetuæ 208. temporariæ 207.

Perpetuam ignorant euangelici 212.

Sepul-

Sepulcra

sunt uarii generis II, 274.

De iis quid sentiant euangelici 279. 3.

Sepulturae eccl.

definitio II, 281. honor 286. ritus liturgici 282.

Ea facienda in coemeterio ecclesiae parochialis 283.

nisi obstat priuilegium 284. aut electio 285.

in ipso ecclesiafterio consequenda honor patronis com-
petit 391.

Sepultura honesta

uel solemnis est uel minus solemnis II, 287.

Sepultura inbonesta

afinina quae sit & quibus contingat 289. a quibus
imperetur 290.

ignominiosa quae sit quosque maneat II, 288. quis
eam imperet 290.

Sequestratio

quid sit IV, 250. quotuplex 251.

necessariae quando 252. & in quibus rebus detur locus
253.

ob contumaciam 255.

Seruus seruorum

dicitur Ro. Pontifex I, 28.

Siciliae monarchia

I, 146.*

Sigilli confessionis

sanctitas II, 76.

violati poena 77. & quae ab hac liberent 78.

Quid de eo statuunt euangelici 82.

Simonie

definitio III, 5. nominis ratio * atrocitas 7. fata 10.
poenae 11.

qua ratione committatur 8.

num

num eam committere possit pontifex 9.

Euangelicorum sententia 12.

Simultaneum

introduci nequit, ProL. §. 72. 2.

Sodomice

pœna III, 62.

Sors

quænam sit illicita III, 76.*

Sortilegio

subest falsum III, 76.

Specificatio documentorum

num necessaria IV, 158.*

Spolii exc.

cui competat & quo tempore sit probanda IV, III.

Sponsalia

quid sint II, 272. a quo & quomodo contrahantur 174
quem in finem 175.

differunt a desponsatione 172.**

diuiduntur in sponsalia de presenti & de futuro II,
175. 179. Hæc diuisio hodie inter pontificios pla-
ne exulat 185. & ab euangelicis perperam adpli-
catur 186.

sunt uel pura uel conditionata 176. uel publica uel
clandestina 178. uel simplicia uel firmata 180.

his quoque adiicitur conditio 176. dies 177. pœ-
na 180.*

ad ea celebranda quid requirant mores Germaniæ 189.

Eorum effectus 181. seq. concursus 183. probatio

184. nullitas 203.

num iis obsint error 174.* dolus ** metus ***

in quodnam matrimonium transeant coitu 180. 2.

Sponsalia de presenti

quid operentur II, 179. unde dignoscantur*

Engau ius eccles.

X x

Spon-

Sponsalia pura

Quid euangelici sentiant de iis II, 187. eorum concursu 188. & dissolutione 216.

Sponsalitii tractatus

quid sint II, 190. num præsumendi 194.

non obligant 192. desinunt, dum inchoant sponsalia 193.

Sportule clericorum

II, 459. seq.

Status

quid I, 3. & quomodo petatur 231.

Status eccl.

uariant I, 4. pro eorum uarietate uariant iura 5.

conferuntur solemniter I, 275. 297. & præuia oblatione 296.

pro pecunia conferri nequeunt I, 360. paucis casibus exceptis 361. seq.

ab his quam dependeant 298.

Status prouinciales.

Num quid iuris iis olim competierit in condendis capitulationibus I, 263. **

Statuta capituli

quando immutata uideantur I, 96. *

quam & in quantum ualeant sine confirmatione episcopi I, 96. **

Statuten-Gelder

canonicus soluere debet I, 362. 2.

Stipendiorum

familie iura quæ sint II, 456. quibus cessent modis 457.

num ad normam anni decretorii sint conferenda 458

publicorum iura II, 454.

quibus ea sint conferenda 455.

Stole iura

quæ dicantur II, 463. unde sint*
num usu ueniant inter euangelicos 465.
quid de iis statuendum 466.

Studioforum

iuramentum II, 309.

Stupratoris

obligatio III, 57.

Subcoadiutoricæ

num detur locus I, 200. 4.

Subdelegationi

quando detur locus IV, 30.

Subdiaconi

ministrant diaconis I, 84. ad altare 85.
quid de iis hodie statuatur pontificii 86.
Euangelicorum subdiaconi qui sint 87.

Subsellia

priuata II, 270. publica 269.
priuata quibus modis amittantur 271.

Suffraganei

unde petant alimenta II, 469.

Summarium

cumulari potest cum ordinario IV, 257.

Superintendentes

sunt ministri principis I, 67. debent curare ecclesiam
68. illiusque bona 69. atque conseruare auctorita-
tem legum 70.

destituuntur iurisdictione 72.

Eorum constitutio 65. iura 68. seq.

Supplicationis libello adiectæ

requisita quæ sint IV, 93.

Suspensionis

definitio III, 123. diuisiones, causæ &c. 124.

Symbola

euangelicorum, pontificiorum, reformatorum, qua
Prol. §. 60. *
tria illa sunt in legibus Prol. §. 83.
in conciliis condita 86.
quid de iis sentiant euang. 122.

Syndicus

quis IV, 78, quotuplex 79.
in quibusdam conuenit cum procuratore 80. in aliis
ab eo discrepat 81.
per decretum probat se rite constitutum esse 82.

Synodaticum

debetur episcopo II, 436.

T.

Templa.

non exigit religio christiana Prol. §. 20. 3.

Templariorum Eq. ordo

V. Ordo

Terminus.

Exceptio termini nullius uel nimis augusti IV, 113.

Testamenta

quae ualeant II, 500. an & quomodo reuocari possint 501.
Ea condere qui nequeant 498. qui possint in Ger-
mania 505. & in terris euangelicorum 506.
publicata quisnam det executioni 502.

Testes

qui sint IV, 141.
quinam inhabiles in totum 143. in tantum 144.
produci debent in termino 146. solemniter 147.
producti iurant 148. rogantur ad articulos & inter-
rogatoria 149.
Eorum collisio inter se 198. cum documentis 199.
Eorum contumacia quomodo coerceatur 247.

Teu

Teutonicorum Eq. ordo

V. Ordo

Teutschmeister

I, 133.

Theodori Balsamonis

collectio constitutionum ecclesiasticarum Prol. §. 88.

Theologia

facit ad iurisprud. eccles. addiscendam Prol. §. 132.

Thesaurarius

I, 91.

Thronus episcopi

ubinam ponendus? I, 36.

Tolerantia

quænam in Germania debeatur religionibus appro-
batis. Prol. §. 65.

Tonsuræ

descriptio I, 318. natales* solemnitatis 319. effectus 320.

quis tondeat uel tondeatur 322.

nullus usus inter euangelicos 323.

Torneamenta

delictis sunt annumerata III, 53.

Traditiones

in diuinas, apostolic. & eccles. diuiduntur. Prol. 82.*

Transactionis

exceptio quando non attendatur IV, 125.

Translatio clericorum

quid I, 378. an & in quantum per modum permu-
tationis fieri possit 382.

fieri debet ex iusta causa 379. & superiore consen-
tiente 380.

rite facta quid efficiat 381.

Illius usus in Germania 383. & in foris euangelicor. 384.

Transsubstantiatio

quando fiat II, 92. facta quid efficiat 93.

Doctrina de ea quando nata & absoluta 92. *

Trauschein

II, 113. *

Treuirensis Archi-Episc.

iura & suffraganei I, 55.

in *Tribunalibus imperii summis*
assessorum utriusque religionis adprobatae paritas esse
debet. Prol. S. 64.

ex *Triennio academico*
colligitur eruditio I, 239. 1.

Turbationis sacrorum
reus quando sit parochus I, 193. 3.

V.

Vasa sacra

II, 19.

Velum

continentiae & obseruantiae cum uelo consecrationis
non confundendum est I, 355. **

Venatio

interdicta clericis I, 8. III, 79. non tamen in German. 84.

Venerabiles

dicuntur abbates I, 120.

Venerabilis

adoratio euangelicis in Germania iniungi nequit II, 101.

Verbum dei

in rebus spiritualibus est II, 2.

quomodo 34. a quibus 35. & quibus annuntiari de-
beat 36.

Vestes sacrae

II, 25. 10.

Vicariae

sunt ad instar beneficiorum II, 470.

Vicariatus Christi

cum Episc. Ro. coniunctus est I, 21. *

Vi-

Vicarii

uariant I, 13.

canonicorum ad quid nati I, 196. unde alantur II, 470
clericorum qua occasione nati I, 195. unde alantur
II, 467.

dati qui sint I, 15.

generales qui sint I, 180. quæ sibi uindicare nequeant 185
sunt uicarii episcoporum 182. dati 183.

præsunt consistoriis 184.

de eorum delictis non tenetur episcopus 182.**

V. Officialis

nati qui sint I, 14.

Viennensis Archi-Episc.

suffraganeus I, 57.

Villicationis contractus

num de re ecclesiastica celebrari queat II, 534.

Vinum

ad sacramentum altaris necessarium II, 88.

Visitatio

Quando uisitandum I, 41. * quid uisitans obseruare &
attendere debeat 41.

Visitat archidiaconus 174. ast hodie limitato modo
178. I.

Vita

christiana in quo consistat I, 1.

communis & monastica sanctitatem spirare uidentur 2.

Unctionis extreme

descriptio II, 102.

Ea dicitur medicina corporis & animæ 105. est sa-
cramentum 103. solemniter peragendum 104.

Euangelicorum de ea sententia 106.

Unio

quid II, 415. quotuplex 416.

solemniter, & causâ a superiore cognita fieri debet

417. sq.

Unio

Unio per æqualitatem 424. per subiectionem 422. per
suppressionem 423.

Illius interpretatio 419.

Praxis inter euangelicos 427. seq.

Unionis dissolutio

II, 425.

Vocatio diuina

dubia in hypothesi I, 384. 4.

Vocationis resignatae

renouatio I, 377.

Vocato

num necessario danda sit dimissio I, 384. 4.

Vota

ubi sunt paria arbitrorum, delegatorum, ordinariorum,
quis decida IV, 110.

Eorum pluralitas in causis relig. non attenditur. Prol. §. 64

Usurarum exactio

furto accedere dicitur III, 69.

quibus poenis luatur 70. quando hæ cessent 71.

In Germania quouis tempore fuit licita 73.

Uxor

an maritum, qui domicilium de loco in locum transfert,
sequi teneatur II, 160. **

nomen, dignitatem, iura forumque mariti sequitur. *

Uxorati

ordines sacros consequi nequeunt I, 242.

W.

Wandel. Glocke.

quando pulsetur II, 93.

qua de causa pulsetur inter euangelicos, controuersia est

II, 99. 5.

Z.

Ze hend. Ordnungen

princeps euangelicus publicare potest II, 344. 4.

Zofimi

collectio canonum. Prol. §. 89.

verborum.

subiectionem 42. 74

rio

ta

384. 4.

rum, ordinariorum,

attenditur. Prol. §. 64
Eia

ur cessent 71.

licita 73.

co in locum transi

e mariti sequitur.


l, 242.

cti.

licos, controuersu

ngen
est II, 344. 4

FRID. SCHILL



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B	M	W	G	K	C	Y	M									



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

Centimetres: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Inches: 1 2 3 4 5 6 7 8

H. R. 150.

